cauſa eſt filiorum, vt in Auth. de hære. ab inteſta. poſt prin. Et
quia mater tempore mortis filij nõ obtinet primum locũ, nec
poteſt rumpere teſtm̃ filij, vt in Auth. de hære. quæ ab inteſta.
deferuntur. & l. ſi quis filio exhær. in prin. de iniuſto teſt. Nec
matri huius debetur legitima, quia ab inteſtato non eſt ſucceſ
ſura. C. de inoff. teſtõ. l. cum quęritur. & per hoc rñſum eſt ad
2 duo puncta de matre teſtõris. Tertio puncto dico, † ꝙ ſubſtõ
facta filijs fuit facta inter eos ſub triplici forma. ſ. vul. & pu. &
per fideicõmiſſum: & cõtinuato ſermone fuit eis oĩbus facta
ſequens ſubſtõ, quæ pp coniunctionem orationis, & pp continuationẽ debet intelligi repetita ſub eadem triplicitate: & ſic
mater excluditur, ſi ex pupillari ſubſtitutiõe velit admitti, vt
in c. ſi pater. de teſt. li. 6. Hac ratione ẽt ſoror illorum pupillorũ excluditur, nec ad aliud admittiť, niſi ad relicta ſibi in teſtõ
vt l. Pomp. §. ſed nec impuberis. de inoffi. teſta. Ego Baldus.

CONSILIVM XVIII.

1 *An ſubſtitutio pupillaris directa excludens matrem propter illa verba, ſine liberis efficiatur obliqua, & ſic non excludat.*

Teſtator filiæ inſtitutæ ſubſtituit, ſi ſine liberis moreretur in hac forma, in alijs vero bonis re
ſiduis a prædictis poſt mortẽ dictæ Fran. ſuæ filiæ inſtit, & expreſſe voluit ſuccedere Io. ſuum fratrem, & Graſſutiam ſuam
ſororem: & ipſos dictæ Francę. ſubſtituit, ac fecit hæredes vniuerſales poſt obitum dictæ Francę. quæ Frãce. mortuo patre
deceſſit in pupillari ætate: quęritur, an mater eius excludatur
1 a legitima, & trebellianica per ſubſtitutos prędictos. † Et breuiter dicẽdum eſt, ꝙ ſic, quia directa fuit ſubſti. infra tempora. i. ante tempora pubertat. hoc tenet gl. in l. precibus. ver. ſed
in pagano. C. de impube. non ob. quod no. in eadem gl. verſi. ſi
vero ita ſine liberis deceſſerit, ille ſit hæres &c. quia in hoc dũ
dicit, ille ſit hæres, male loquitur ſecũdum omnes Doc. prout
dictio, hęres. refertur impuberi. i. ſit hęres impuberis, ſicut eſt
hic, quia impuberi non ſuccedirur niſi per pupillarẽ: quæ cũ
ſit expreſſa, excludit matrẽ, de inoff. teſt. l. Pomp. §. ſed nec impuberis. & in c. ſi pater. de teſtamẽtis. li. 6. Cõcludo igitur matrem penitus in totum excludi. Subſtitutio enim directa pp illa verba appoſita, ſi ſine liberis deceſſerit. non efficiť obliqua,
vt l. Centurio. ff. de vulg. & pupilla. omnes Doc. ita dicunt, &
gl. alia hoc dicit inſti. de pup. ſub. §. qua ratione. & Io. And. in
dicto c. ſi pater. in nouella. & Cy. in d. l. precibus. Ego Bald.

CONSILIVM XIX.

1 *Si vni legatur vſusfructus, & alteri fructus, ſimpliciter concurrunt legatarij in vſufruc. idem ſi vni legetur vſusfructus in genere omnium bonorum.*

2 *Hæres, & legatarius quando concurrant, & faciant partem in legato. & nu. 3.*

1 Circa † dubitationem prędictam ſciendum eſt, ꝙ cum vni legatur vſuſ. fundi, & alteri fructus ſimpli
citer, cõcurrunt legatarij in vſu fruc. ff. de vſu fru. lega. l. ſi alij.
Et ſimiliter cũ vni legatur vſuſfr. in genere omniũ bonorum,
& alteri ſimpliciter, certum prędium concurrunt, vt legatarij
in vſuſfructu illius prędij. eo. tit. l. Sẽpronio. in prin. & ibi not.
nec exprimitur illa ſpecies ſpecialiter legata a legato generali
vſuſ. tanq̃ ſpecies de genere, prout aliàs contingit in legato ſpeciali, & generali, de leg. 3. l. vxorẽ. §. codicillis. & §. fęliciſſimo.
& eo. ti. l. ſeruis legatis. §. fi. quia proprietas, & vſufr. nõ habet
ſe vt genus, & ſpecies, vt not. per Dy. in c. generi. de reg. iu. ſed
habet ſe ita, ꝙ vnũ non põt integre præſtari ſine diminutione
alterius: ideo circa vſumfructum legatarij cõcurrunt, vt d. l.
2 ſi alij. & d. l. Sẽpronio. & ibi p Bar. licẽ † eſt ſciendũ, ꝙ qñ legatũ ſit hęredi, & alteri: tũc aut legatario fuit legatum ſolidũ, &
idem poſt modum legatur hæredi, & ſic legatarius eſt cõiunctus cum hærede & re, & verbis: tunc hæres non facit collegatario partem, quia in eius perſona non conſiſtit legatum: & legatarius venit ad partem hæredis per ius non decreſcendi; igitur hæres nullo iure ẽt retentionis poteſt vti contra legatariũ,
ff. de le. 1. l. planẽ. §. ſi duobus. aut ſunt coniuncti verbis, quia
legatur eis ſimul vna oratione: & tunc hęres facit partẽ legatario, quia tunc legatarius vellet admitti ad partem hęredis per
ius accreſcendi, & ſic ad acquirendũ, non ad retinendũ: ideo
hæres ſaltem iure hæreditario poſſet retinere partẽ ſuam; hoc
probatur. ff. de vſuſ. accre. l. ſi quis Titio. & l. ſi mulieri. §. 1. &
no. per Bar. in d. l. planẽ. §. ſi duobus. licẽt ibi ad hoc non allegat dicta iura: ſed melius probatur iſtud mẽbrum per dictas
3 leges, quàm per iura, ibi per Bar. alleg. † Modo ad propoſitum
cũ dictus teſtator legauerit dictis dominabus vſumfruct. omnium bonorum ſuorum, deinde certum podere legauerit dictis ſuis hæredibus, videntur concurrere dicti hæredes cũ dictis dominabus in vſufruct. dicti poderis, vt dicta. l. Sempronio. & quod ibi no. tñ quia legatum in perſona dictorum hæredũ eſt prorſus inutile, de leg. 1. l. legat. §. 1. & ꝓbatur de leg.
2. l. cum pater. §. pater, qui filio. admitterentur dictæ dñæ, &
poſt earum mortem dictum monaſterium ad totum vſumfructum dicti poderis per ius non accreſcendi, quia eis fuit legatum ſolidum, nec dicti hęredes facerent eis partem, vt dicta l.
planẽ. §. ſi duobus. ſecus eſſet ſi ſimul, & vno ſermone legatus
fuiſſet vſusfruc. dicti poderis dictis dominabus, & dictis hæredibus, quia tunc licẽt legatum in perſona hæredũ eſſet inutile, tamen non poſſent eorum partem retinere iure hæreditario, vt obſeruaretur voluntas defuncti, qui eo caſu videtur
tãtu minus voluiſſe legare collegatarijs, quorum legatum per
adiunctionem hæredum modificauit, vt dicta l. ſi quis Titio.
& l. ſi mulieri. §. 1. & ibi not. in glo. & ita debet intelligi, quod
ſcribit Barto. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de lega. 1. vbi dictas,
ll. allegat. aliàs dictum ſuum eſſet irrationabile, & non eſſet
conforme literæ dictarum legum, & deuiaret ab his, quæ ſcripſit in dicto §. ſi duobus. & prædicta determinatio procedit,
præcipue ſi dictæ dominæ ad petitionem dicti vſusfruct. fuerunt admiſſæ: nam in illis caſibus, in quibus hæres vigore legati ſibi facti poteſt vti iure retentionis contra legatarium, nõ
admittitur vllo modo, ſi proceſſiſſet ad traditionem, vel ſi nõ
poſſideret hæres. & ita intellexit Barto. in dicto. §. ſi Titio. & l.
proinde. §. 1. de ſtipula. ſeru. & probať per l. per ſeruum, quę.
Cy. de acqui. re. do. & hæc vera, niſi aliqui ex dictis hęredibus
repudiaſſent hæreditatem, nam quatenus interueniſſet repudiatio legati, validum eſſet pro parte ipſius repudiãtis, & cũ
dictis dominabus in vſufru. dicti poderis concurreretur ff. de
leg. 2. l. milites. §. pro parte. Et ita dico, & conſulo ego Bald.

CONSILIVM XX.

1 *De qua neceſſitate intelligendum eſt, cum dicitur, ꝙ non obſtãte fideicommiſſa poſſit alienari pro neceſſitatibus ſuis, cum triplex ſit neceſſitatis.*

2 *Item quid ſi aliquid male alienauit, & non pro neceſſitatibus, an videatur prohibitus alienare pro alijs neceſſitatibus.*

1 Quid importent iſta verba, † ꝙ non obſtante ſubſtitutione poſſit alienare pro ſuis neceſſitatibus, & ꝓ
redemptione perſonę. reſpõ. neceſſitas eſt triplex, ſcilicet fatalis, vt ſi quis caſu incidit in latrones: naturalis, vt neceſſitas facta in infirmitate, & alendi de familia: & neceſſitas data opera, vt ſi quis contraxit opera debita ſponte, vel commiſit aliquod maleficium. aut ergo loquimur in neceſſitate fatali, vel
naturali, vel alia iuſta, vt perſoluendis collectis, vel in refe. domus, vel conſeruatione agrorum, & pro iſtis neceſſitatibus poteſt alienare, ff. de leg. 2. l. pater filium. in prin. ff. de lega. 1. l. filiusfa. §. diui. & §. pater. de lega. 2. l. peto. §. prædium. eo. ti. aut
in neceſſitate data opera, & tunc ſi opera eſt data cauſa euertẽdi fideicom. & non poteſt alienari, ad Trebel. l. Titius rogatus. aut contraxit debitum aliquo iuuenili calore, vel commiſit aliquod maleficium ex inimicitia, vel cauſa: tunc pro ſua
perſona redimenda poteſt alienare, quia teſtator hoc conceſſit
expreſſe, aliàs non poſſet libere alienare, niſi vſque ad legiti
2 mam. C. communia de leg. auth. res, quæ. † Sed remanet quęſtio, an propter primas alienationes prodigaliter factas perdatur iſta poteſtas alienandi in futurum: videtur, ꝙ ſic. ff. ad Trebel. l. matrem, & auunculum. in fin. vbi videtur text. Non videtur dicendum, licẽt in pręterito male alienauerit, quod im 1
pediatur

pediatur in futurum alienare in caſu cõceſſo a teſtatore: quia volũtas teſtatoris debet ſeruari. & quia iſta ſunt diuiſibilia.ſ. præterita male acta neceſſitate præſenti. ff. pro ſolu.l. de illo. Propter neceſſitates ergo familiares, & propter caſus fortuitos adhuc durat alienandi facultas. Alienationes autem primo male factæ poſſunt adueniente cõditione reuocari. d.aut. res, quę. Sic ergo iſte, ſi debita iuſta ratione contraxit, ne detrudatur in carcerem, poteſt alienare, vt l.ſi quis pro redẽptione.C.de don.ſ.vſque admodum cõgruum, & neceſſarium.& no.vltra.l.ſi.ff.de executoribus. Ego Baldus.

CONSILIUM XXI.

1 Vſufructuarius an faciat fructus ſuos ante ſatiſdationem præ-
2 ſtitam.
3 Manere an idem ſit ſimul, vel habitare, & ſimul viuere, vel diuerſa.
4 Hæredes an ſoli teneantur ſoluere debita, vel hæredes, & legatarij.

1 Super primo puncto quæſtio ſtat in hoc, † an vſufructuarius faciat fructus ſuos ante ſatiſdationem præſtitam: dicunt quidam, ꝙ non, per l.vxori.de vſufru.lega. Alij, ꝙ ſic.& iſta fuit opinio.Azo.Cy.tangit C.de vſufruc.l.1. Pro prima opi.eſt glo.in l.ſi fur.de condictio.fur.de vſuca.l.ſi homo.C.de ſecũdis nup.l.hac edictali.§.is illud.ff.de vſufru. l.ſi cuius.in prima gl.& l.vtifrui.ff.vſufru.l.pe.de rei ven.l.ex diuerſo.in prin.glo.magnæ.Dicunt doctores, ꝙ quandoque vſufructu. ipſe non percepit. fructus, ſed proprietarius, vel alius: & tunc fructuario non debent reſtitui ante præſtitam cautionem, vt d.l.vxori.quandoque percipiuntur ab ipſo fructuario, & tunc aut hærede, ſeu proprietario ſciente, & paciente: & tunc facit fructus ſuos, vt dicta lege hac edictali. §.ſi autem.ſi vero proprietarius ignorat, vel ſcit, & contradicit: & tunc non facit fructus ſuos.ita dicit Bar.in d.l.vxori.& ex his patet, ꝙ ſi hæredes ſciuerunt, & paſſi fuerunt illas vſufructuarias fructus percipere, ꝙ tales fructus cedunt ipſis do-
2 minabus, quibus relictus eſt vſusfructus. † Super alio puncto dicendum eſt, ꝙ ſimul dicuntur ſtare, qui in eadẽ domo ſtant ſed non ſimul viuunt, ex quo ſimul non comedunt, ſed ſeparatim 32.diſtinctione.præter hæc de conſe. diſtinctione 5.c. in omnibus.12.q.2.c. neceſſaria de vita, & hone.cle.c.quoniam vt ait. Licèt autem ſimul non viuant.i. ſimul non manducent, non per hoc perdunt legatum vſufru.non enim conditionaliter legatum eſt.ſ. ſimul viuant. ſi enim fuiſſet legatũ conditionale, nulla naſcitur obligatio, nec actio ante euẽtum conditionis.ff.de verb.ſig.l.cedere diem.nec veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe eas priuare legato, licèt non ſimul manducent, ex quo ſeruauerunt vitam vidualem, & honeſtam, & dotes ſuas non repeterunt, & in eadem domo ſimul manſerunt. ſatis ergo paruerunt modo inſerto in teſtamento ſeruando vitam vidualem, & honeſtam.ſimul enim vixerunt, licèt non ſimul manducauerunt. Nam ſimul viuere poteſt dici de illis, qui communiter cohabitant.facit de ſta.mon.c. cum ad monaſterium.de ſta.regularium.c.1.li.6.Non ergo perdunt legatum, ex quo paruerunt, & ſeruauerunt modum.C.de his, quę ſub mo.l.1.ff.de admi.le.l.liberto.de condi.& demon.l.1.& l.qui hæredi.§.ſi.& l.quibus diebus.§.fin.& l.eas. & de fidei-
3 com.li.l.cum in teſtamento. † Super alio puncto dico, ꝙ vſusfruct.relictus dominæ legæ, & dominæ Iaco. deuenire debet ad hoſpitales ſanctę Marię. Nã legatum vſusfr.eſt tranſlatũ ad hoſpitale poſt mortẽ illarũ dñarum.illud ergo ius, quod erat apud legatarios, tranſlatum eſt in hoſpitale.ff.de adimen.leg.
4 l.tranſlatio. † Super vltimo puncto dico, ꝙ creditoribus hęreditarijs ſatisfieri debet ab hæredibus, nõ a legatarijs: hęredes etiam pro portionibus hæreditarijs ad hæreditaria onera arctantur.C.de rei ven.l.cũ a matre.de priuile.credi.l.ſi creditores.ff.ex quibus cau. in poſ.eatur.l.apud Iulianũ. in ſi.cum.l. ſequ.inſtitu.de obl.quæ ex quaſi cõtractu.§.hęres.vide infra. Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CONSILIUM XXII.

1 Aliud ſuper eadem materia conſilium.

1 Super † primo puncto de vſufru. dico idem, quod conſultum eſt: hæres patiẽdo videtur accommodare conſenſum, maxime quia in rebus corporalibus quis eſt debitor patiente, nec eſt neceſſarium cautionem offerre, ſed pe-
2 tendi non debet denegari. † Super ſecundo puncto idem dico, quod conſultum eſt, quia ſimul viuere intelligit̃ ſecũdum qualitatem, & commoditatem perſonarum, vnde vir, & vxor dicuntur ſimul viuere, ſi viuunt ſub eodem tecto, & concorditer: licèt vxor per ſe faciat focum, ſicut faciunt nobiles. Id enim, quod facit nõ ſimul viuere, eſt diſcordia non inciſorũ.
3 C.de fruc.l.manifeſtiſſimi.§.ſi. † Super tertio pũcto dicit Bar. ꝙ vſufructuarius vniuerſitatis tenet̃ ſoluere debita, alius nõ. ff.de vſufr.leg.l.1.per Bart.an vero ſit legatarius vſufru.patet ex no.ff.de vſufr.l.ſi quis ita. Ego Bald.

CONSILIUM XXIII.

1 Teſtator ſi legat hæredi, & legatario, an concurrant.

1 Super alio conſilio dico, † ꝙ ſubtilitas legis alij. & legis ſempronio.de vſufruc.le.& l.plane.§. ſi duobus.de leg.1.habet locum, vbi non conſtat de mẽte teſtatoris, ſed vbi conſtat de voluntate teſtatoris, ſtandum eſt ei iure volũtatis, vt no.in l.ſi alij.præalle.& C. de fideicom.l.cum virũ per doct.Cum autem eſt dubium de volũtate, recurrimus ad rationem legum, & diſputamus.in caſu autem noſtro cõſiderandum eſt, ꝙ aut teſtator legat hæredi, & legatario vniformiter, aut difformiter. primo caſu aut legat vniformiter proprietatem, & tunc legatarius habet totũ ſiue re, & verbis, ſiue tantũ coniungat eos, de le.1.l.plane.§.ſi duobus. Et eſt ratio, quia cum teſtator conſideret in illa re hæredem vt legatarium, & hoc modo in perſona hæredis non valeat, coniunctus, totum debet habere.aut legat vſumfructum; & tunc concurrunt.Et eſt ratio, quia proprietas ab hærede retẽta influit in vſufructu caſuali ex natura dñij, de vſufruct.actio.l.& mulieri.& l.ſi qs Titio.Secundo caſu quãdo legat difformiter, & hoc poteſt cõtingere duobus modis. vno modo quia vni legat fundũ alteri vſumfru.eiuſdẽ fundi ſpecifice.& tunc in vſufru. concurrunt legatarius fundi, & legatarius vſusfru.ſi in vtriuſque perſona legatum valet.d.l.ſi alij.ſed in hærede, & legatario, ſi quidem ſunt plures hęredes, ſi vnius eſt legatum, idem, vt not.in d.l. Sempronio.Si autem eſt vnus hæres ſolus, idem dico, quia nõ iure legati, ſed iure proprietatis id ei accedit.l.ſi mulieri.Alio modo poteſt contingere, ꝙ ſunt duę differẽtiæ, nam vni legat vſumfru.omnium bonorum, alij vt hęredi legat, licèt inutiliter certum prędium.Et iſta eſt quęſtio noſtra, in qua q.Bar.dicit, ꝙ concurrunt in vſufructu illius prædij.per d.l. Sempronio.in prin.cum gl.ita tenet ibi, & l.ſi.de vſufr.leg.& l.ſi quis ſeruum.§.ſi.de leg.2. Nam differentia eſt ſecundum eum inter genus prædicabile, & ſpeciẽ.Et hoc legatum, quod nõ poteſt præſtare ex natura rei ſine diminutione ſubiecti, & nõ habet aliam legem pro ſe, niſi dictã.l.Sempronio.ſed gl.dicit aliter in l.quæſitũ.§.pe.de fun.inſtru. vbi dicit, ꝙ legatarius Ricardinæ, quæ eſt in villa, non habet aliquid facere in paganella alij nominatim legata, quæ eſt prędiũ particulare illius villę: quia ſpecialis deſignatio in eo, quod deſignatum eſt, oſtendit ſingularem, & propriam animi affectionẽ, de cõceſ.prębẽ. c.quia cunctis.li.6.Et ſic pars deciditur a toto.l.ſi quis duas. cõia prędio.nec ob.ꝙ vnus ſit hęres: quia quod nõ valet iure legati, valet iure hæreditario, & iure detractionis ab alio vniuerſali.Quia ſicut dixi, Bar.fuit promptus in decidẽdo, & fundat ſe per l.Sempronio. quę non dicit hoc, quod ipſe dicit: quia ibi ex virtute relatiua oſtenditur ſpecies: quia dixit, quæ viuus prçſtabam ſic ff. de leg.1.l. ſi domino Stichus. Nam genus non ſeruat naturam ſuam confuſam, & generalem, quando adiungitur declaratiuum. Et ideo de dicto pondere legatarius aut nihil habebit, aut certe non plus dimidia vſufr. de dimidia enim ſatis videtur poſſe defendi propter illa verba vniuerſalia omnium bonorum: ſed de toto non credo poſſe ſuſtineri, quia intentio teſtatoris non ſolum ſemel, ſed bis declaratiue, & palpatiue patet, cui ſtandũ eſt, vt d.l.ſi alij.in gl.& d.l.cum virum. per Cy. ſubtilis etiam inquiſitor aliud ponderabit in l.Sempronio.& id, quod Bart.doc.meus

in curſu lectionis non potuit ponderare, et quia feſtinata, & diu conſiderata non eandem habēt gratiam etiam apud ſublimes animas. & per prædicta apparet ſenſus gl. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. quantum ad paſſum dicti §. ſi duobus. Ego Baldus.

CONSILIVM XXIIII.

1 *Papa an ſi mandat locari, vel vendi quæſtas pertin. ad abbatiam S. Anto. debeat nouus abbas ſeruare contractum factū autoritate Papæ.*

IUS Abbatialis dignitatis, & membrorū ſuorum ſic apud nouellum Abbatem eſſe dignoſcitur, vt tamē emptoribus dictorum fructuū nullum generetur præiudicium, ſed pacta ſecum facta ſeruentur ad vnguem. & hoc probatur primo ratione ſupremæ pontificalis potentiæ domini Papæ: poteſt enim res, & bona omnium eccleſiarum orbis adminiſtrare, & diſponere pro libito voluntatis, præſertim ſubſiſtētibus cauſis. & quod fit ab eo, videt̃ procedere ab ore dei, 19. diſt. c. ſic omnes. & ideo ſtudere debet eſſe ſimilis deo. & licet tolerādum ſit quicquid facit, etiam detrahendo de iure aliorum, vt no. Inn. de offi. ord. c. duo. tamen in ſeipſum magis peccat, immo plus dicit Hoſt. q Papa nō eſt propriè dñs, nec poteſt prodigaliter alienare, vt no. Io. And. extra de iudi. c. cū veniſſet. in nouel. & bonitas ipſius eſt ſalus omnium, & contra 40. di. c. Papæ. ex dicta ergo poteſtate, qua omni eccleſiæ præſidet, dictum 3ctum iure potuit: nam & Abbas † ſancti Anto. poteſt ſua quæſta vēdere ante interdictū Papæ: ergo de Papa non eſt ambigēdum, C. de præſcri. l. omnes. & l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcri. Secundo probat̃ ratione fidei debitæ, nā fides contractus, & a Papa, & a Cęſare ſeruari debet, vt plene no. per Cy. C. de legibus. l. digna vox. immo & deus aſtrīxit ſeipſum ex lege promiſſionis. Tertio probatur, quia non ſeruare fidem cōtractus eſt mētiri. l. dolus. ff. mandati. abominabile autem eſt mendacium, & ſtellionatus in ore Vicarij Ieſu Chriſti, & horribile: & ideo tenetur promiſſa ſeruare. Quarto. q. a eius actus debet eſſe ois malitiæ, & diminutionis extraneus, vt in Auth. conſtitutio, quę de digni. §. illud. Quinto, quia licèt Papa non imponat legem ſucceſſori ſuo, imponit tñ legē ſucceſſori Abbatis: nam quicquid principi placet, legis habet vigorē. ff. de conſti. prin. l. 1. & cōtractus principis lex eſt, & ideo nullitatis exceptionē non patitur. C. de don. inter vi. & vxo. l. pen. Sexto eſt expreſſum, q Cæſar debet ſeruare ſuam conuentionē bona fide. ff. de pub. l. Cæſar. & congruum ſuæ maieſtati eſſet dicere, q oēs ſui contractus eſſent bonæ fidei iure ſpeciali, & præcipue ſuæ dignitatis, cum ſit deus in terris, vt in Auth. de conſulibus. Septimo hoc probatur, quia nō nihil ſpecialitatis ſeruatur in eo, qui locum publicum fruēdum conduxit. nam ēt ſi modicum tempus habet vtilem rē. ff. de loco pub. fruendo. l. 1. ſecundū vnam opi. Itē habet poſſeſſoriū ex illo interdicto ſecundum oēs. huic ergo ſimilis eſt iſte. l. ſi. de ſa. ſan. ec. Octauo, quia certū eſt, q Papa potuit obligare ſucceſſorem in prælatura abbatiali, ergo tenet ſtare ſucceſſor iſti colono, ſeu emptori quæſtuario; extra ne prælati vices ſuas. c. ſi. per Inno. & alios. itē ſiſco datum eſt hoc priuilegiū, vt habens cauſam ab eo non poſſit expellere conductorē. ff. de iure fiſci. l. Valerius. Item nō minorem adminiſtrationē habet Papa, q̃ maritus &c. vt no ff. ſol. matri. l. diuortio. & locati. l. emptorē. per Cy. Nono, quia non eſt veriſimile, q Papa voluerit tollere ius quæſitū emptori ex ſuo cōtractu, nec poſſet, niſi de hoc ſpecialē, & cū clauſula derogatoria faceret mētionē. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. ſi qs a prin. ff. de vul. ſub. l. ex facto. C. de emā. li. l. nec auus. de autor. & vſu pallij l. ex tuarū. C. de præci. impe. offe. l. quoties. & l. nec damnoſa. & C. ſi contra iura, vel vti. pub. l. ſi. & in c. quāuis. de reſcri. li. 6. Et vltimo, quia eccleſia cultrix, & auctrix iuſtitię non patitur cōtra iuſtitiā aliquid fieri in ſe, vel in alium, priuatus non ſæpe obuiat iuſtitiæ, vt ext. de alie. feud. coll. 10. & ideo contra bonam fidem eccleſia laborare non cōuenit, quæ vult pacta ſeruari. ff. de pac. l. 1. extra co. c. antigonus. ff. depo. l. bona fides. & ſi licitum eſſet eccleſiæ ſuos contractus reſcindere, nemo cum eccleſia contraheret. ff. de min. l. & ſi ſine. §. enim. Item prælatura tranſit ad nouum Abbatē cum ſua cauſa, ſuiſque honoribus, & oneribus. ff. de contrah. emp. l. ſi aquæductus. Item inferior. l. Abbas iſte non poteſt reſcindere factum Papę. ff. de mino. l. minor autem magiſtratus. & pro emptore contra Abbatem concludit omnis ratio ciuilis, & canonica: & ego ſimiliter in hoc dico Abbatem debere ſtare contractui Papæ autorante inuito q nūquam per hoc nullus quæſtus inueniat exhauſtos: quia Papa, & dñs finis, & omnium hoc fecit. i. per alium efficiendum mandauit. Ego Bal.

CONSILIVM XXV.

1 *Clauſula an codicillaris aliquid operetur in prateritione nepotum.*

REUS necbē. Ioan. de Caſto Caſtelionis filiorum ſuſti habēs tres filios, videlicet Nardolum, Angelum, & Pet. & ex dicto Angelo tres nepotes natos ex legitimo matrimonio, videlicet Iacobum, Mattheum, & Antoniā: ſub anno domini 1372. indi. 11. 1. die menſis Maij fecit teſtamentum, in quo prędictos Angelij Petrum, & Nardum ſuos filios legitimos & naturales ſuos hęredes vniuerſales iſtituit, iuſſit, voluit, & mandauit dictus teſtator, q ſi dicti hæredes morerentur ſine filijs legitimis ex eorum corpore deſcendentibus, q bona ſua remaneant in ſtirpem maſculinam, ſiue domus, & voluit, q detur amore dei, ad remiſſionem ſuorum peccatorū perſonis egenis medietas ſuorum bonorum, & ad omnia prędicta legata, & fideic. ſoluenda, & diſtribuēda Angelum, Nardum, & Petrum prædictos filios, & hæredes dicti teſtatoris, & nutum boni Ioannis, aliàs tretia, & cecchus boni Ioānis. & dictus, teſtator voluit eſſe ſuum vltimum teſtamentum reuocādo omne aliud teſtm̄, & vltimam voluntatem, quod appareat eum quocunque tempore feciſſe. Et ſi dictum teſtm̄ non valeret iure teſtamēti, voluit, q valeret iure codicillorum, & hæc ſunt verba teſtī præſentialiter. Poſt prędicta ex dicto Angelo filio legitimo, & naturali dicti teſtatoris, & ex domina Florentia vxore legitima dicti Angeli nata eſt quædā puella, quæ vocata eſt vuia: quæ viuente teſtatore prædicto, & dicto Angelo eius patre deceſſit ſuperſtitibus ſibi dicto teſtatore prædicto, & viuentibus, & ſuperſtitib. dictis Iacobo, & Mattheo, & Antonia nepotibus dicti teſtatoris, & filijs dicti Angeli, & dictæ dñę Florētiæ vxo. Angeli prędicti. deinde deceſſit dictus Mattheus nepos dicti teſtatoris ſuperſtite teſtatore p̄dicto, & prędictis Iacobo, & Antonia, & prædicta Florentia eorum matre. deinde deceſſit dictus teſtator nullo alio condito teſtō ſuperſtitibus ſibi dictis Nardo, & Petro ſuis filijs, & hæredibus inſtitutis in dicto teſtamēto. & prędictis Iacobo, & Antonia ſuis nepotibus pręteritis in dicto teſtō, & ſuperſtite dicta Florentia matre prędictorum Iacobi, & Antonij nepotum dicti teſtatoris. Poſt prædicta deceſſerunt prædicti Iacob. & Antonia ſub anno dñi 1384. videlicet Iacob. de men. Septemb. & Antonia prędicta de men. Octob. anni proxime pręteriti. Modo quęritur, vtrum pręteritione nepotum, qui ſuperuixerunt Angelo,

1 rupta ſit illa clauſula codicillaris. † Poſſet dubitari, quia quidam dicūt illam clauſulam nihil operari in pręteritione poſthumi: ſed iſti nepotes habentur loco poſthumorum, vt no. C. de poſthu. hære. inſti. in reſpon. & ff. de libe. & poſthu. l. filios a patre. & l. Gallus. §. nunc de lege. & de iniu ſt. teſt. l. in poſthumorum. alij dicunt, q cum iſti nepotes eſſent nati tempore teſtamenti, q fuerunt præteriti ſciente: & ſic eorum natiuitas clauſulam codicillarem non rūpit, iuxta no. in l. ſicut certi. & l. ſi cum vel in vtero. de teſtō mili. & ſi dicatur, certe hic vna puella fuit concepta poſt teſtamentū; reſpondeo, illa non rumpit teſtamentum, quia prius deceſſit, quàm pater eius: & ſic patre exiſtente in medio ipſa non rūpit aui teſtm̄. de iniu. teſt. l. ſi quis filio exhęredato. in prin. conſidera, q hic iſta diſputatio nō eſt neceſſaria, quia cū Angelus deceſſerit cū filijs, licèt deceſſerit viuo patre, euanuit conditio ſubſtitutionis, quia liberos poſt ſe reliquit viuentes. ff. ad tre. l. ex facto. §. pe. & clauſula codicil. quia deficit cōditio ſubſtitutionis, nil operari poteſt, vt C. de cadu. tol. §. ſin autē aliquid. quia ergo ſubſtitutionis cōditio deficit, portio dictis nepotibus obuenit libera, & ipſis decedētibus in dicta eorū tertia portione mater eorū pleno, & libero iure ſucceſſit. facit C. de inſti. & ſubſti. l. gñaliter. de fideic. l. acutiſſimi. de condi. & dem. l. cū auus. Ego Bald.

CON-

CONSILIVM XXVI.

1 *Patruus cum auunculis qualiter ſuccedat nepoti trãſuerſali.*

1 Patruus † cum auunculis ſuccedit nepoti tranſuerſali in capita, vt in Authenti. poſt fratres. C. ad Tertullia. & patruus, qui eſt frater patris, primo debet habere dimidiam patrimonij communis ex perſona ſua, quàm haberet etiam viuo Baldutio eius fratre, in qua non veniunt dotes datæ dicto Baldutio: quia ſi Baldutius viueret, detraheret eas integras pro ſe ſolo. ff. fami. her. l. ſi maritus. iſtæ autem dotes in dotum reliquum matrimonium Baldutij, & Ioannis eius filij poſtea diuiduntur in tres partes, & vnuſquiſque eius venit ad ſuam tertiam, cum ſint tres. illud etiã ſciendum eſt, quòd ſi hæreditas matris Ioannis non fuit adita, reuerteretur dos ad dictos fratres matris, & patruus nihil de iſta dote haberet. Ego Baldus.

CONSILIVM XXVII.

1 *An procurator poſſit declarare voluntatem domini, & an requiratur ſpeciale mandatum.*

1 Iſtæ rationes † faciunt contra dictum dominum. in primis, quia procurator eius non produxit inſtrumentum mandati, nec fidem facit de mandato. & ideo dicti priores, & ſyndici non fuerunt conſtituti in mora. ff. depoſiti. l. ſi quis inficiatus. & licet procurator allegauerit, nõ tamen exhibuit ipſum. vnde verbis eius credi nõ debuit. Item quia dictũ procuratorium nõ fuit ad hoc ſufficiens ratione formæ: quia non habebat mandatum ad dimittendum, & relaxandum libere, & expedite dictas res, & iura in dictis rebus. & verba dicunt, in quantum ipſa Pieta vellet: quam voluntatem ſine ſpeciali mandato procurator declarare non potuit. ff. de acquir. hæredi. l. Paq. Item dictum procuratorium non extenditur ad hæc: quia dudum ante erat conſtitutus procurator, quàm dicta tranſactio fieret. vnde ad eas ſe non extendit l. quod dicitur de tutela per Cyn. & l. omne. de procura. Item quia nõ fuit proceſſum ad realem diuiſionem, & relaxationem dictarum rerum, prout debuit procedi infra annum, nam verbum, vellet intelligitur cum effectu, & cum actu ſubſecuto. ff. de ſtatu libe. l. 3. §. ſi quis ſic. ex quibus rationibus dico dictam dominã non fouere iuſtitiam. Ego Baldus.

CONSILIVM XXVIII.

1 *Legatarius, cui eſt legatum quid poſt mortem filiorum teſtatoris, ſi moritur ante filios legatum expirat.*
2 *Pupillariter ſubſtituti excludunt matrem.*
3 *Matri non debetur legitima, quando teſtator habet filios.*
4 *Vxor ſpernens filios perdit legatum, ſed non dotem, nec bona paraphernalia.*

1 Super † primo puncto dicendum eſt, quòd cũ Petrus catrigiæ deceſſerit ante filios teſtatoris, non trãſmiſit legatum ei relictum poſt obitum filiorum. C. de cad. to. §. autem ſi ſub cõditione. & plene no. C. de his. qui ante aper. tabu. l. 1. de regu. iur. l. quæ leg. & inſtit. de verbo. obligat. §. ex conditionalia. & ideo dictũ legatum tanq̃ caducũ remanet apud hæredes defuncti. i. teſtatoris, vt in §. pro ſecũdo. Sup ſecun
2 do puncto † viſo teſtaméto, in quo expreſſa eſt ſubſtitutio pupillaris, eſt dicendum pupillariter ſubſtitutos ſuccedere excluſa matre impuberum, de inoffic. teſtamen. l. pap. §. ſed nec impuberis. & l. precibus. & in c. ſi pater. cum ſimilibus. Super
3 tertio puncto dicendum eſt, † quòd matri teſtatoris nulla debetur legitima in bonis teſtatoris: quia teſtator deceſſit extantibus filijs, quorum prima cauſa fuit in ſucceſſione: & ideo per teſtamẽtum filij ſui potuit totaliter præteriri, in Auth. de
4 hære. ab inteſt. §. 1. Super quarto puncto dicẽdum eſt, † q̃ fructus, qui fuerunt in hæreditate reperti, pertinent ad hæreditatem teſtatoris, non ad vxorem, quæ liberos ſupernens cecidit a legato pro tempore futuro. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. vxori. & in Authen. de nup. §. fiunt tutelam. & per hoc reſponſum eſt ad alia pũcta, quia vxor omnem vſumfr. perdidit, dotem tamen ſuam, & paraphernalia omnia rehabere debet ab hæredibus viri. Ego Baldus.

CONSILIVM XXIX.

1 *Datum eccleſiæ an reſeruato ſibi in vita vſufr. dicatur donatio, vel an dicatur inter viuos, vel cauſa mortis.*

Punctus talis eſt, Cecchus fecit quandam donationem inſtrumẽti tutoris, videlicet in nomine dñi amen. Anno domini 1383. indi. 7. tempore Vrbani Papę 6. die menſis Feb. conuocato, & congregato capitulo, & cõuentu eccleſiæ ſancti Ioãnis de Fratta, in dicta eccleſia, in choro, in quo capitulo fuit dñs Petrus Prior dictæ eccleſiæ, & dominus Petrus Andreoli de Engubio monachus dictæ eccleſiæ abſente dño Antonio Cecchi monacho dictæ eccleſiæ exiſtens Cecchus Vannis Cecchi de caſtro frattę cõitatis Peruſij; & do. Bartolutia eius vxor coram dicto d. Pet. Priore, & dicto do. Pet. & me notario, & teſtibus ſupradictis. In primis vnam domum poſitam in caſtro frattæ cũ ſuo tecto, ędificio, & terminis ab vna via ab alia domus pia nuciæ. Item vnum ortalũ poſitum in dicto caſtro, cui a duabus viæ, & ab alia commune dicti caſtri. Item vnam petiam terræ vineatam poſitã in diſtrictu dicti caſtri, cui cohæret Meus Tutij, ab alia hæredes Simonelli, vel &c. cum acceſſibus ad habendum &c. quam quidem donationem, & dationem eidem Priori fecerunt pro ſalute animæ dictorum ſuorum mortuorum reſeruatis ſemper fructibus dictorum bonorũ, & hære. dictæ domus in vita eorum: & poſt mortem dictorum Cecchi, & Bartolutiæ, remaneant dictæ eccleſiæ. Actum in eccleſia ſancti Ioannis diſtrictus dicti caſtri pręſente Antonio Vannis, & Fran. conneneuo
1 li, & Paulutio Berrardelli omnibus de dicto caſtro. † Modo quęritur, nunquid ex dictis verbis appareat aliquam donationem dictæ eccleſiæ, de dictis bonis: & ſi dicatur aliqua donatio, vel dici poteſt, nunquid ſit donatio cauſa mortis, vel inter viuos? Iſta donatio valuit, ſed dubium eſt, an inter viuos, vel cauſa mortis. & vř, q̃ inter viuos, quia in dubio præſumitur donatio inter viuos, vt l. Seya. de don. cauſa mor. In cõtrarium, quia eſt facta mentio mortis, vnde vř cenſeri cauſa mortis. de dote prælег. l. Seya. l. miles. in princ. de le. 2. gl. in fin. C. de pac. l. non firmatur. In iſto ergo dubio recurrendum eſt ad intentionem, quæ ex verbis colligi poteſt, vt l. non omnis. ſi cer. pet. donatio namque cauſa mortis eſt, cum quis magis habere ſe vult, quàm eum, cui donat, & vult magis habere eum, cui donat, quàm hæredem ſuum. ff. de dona. cau. mor. l. 1. ſed ita vř fuiſſe hic, quia magis habere voluit ſe in vita ſua, quàm eum cui donat: ergo eſt donatio cauſa mortis, & ſic potuit reuocari. ſed ad hoc reſpondetur, q̃ verum eſt, q̃ magis habere ſe voluit fructus, ſed proprietatem magis voluit ad eccleſiam pertinere, vt C. de dona. l. quiſquis. præterea hic non vř facta mentio mortis per modum finalis cauſæ, ſed per modum cuiuſdam dilationis propter fructus medij temporis interim: finalis enim cauſa fuit pro anima, facit quod no. per doc. l. quæ dot. ſol. ma. ſed iſta pars non fuit vera propter illa verba, poſt mortem remaneãt. nam iſta verba totam donationem in mortem ſuſpendunt, & verbum, remaneant. indicat hoc, non obſ. q̃ tranſlatum fuit dominium in vita: quia hoc contingit, quotienſcunque donatio cauſa mortis propter mentionem mortis in verbo remaneat. paſſus iſte non eſt clarus, ſed communiter tenetur, quòd eſſet donatio cauſa mortis, tamen vt dixi, rationes in contrarium multum vigent. Ego Baldus.

CONSILIVM XXX.

1 *Habere, vel non habere vnde ſe alat, quando quis dicatur.*

1 Sicut dixit, ita dico, † q̃ intra annum debet ali de dote, ſi nõ habet alimenta aliunde. ſed quid ſi habet vẽdendo, & in alimenta conuertendo. vř, q̃ tũc intelligatur hře, qñ ex redditibus põt ſe alere: non enim tenetur vendere proprium, vt ex pretio ſe alat, vt ff. de ceſſione bonorum. l. qui bonis. alias ſemper hřet, vnde ſe alat, quia poſſet vendere nomen debitoris, qui tenetur ad dotem, & inde ſe alere. quod non eſt verum. Poteſt dici, q̃ ſi habet, vnde ſe alat ex rebus, quarũ natura eſt, q̃ conuertantur in alimenta. V. g. recolligit multũ de vino, & nihil de pane: tñ ex venditione vini poteſt hře de pane, & vino quantum ſufficit: tunc teneatur vendere, ſed ſi res non conſueuerunt vendi pro alimentis, ſed in periculo mulieri

lieri

lieris conſeruari, vt annolli, & ſcagiali, tunc non tenetur vendere, ſed debeat alimentari de dote, ſicut conſtante matrimonio Nam vbi de alimentis loquimur, ad redditus habemus reſpectum, vt ff. vbi pupillus educari debeat. l. ius alimẽtorũ. §. t. pelles autem non ſunt emendæ habenti, quia noĩe alimẽtorum continetur, vnde fruſtra petit, qđ intus habet. Ego Bald.

CONSILIVM XXXI.

1 *Auus paternus, & maternus quomodo ſuccedant nepoti.*
2 *Probet quis aditionem hæreditatis, & qualiter probetur.*
3 *Scientia mortis etiam in perſona, quæ præſumitur ſcire, articulanda eſt.*

1 Angelus † intentionem fundatam, quia auus materous, ad quem dos debet reuerti non extantibus liberis ex filia: vel ſi extiterent, & deceſſerunt non adita hæreditate matris. & dicit Bart. ꝙ ſi extitiſſent hæredes, tñ bona ab auo materno profecta pertinerent ad ipſum auum maternum, & non paternum: ſed cõiter tenetur, ꝙ pariter ſuccedant nepotibus auus paternus, & maternus, vt ibi in Auth. defuncto. C. ad Tert. §. in hæreditate, ꝙ dicti nepotes põt tranſmittere ad eos, tenendo glo. in l. apud hoſtes. de ſuis. & legiti. ſed ſi nepotes non tranſmitterent, veniret ſolus auus maternus ad recuperationem dotis, quam dedit filiæ, vt l. dos a patre. C. de ſol. Pater tñ filiorũ excluderet vtrunq; auum, ſi adijſſet hæ-
2 reditatem eorũ ſolus, vt l. in ſanti. de iu. delib. plene not. † An aũt pater puerorum adiuerit hęreditatem eorũ, necne. cũ iſta qõ ſit facti, ex actitatis, & ꝓbatis liquere oportet. & quia hoc eſt facti, ille, qui dicit hæreditatem ab alio aditã, probare hoc debet. Quod in propoſito per auum paternũ ad excludẽdum auum maternum nullo modo eſt probatũ. deficit enim articulus, quia omnino facit articulum de ſcientia mortis puerorum. ſ. ꝙ mater ſciens puerorum mortem dederit veſtes amo-
3 re dei &c. † Nam de ſcientia mortis etiam in perſona, quo pręſumitur ſcire, articulandum eſt, vt plene legitur, & not. ff. de acqui. hær. l. is poteſt repudiare. & poſito, ꝙ iſta ratio non procederet: quia includeretur ſuia ſub articulo animi adeũdi, tñ teſtes non probant hanc ſcientiam, nec probatur, ꝙ poſt mortem mulieris maritus dederit iſtas veſtes amore dei, nec ꝙ iſtę veſtes fuerint mulieris, nec ꝙ fuerũt ab ea poſſeſſæ ſicut liquido ex ipſis atteſtationibus patet: & ideo nõ eſt probata geſtio pro hærede. ff. de acqui. hære. l. pro hærede. in princ. & §. Pap. Item non eſt probatum, ꝙ iſti pueri deceſſerint infantes, vnde eis mortuis cõiter dicunt doct. ꝙ pater non poteſt adire hæreditatem maternam, in d. l. ſi infanti. & not. & in l. cum non ſolum in prin. de bonis, quæ lib. per Cy. quia igitur non ſit probata per reum, quæ aditionem inducãt pro petitore. ſ. auo materno pronunciandum eſt. & ſi auus maternus totum petiſſet, rebus ſic ſe habentibus in totum viciſſet; quia non agitur de hæreditate, id eſt nepotum, ſed de dote filiæ. l. fin. communia vtriuſque iudi. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXII.

1 *Vendens rem an tanquam vnius, quæ erat duorum, & ſtipulatus eſt eam reſtitui poſt tempus, quærat actionem alteri ex reis ratum habenti contractum, vt poſſit agere ex ſtipulatione, & conſequi reſtitutionem pro parte ſua.*
2 *Promiſſio rati an ſit diuiſibilis.*

Et adde in conſi. 54.

1 Præſupponatur † in facto, ꝙ non tutor vendidit aſſerẽs ſe tutorem ad tempus rem, quam aſſerit duorum pupillorum: & ſtipulatus eſt poſt tempus reſtitui. vnus pupillorum habet ratum pro rata, quæritur, vtrum poſſit agere pro rata alio non ratificante, & tempore dicente, ꝙ non fuit ſuæ intentionis emere pro parte, nec ſtipulanti ſe obligare in caſo, in quo non valeret cõtractus, & non poſſet ſibi quæri ius inſolidum. & præſuppoſito, ꝙ vno pretio. & videtur, ꝙ ſic: quia obligatio rem reſtitui eſt diuidua natura, & ſolutione, ſiue natura, & effectu, vt vulgatum eſt ab omnibus pueris, in l. ſtipulationes non diuidũtur. ff. de verbo. obli. in contrarium videtur, quia iſtud negotium non poteſt pro parte explicari: nam in totum verbum iſte contractus vno pretio factus ratificari, vel in totũ reprobari, alias ex iſto contractu nõ poteſt hinc, vel inde agi, de in diem adie. l. quod ſi vno. nec ſeparari poteſt ſtipulationẽ reſtitui in duas partes, quia ex iſto cõtractu ſtipulatio interpoſita eſt, nec ſtat per ſe. & contractus, qui ex cauſa iſtius ſtipulationis pro parte non valet, ergo nec ſtipulatio. Pro iſta parte conſului, ꝙ contractus, vel ſtipulatio ex eo naſcens non poſſet valere pro parte, & pro parte non: quia non erat contracturus, nec promiſſurus pro parte, nec commoda contractus potuit percipere emptor: quia non affert tantam vtilitatem pars reſpectu partis, quantam affert reſpectu totius. & particularis ratificatio,
2 tunc bene poſſet agi pro rata, ſeu virili. † dicet aliquis, in promiſſio. rati diuidi poteſt, vt l. eadem. de verb. obl. in §. Cato. tñ verũ eſt circa diuiſibile, ſecus circa indiuiſibile: vnde ſi emo vno pretio a geſtorum duorum vnam rem, non poteſt diuidi, quod vno, & indiuiſibili conſenſo celebratum eſt ab alio non contracturo. Bar. dicit in conſi. 32. quod incipit, Angelettus. & ſi aliud diceretur, compelleretur inuitus ad communionẽ poſſeſſionis, quæ diſcordiam, & qñdoq; arma parit. de ſer. vr. l. in re communi. & plus emitur totum in toto, quàm pars reſpectu partis. de leg. 2. l. Meuius. vnde eſt aduertẽdum, ꝙ mẽdacium in officio tutelæ quandoque alteri non nocet ſecuta ratihabitione, & tunc non eſt aliquis ita mente captus, qui nõ dicat ratihabitionem ſufficere, vt not. in l. 1. in prin. quod fal. tuto. nec eſt ibi aliquis ita mente captus, qui non dicat, ꝙ ratihabitio eſt neceſſaria, & ꝙ alia fictio eſt in tutore, alia in geſtore. & qui hoc non capit, videat Bar. qui hoc declarat in l. ſi tutor. in quibus cau. in inte. reſtit. nõ eſt neceſ. ſed quando mẽdacium In officio tutelæ etiam poſt ratihabitionem alteri cõtrahenti nocet, vbi dolus adminiſtratoris dat cauſam contractui, & contractus bonæfidei eſt nullus, & ſtricti iuris eſt inefficax. & ſi ex forma libelli arguitur dolus, ſicut eſt hic, contrarius eſt libello, & inimicus libelli, qui format libellũ: parcat mihi ſocius, quia ſi vitium cauſæ continet libellus, non eſt neceſſaria exceptio, dicit Bar. ibi. Item libellus talis non valet, cũ non habet in ſe ratificationem contractus: quia non ratificat contractum, ſed lacerat, & abſorbet, & qui non vult de cõtractu gaudere, commoda cõtractus repudiare videtur. ff. de admini. tuto. l. cum quare. nec poteſt gaudere in parte, & in parte non, quia totum eſt vnum ſtructum, cum ſuis honoribus. de leg. 2. l. neminem. illud etiam conſtat, ꝙ non tutor non potuit vendere, vt l. qui neque. de rebus eorum. neq; tradere poſſeſſionem pupillorum. & traditio facta nõ præſupponitur hic libello, neq; in puncto, ſuper quo conſului, & ideo agẽs ad reſtitutionem agit ad impoſſibile, & ad iniuſtum: quia reſtitutio eſt repoſitio in priſtinum ſtatum, qui hic non proponitur, immo aperte contrarium: quia in inſtrumento fuit promiſſa traditio, & præſumitur durare obligatio tradendi, niſi probetur traditio. ff. de proba. l. quinquaginta. ſicut promitto mutuare, & repeto, debeo probare me dediſſe. l. qui pecuniam. ff. ſi cer. peta. l. 1. de dote cauta. Item iſta mater tutrix per obſeruantiam totius contractus promiſit de rato ſub pœna. ſed hic non ratificatur totus, & pœna eſt commiſſa, & pro ea omnia legata. & ſciat, quòd clientulus facit incidere matrem in pœnam, & ſi ratificat, eſt ei pœnale, quia bona ſunt obligata pœnę nomine, & ſi res iſta in aliquo eſſet de ſuis bonis, poteſt pro iſta pœna retineri. Item petis rem, quæ ſi tua vnquàm fuit facto tui perdidiſti, & ideo emi a te, & non credis, ergo male, vale. Tuæ rationes ſunt multum pulchræ, & decore, ſed non faciunt ad factum. idem aut dominus Collateralis expediat, aut committat palam, quia pro certo vincemus, concedente domino Ieſu Chriſto. Ego Baldus.

Concloſio mea prima erat iſta. Agẽs ex inſtrumento debet agere ſecundum qualitatem inſtrumenti: ita ꝙ hinc inde ſeruetur effectus inſtrumenti cum ſuis modis, & temporibus. Secunda concluſio, formalis potentia agendi ex inſtrumento eſt ſecundum eius formam, igitur inſtrm eſt pars formalis petitionis. Tertia concluſio, nemo agere poteſt ex inſtru reprobando cauſam, ex qua inſtrm ſibi actionẽ refert. Quarta, quando per ipſum libellum detegitur, quòd agens ſine actione experitur, libellus eſt ineptus, & contradictorius. Quinta concluſio, quòd

ꝙ ſi obligatio rem tradi rei vendit vno etiam in perſonis plu rium coniunctorum, eſt diuidua. Sexta concluſio, ꝙ ſi obligatio rem reſtitui venit, & reſpondetur per prius rem tradi debere: quã vbi nõ fuit traditio, nec cadit reſtitutio. Septima cõcluſio, ꝙ obligatio rem reſtitui etiam non dependens a re tradi, poteſt eſſe indiuidua ex forma pacti, & qualitate rei. Octaua concluſio, ꝙ ſuppoſita veritate, & apparente veritate tutelæ agens ex capite pro tutore agit inepte. Nona concluſio, quòd ratificatio non valet niſi per cauſam extremam cõtractus, qui hinc inde reconcilietur, obſeruari poſſint. Decima, & vltima concluſio, quòd vbi deficiat mandatum, ratificatio eſt neceſſaria, & taliter, quòd idem mandatum repreſentet. Iſtæ fuerunt concluſiones incluſæ in conſi. meo. vos, qui miramini, ſupportate parum inſipientiæ meæ, & reſpõdete per ordinem breuiter. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Recipiens an a ſponte ſoluente etiam non ob cauſam metus dicantur maleficium committere, vel robariam.*

2 *Ciuitates, quæ habeant ius vendicandi ab indignis.*

1 In primis † conſiderandum eſt, ꝙ recipere a ſponte ſoluente etiam ob metus cauſam non eſt maleficium, quia ſpontanea ſolutio purgat omne vitiũ nec eſt iſta turpis acquiſitio, ſed liberari. ff. de condi. ob turpẽ cauſam. l. ſi ob turpẽ. & ideo taceat fiſcus hoc caſu. Secundo † cõ-
2 ſiderandum eſt, ꝙ nulla terra eccleſiæ Romanæ, niſi ei eſſent conceſſa omnia fiſcalia, habet ius vendicandi ab indignis, ſed ſolum habet illa, quæ a ſtatutis confirmatis a ſuperiore conceduntur. l. 1. C. de bo. vacan. li. 10. & no. in l. Item veniunt. §. cũ ante. & §. ait ſenatus. de peti. hære. & ideo nec gualdum habet niſi banna ſtatutaria. Tertio conſiderandũ eſt, ꝙ iſta nõ eſt robaria, quia libera voluntas dantis interceſſit, & gratuita facit, qđ no. expreſſe p glo. & Cy. in l. 2. C. ꝙ me. cauſa & C. ſi rector prouinciæ. l. 1. §. impleri aũt. Quarto cõſiderandũ eſt, ꝙ hic nõ habet locũ ſtatutũ de ſimilibus ad ſimilia: quia vbi nõ eſt eadẽ ratio, ibi non eſt ſimilitudo. ff. de legibus. l. nõ poſſunt. Bal. Tractat de materia conſilij 32. ſupra poſiti proxime.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *An videatur eoipſo, ꝙ quis agit ex ſtipu. nego. geſt. habere ratum.*

2 *Contractus quando eſt conditionalis, libellus debet facere mẽtionem de exiſtentia conditionis.*

3 *Non poteſt ratificari contractus niſi cum ſuis capitulis.*

In cauſa iſta allegantur plura contra agentẽ. primo, quia libellus non procedit ex eo, ꝙ petitur reſtitutio: & non narratur facta traditio, quę fuit promiſſa fieri. Et ſic male petit reſtitutionem nõ intentãs traditionem. Secũdo allegatur: quia cõtractus principalis fuit venditio, quę nõ eſt ratificata, prout oportet, non intercedẽte mandato; qui. n. negat mandatum, dictat contractum a prin. non valuiſſe, vt l. qui neque. de procu. & l. iuſiurandum, ꝙ ex conuentione. de iureiu. & ideo agitur inepte, niſi ratificatio reconciliaret contractũ, vnde circũſcripta ratificatione libellus nõ procedit. & licẽt quæratur ſine ceſſione, tñ factũ geſtoris ratificari oportet, de neg. geſt. l. ſi ego. ſed ſi mandatũ præceſſiſſet, non eſſet opus ratificatione. l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio. & de pcur. l. ſi curator abſente. & neſcio, quare ſit factus rãtus tutor, quia circũſcripta ratificatione petitio eſt impoſſibilis, & inepta. & ita conſului, & ita eſt verũ: & hoc tenet Bar. expreſſe in l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in inte. reſti. nõ eſt ne. vbi eſt videndũ.
3 Sed † videndum, vtrum ratum dicatur habere eoipſo, ꝙ agit ex ſtipulatione. ſuper hoc nõ cõſului, & iſta ratihabitio debet fieri expreſſe, vel tacite ineſt rãtis, ſi eſſet poſſibile fieri; ſed moueor ad dicendum, ꝙ non poſſit haberi ratus contractus venditionis vno pretio, niſi ratificetur in totũ, per l. quod ſi vno. de in diẽ adiec. & Bar. ponit tñnem in conſi. 32. quod incipit, Angeletus. & no. in l. ſtipulationes non diuidunt. & quia pro parte quis non fuiſſet empturus, vnde ratificatio partis nõ ſufficit hoc caſu. & hoc eſt verum reſpectu cõtractus emptionis. ſed dubiũ eſt de cõtractu ſtipulationis, quia obligatio rẽ reſtitui eſt diuidua. ſed cũ iſta ſtipulatio habuerit in ſe tacitã conditionem, ſi res tradatur, & traditio pro parte nõ potuit expli-
2 cari, ergo ſtipulatio ceſſat. † & quia qñ ſtipulatio eſt conditionalis, libellus debet facere mentionẽ de exiſtentia cõditionis, & non fuit hic facta mentio de iſta tacitæ conditionis exiſtentia, libellus vr̃ ineptus, & libellus non põt iuuari probationibus. & ſic dicatur non eſt verum, ꝙ iſta ſit tacita conditio proprie loquendo, vt l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. reſpondeo, æquipollet, quia ipſo iure non naſcitur actio ad reſtituẽdum non præcedente traditione. ſed ponamus, ꝙ libellus procederet, hoc non obſtante, tamen aliud obſtat, quia concluſio libelli eſt incerta, aut enim intendit concludere ſuper reſtitutionẽ totius rei, & eſt impoſſibile. C. locati. l. ſi diuiſæ. ſi cert. pet. l. ſi non ſingula. de duobus reis. l. reos. §. cũ tabulis aut ſuper parte virili numero perſonarũ, & tunc non conſonat concluſio, nec cauſa concluſionis, cum dicat per repudiationem maſculorũ ad ſe ſpectare. & iſta verba etiam non releuant, de verb. ob. l. ſi mihi, & Titio. & eſt libellus ineptus ille, qui ex narratis in libello apparet, ꝙ quis iniuſte, vel ſine actione experitur, vt no. Ion. in c. 1. de offic. vica. Sed ponamus, ꝙ libellus procederet, tamẽ agens in totũ ſuccumbere debet pluribus rationibus. & primo, quia non eſt probata traditio poſſeſſionis, immo nec ꝙ vnquam iſtæ dñæ poſſederint: & ſic nec tradere potuerũt: & in hoc acta loquũtur, nec ſequitur, ſi pater poſſet, ergo filius. l. cum miles. quibus ex cau. ma. & ſi dicatur probatum eſſe, ꝙ emptor tenuit. ergo videtur tenuiſſe ex titulo emptionis, vt l. minus inſtructus. & l. quædam mulier. reſpondetur per l. duo fratres. de ac. hære. & l. non hoc vnde legitimi. & quia iſtud eſt verum, quando cõtractus non eſt nullus, ſicut hic fuit, maxime tunc ex quo non erat tutrix. Item illud eſt verum, quando traditio potuit cadere ſecundum formam, & naturam cõtractus, & in perſonis contrahentium, ꝙ hic non eſt, nam particularis traditio non cadit hic in hoc etiam acta loquuntur. Secunda ratio eſt, quia promiſſum eſt de rato iſtorum maſculorum. qui non habuerunt ratum, immo tacite fecerunt, ne ratum habere poſſit. libellus eſt verus, & ſic commiſſa eſt pœna, & res iſtæ ſunt obligatæ pro pœna; & argum ſic, aut mulieres ratificant, & tunc res ſunt obligatæ, aut non ratificant, tũc
3 ſæpe dictum eſt, quòd libellus non procedit. † Et non poteſt ratificari cõtractus, niſi cum ſuis capitulis. ff. de l. Gayos mã. non ob. l. Pomp. & l. cum interdictæ. vbi approbatur factum, & non qualitas, quia aliud eſt dicere qualitas, aliud cauſa, & capitula. ſi enim reprobo tale quid, in quo conſiſterent vires contractus, non poſſum approbare reliquum, & ſic allegatio non facit ad propoſitum. Item non obſtat, ꝙ etiam de iure cõmuni acquiritur ex ſtipulatione rei, quæ datur ſua: quia verum eſt, ſi ille, cui ſi ſtipulatio ratificet. C. ſi cert. pet. l. ſi abſente. de admi. tuto. l. cum quæritur. & conſtet etiam, quòd res ſit ſua. ſi igitur ratificet, res obligata eſt perpetua, & reconueniri poteſt pignori. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXV.

1 *Subſtitutio facta per verbum, ſuccedat an ſit directa, vt per eam excludatur mater.*

2 *Subſtitutio an facta filio impuberi in dubio ſit interpretanda directa, vel fideicommiſſaria.*

Pater filio ſuo impuberi hęredi inſti. ſubſtitutionem fecit ſub forma, quæ ſequitur. Item iuſſit, & voluit dictus teſtator, ꝙ ſi Franc. eius filia moreretur, ſine filijs, & filiabus legitimis de ſuo corpore deſcendentibus, ꝙ de bonis hæreditatis dictæ ipſius Franc. ſuæ filiæ per dictos ſuos commiſſarios dentur, & diſtribuantur 20. lib. dena. in ędificio eccleſię ſancti Ioannis de pęna. in alijs vero bonis reſiduis a prędictis poſt mortem dictę Franceſ. ſuę filię iuſſit, & expreſſe voluit ſuccedere Ioannem ſuum fratrem, & gaſſutiam ſuam ſororem, & ipſos dictę Franceſ. ſubſtituit, ac fecit hæredes vniuerſales poſt obitum dictę Franceſ. ſuę filię. poſt mortem patris deceſſit dicta Franceſ. infra pupillarem ætatem, modo eſt queſtio inter ſubſtitutos, & matrem dictæ Franceſchinę, dicunt enim iſti in totum debere ſuccedere matre excluſa, mater

vero

vero dicit ſe habere ſuccedere legitima, & trebellia. quæritur
modo, quid iuris viſo teſtamento, & narratione prædicta. Su
per pũcto, & quæſtione prædictis breuiter, & indubitãter vi-
3 detur dicendum, † quòd dicti ſubſtituti in totum ſuccedere
debeant, matre procſus excluſa: nam dicta ſubſtitutio eſt dire
cta pupillaris, vt no. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & in l.
precibus. C. de impub. & in ca. ſi pater. extra de teſtib. libr. 6.
vbi eſt hodie caſus expreſ. & vbi caſu legis, & ibi nulla quæ-
ſtio eſt, vt l. ancillæ. C. de fur. excluditur ergo mater, vt dictis
2 iuribus probatur. † Et nedum vbi expreſſa, & clara eſt dire-
cta ſubſtitutio, vt in caſu prædicto: ſed vbi eſſet dubia, iudica
tur, & aſſumitur pro directa: quia in dubio ratione naturalis
affectionis pater præſumitur velle filio prouidere, non ipſum
grauare, vt ff. de vſuris. l. in fideicommiſ. §. cum pollidius. &
de inoffi. teſt. l. filius matre. & l. ſi quis in ſuo. & de cur. fur. &
l. ſi furioſo puberi. nam extraneus extraneo nõ vult, ergo mul
to magis pater filio, vt l. quidam cum filium. ff. de hære. inſti.
cum igitur pupillaris ſit fauorabilis, & ſubſtitutio fideicom-
miſſaria ſit grauamen, vt no. in l. ex tribus. C. de inoſ. teſta. er-
go præſumitur pater impuberi filiæ prouidiſſe ſubſtituendo
pupillariter, neque grauaſſe fideicommiſſarie ſubſtituendo.
hoc confirmatur per dictum c. ſi pater. vbi aperte dr̃, ꝙ ſub-
ſtitutio dubia interpretatur directa, ſi verbis cõueniat, & per
ſonis. ſed hic de perſonis non eſt dubium, & verba patiũtur,
ergo &c. ar. ff. de leg. 1. l. ab omnibus. in prin. huic accedit. C.
de hær. inſti. l. ſi. & gl. ut. in l. verbis ciuilibus. de vul. & pupi.
quæ dicit, ꝙ dubia ſubſtitutio recepit interpretationem dire
ctæ. ad idem facit, quia in teſtamẽtis plenior ſit interpretatio,
vt ff. de re. iur. l. in teſtamentis. ſed pupillari ſubſtitutio eſt ple
nior, quàm fideicommiſſaria, vt ff. de vul. ſubſ. l. cohæredi. §.
cum filiæ. ver. nec fideicom. & hanc partem præciſe tenet gl.
inſti. de pupil. ſub. §. qua ratione. & Cy. ita conſuluit, vt refert
in l. precibus. & Ioan. An. hoc tenet. ſ. in c. ſi pater. in nouella.
& ſi hoc eſt in caſu dubio, quãto magis i caſu nr̃o dẽt iudica
ri directa, vbi verba ſunt mere directa. facit, quia diſpoſitio.
l. & teſtatoris æquiparantur, vt in Auth. de nup. §. diſponant.
coll. 4. ſed lex in dubio debet trahi ad caſum magis neceſſa-
rium, vt l. 1. §. quid ergo. de vend. inſpi. l. quod Labeo. ad car.
ergo idem in diſpoſitione teſtatoris. ſed certum eſt, ꝙ directa
ſubſtitutio eſt magis neceſſaria, quàm fideicom. cum per di-
rectũ prouideatur, vt filius inteſtatus non decedat: quia tra-
hitur ad bona patris, & filij per fideicom. ſoli teſtatori proui-
detur, cum ſola eius bona veniant, vt d. §. cũ filio. igitur hanc
ſubſtitutionem directam, non fideicommiſſariam in caſu di-
hu patrem feciſſe debet intelligi. Præterea pondero verba di-
ctæ ſubſtitutionis, dum dixit teſtator, & ipſos dictæ Franceſ-
chinæ fecit hæredes. &c. & non dixit, ſibi fecit hæredes. &
hoc nõ poteſt eſſe, niſi ex pupillari directa: & hoc eſt ſatis cla
rum in caſu præſenti. & probatur per ea, quæ in dictis legib.
notatur. nõ ob. ꝙ quidam voluerit dicere dictam ſubſtitutio
nem eſſe fideicommiſſariam, propter adie. illorum verborũ,
ſine liberis. quæ videntur trahere dictam ſubſtitutionem ad
pubertatem, & ipſam facere fideicom. per l. credendũ. §. hoc
autem. ff. qui pe. tu. & per gl. in l. precib. quia vt ſupra dictũ
eſt, caſus eſt in contrarium, in d. c. ſi pater. & in d. l. Centurio.
recte inſpiciendo. & gl. inſti. de pu. ſub. §. extraneo. & condi-
tio ſine liberis &c. nihil operatur, nec alterat dictæ ſubſtitu-
tionis effectum, & naturam, cum ſemper inſit, tacite etiam ſi
non exprimatur, vt l. cum acutiſſimi. C. de fideicõ. & l. cum
auus. ff. de condi. & dem. nec ob. d. l. credendum. quia ibi fue
runt verba mere obliqua, vnde ſemper eſt fideicommiſſaria.
ſed in quæſtione noſtra ſunt mere directa, & aliter dicendo,
eſſet contra teſtatoris mentem, & verba. Ex quibus cõcludo,
vt ſupra dictum eſt, ſubſtitutos admittendos in totum matre
excluſa. & hanc opinio. tenent Dyn. Bar. Ray. de For. & Fran.
de pig. & communiter omnes docto. Ego Baldus.

Ad idem CONSILIVM XXXVI.

1 *Subſtitutio quando ſit conditionalis inſtitutio, vel conditiona lis reſtitutio.*

3 Omnis † ſubſtitutio aut eſt conditionalis ſubſtitu-
tio, aut eſt cõditionalis reſtitutio. ſi quidem
ſit inſtitutio, eſt directa, ad l. Fal. l. in ratione. §. filio. Si vero eſt
reſtitutio, eſt obliqua, ſeu fideicom. C. de inſti. & ſubſti. l. ge-
neraliter. quando autem dubitatur, an ſit conditionalis inſti-
tutio, an vero ſit conditionalis reſtitutio, talis datur modus
cognoſcendi. nam quando eſt tale verbum, quod non habet
aliam naturam, quàm directam, vt verbum hæres eſto. tunc
eſt directa. ſi vero non habet aliam naturam, quàm naturam
fideicom. vt verbum, reſtituas. eſt obliqua. ſi autem habet na-
turam indifferẽtem, dicitur eſſe communis coaptaſſe vtriq;.
hoc tamen admiſſo, ꝙ aut conditio, ſub qua facta eſt, non ca
dit, niſi in forma directę, & eſt directa: ſi autem ſint conditio
nes, quæ non poſſunt attribui ſubſtitutioni directæ, vt illa cõ
ditio, ſi ſine liberis deceſſerit. præſumitur ſubſtitutio fideic.
vt not. in l. precibus. ex iſta theorica apparet ſolutio quæſtio-
nis: nam quia verbum principale eſt directum, quia teſtator
dixit, facit hæredes vniuerſales. quod verbum, facit. idem eſt
dictum, ꝙ inſtituit: dicta ſubſtitutio eſt directiſſima, & in pu
pillari ætate puella defuncta ſubſtitutus matrem excludit, vt
in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. in verbo, reſtituendo hæredes: vn-
de mater in nullo ſuccedit, eſt caſus ad literam. ff. de ſecund.
tab. l. ſi ita. §. qui filio. eſt caſus in c. centenario. & hoc no. do-
cto. omnes in l. precibus. ſuper intellectu gl. magnæ in verſi.
ſi non ita. & eſt glo. in l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Ego Bal.

CONSILIVM XXXVII.

1 *Mulier an, quæ ceſſit pro pretio doti maternæ, vel quæ renun tiauit ſucceſſioni paternæ, poſſit in omnibus rebus ſuccedere patri ex teſtamento; & an pretium dictæ ceſſionis veniat cõ ferendum. nu. 3. & 4.*

2 *Clauſula hæc in ceſſione poſita, ſcilicet & quocunque alio iu re. quid operetur.*

5 *Filiæ valentes ſuccedere patri an ex teſtamento teneantur conſeruare dotes earum.*

Filia, cui eſt factum legatum, ſi eſt nupta, an dicatur datata.

6 *Mater an ſuccedat filię defunctæ in pupill. ætate, an vero ſo rores ſtante fideicommiſ. ſubſtitu.*

7 *Pater an poſſit grauare filiam in dote materna.*

Quoniam re melius intellecta melius quæſitorũ
habetur rñſum: ideo poſt breuem fa-
cti ſeriem annectuntur ſubſcripta motiua iurib. rationibus
roborata, quę partim fauere videntur infra ſcriptę Benuenu
tę. Vnde ſciendum primo eſt, ꝙ quidam nomine Mattheus
habens duas filias ex prima vxore nomine domina Cathari-
na, quarum vna fuit dicta Beuenuta, quæ poſt mortem ſuę
matris manens apud ſuum patrem cum conſenſu eius pręſti
to iuramento confitens ſe maiorem 12. annorum ceſſit colę
domini Angeli recipienti nomine dicti domini Ange. om-
nia iura, quæ habebat de præſenti & in futurum in bonis, &
dote dictæ ſuæ matris, & in bonis dicti ſui patris occaſione
dictæ ſuę dotis, & quocunque alio iure, titulo, ſiue cauſa pro
pretio 165. flor. quos dicit in inſtrumento eo tunc recepiſſe.
& ſequenti die Cecharellus Zutij fuit confeſ. habuiſſe a di-
cto Mattheo pro dote dictæ Beneuenutæ tunc futuræ vxo. di
cti Cecarelli 200. floren. altera autem filia ex dicto primo ma
trimonio nata vocatur Maſcetta. demum adhuc viuente di-
cto Mattheo dictum matrimonium conſummatum fuit in-
ter dictos Cecharellum, & Beneuenutam. verumtamen hic
Mattheus iam acceperat aliam vxorem nomine dominã Ma
riam, ex qua habuit in ſua vita duas filias, videlicet Buccia-
rellam, & Franciſ. & poſt dicti matris mortem dicta ſecunda
vxor peperit aliam filiam nomine Bannam. ſed hic Matthe,
antequàm moreretur, fecit teſtamentum, in quo reliquit do-
minæ Maſcettæ computata dote materna 250. flore. reliquit
etiam dictis Bucciarellæ, & Franceſ. 250. flor. pro qualibet,
in quibus dictam Maſcettam, Bucciarellam, & Fran. & dictã
ſuam vxorem hæredes inſtituit pro dotibus ipſarum. Item di
ctę eius vxori legauit 100. floreno. & vltra dotem. Item reli-
quit filię ſuæ naſciturę pro ſua dote 200. floreno. ſi autem
maſculus naſceretur, eum fecit vniuerſalem hęredem, & om
nes filias ſuas, videlicet dictam Beneuenutam, dummodo ip
ſam dotem conferret, & pręd ictas Maſcettam, Bucciarel-
lam,

lam, & Franceſ.& dictam ſuam vxo.& dictam filiam naſcitu
ram pro æquali portione inſtituit: & tam in codicibus prædi
ctis,quàm in hæreditate fecit ſubſtitutiones, ſed ſeparatim,
aduertendum tamen eſt, ꝙ filia prædicta naſcitura eſt nulla,
quæ ſuperius vocata eſt Vána, & nullus maſculus natus fuit.
& poſt hoc deceſſit dictus Matthęus,& ipſo mortuo marita-
tę fuerunt dictę Bucciarella, Maſcetra, & Vanna cum omni-
bus iuribus, quę habebant in bonis paternis. & dicta Fran-
ceſchi. deceſſit in pupillari ętate,& dicta ſecunda vxor rema-
ritauit ſe, vnde inter prędictas hęredes occaſione prędictorū
prę miſſorum plura voluuntur in dubium. Primo enim fit du
1 bium, † an dicta Benenenuta repelletur,ne poſſit ſuccedere
dicto ſuo patri ex teſtamento prædicto, etiam dotem confe-
rendo obſtante ei dicta ceſſione. & quia pars aduerſa dicit,ꝙ
ſit mota ad hoc,forte perquiritur.§.ſi venditor.ff.de edil.edi
cto. vbi dicitur, quòd remittétibus actiones ſuas &c.ſed ad
hoc reſpondetur, quòd iſtud poſſet locum habere, quando
ipſa Beneuen. vellet reddere ad bona materna, quæ ita ceden
do abdicauit a ſe: ſed non ad paterna, niſi ipſa feciſſet refu-
tationem in bonis eius, ſecundum c.2.de pac.lib. 6. ſed ipſa
Benenenuta non ſimpliciter, & ſine legitima cauſa hoc vo-
luit, ſed mediante teſtamento dicti eius patris. Vbi ſciendum
eſt,ꝙ dictum c. habet tantum locum, qñ talis filia ita refutās
vult ſuccedere ab inteſtato, ſed hęc filia vult ſuccedere ex te-
ſtō ex voluntate expreſſa dicti ſui patris, idō ipſa ēt ſi taliter re
futaſſet,non excluderetur,aliàs tolleret liberū arbitriū teſtan
di patri ſuo,quod a iure ſuo improbatur, vt C. de pac.l.pactū,
quod dotali.& ibi no.in glo.& hanc ſententiam ponit Bart.
ſuper l.ſi.C eo. Et ſi bene aduertatur, ipſa ceſſio huiuſmodi
refutationem non continet, nec eſt dicendum, ꝙ dicta ceſſio
ſe extēdat ad paterna bona,quę cum nominatim, & in ſpecie
fuerit facta de dote materna,non in bonis paternis occaſione
2 dictę dotis,verba generalia,quę ibi ſequuntur, † & quocun-
que alio iure ſine titulo,cauſa non ampliant ipſam ceſſionē,
ſed reſtringuntur ad ea, quę ſpecialiter ceſſa ſunt, & eis ac-
ceſſoria,& nō ad ſucceſſionem bonorum paternorum, vt C.
de tranſact.l.ſi decreta.& ibi not.per doc.& in l.ſi ſub prętex
tu.eod.tit.Et ſic intelligitur facta de dote materna ratione di
ctę dotis,ex eo quòd dicta ceſſio ad omnia ſe extenderet, ta-
men quia partes confitentur, quòd dicto domino Angelo,
pro quo fuit recepta ceſſio, ſucceſſit in bonis omnibus di-
ctus Matthęus, fruſtra pars aduerſa inhęret dictę ceſſioni,ex
quo idem Matth. dictam filiam inſtituit cum alijs: quia id,
quod voluit dominus facere potuit,ut l. 1.de ſac.ſan.eccl.ex
quibus concluditur, ꝙ non obſtante dicta ceſſione patri ſuo
3 ſuccedit ex teſtamēto prędicto. †Secundo vertitur in dubiū,
an in collatione fienda a dicta Beneuenuta ueniat conferen-
dum precīū dictę ceſſionis.& allegatur,ꝙ nō, quia tantum-
modo profectitia conferuntur,non aduentitia, ut C.de coll.
l.fi.ſed ipſum pretium nō fuit profectum a patre,nec eius oc
caſione,ſed contemplatione maternę dotis: igitur non uenit
conferendum: nullo enim iure poteſt dici ipſum pretium a
patre profectum,quia non exiuit de ſuis bonis, ut atteſtatur
inſtrumentū,nec eius cōtemplatione deuenit ad filiam, ideo
pars aduerſa nō eſt audienda,ut l.illam.C.de coll.Tertio uer-
4 titur in dubium,†an dos 200.flor. data uiro futuro tunc di-
ctę Beneuenutę pſumatur pcile,& in totum data per patrem,
uel pſumantur in ea conuerſi dicti 165.flor. qui fuerunt pre
tium pfatę ceſſionis & circa hoc allegatur, ꝙ q̄q̄ prima facie
uideatur dicendum,ꝙ uideatur dicta dos data abſq; dicta cō
uerſione, ut l.fi.C.de dotis promiſ.tn̄ oppoſitum tenendum
uidetur propter uehementes coniecturas occurrentes: prima
eſt breuitas temporis,quia de uno die fuit receptum dictum
pretium,& de alio immediate ſequenti die fuit ſolutio dotis,
& ex breuitate temporis capitur magna cōiectura,ut l.ſi uen
tri.§.fi.de priui.credi.facit ad hoc quod no.do. Bar. in l.poſt
contractus. de dona. Secunda eſt nimia reuerentia, quę ha-
betur per puellam ad parent. nam coniectura eſt, quòd pa-
ter acceperit a filia ſua pretium ceſſionis, ut illud daret pro
ſua dote. facit ad hoc.l.1.§. quæ honorádę.ff.quarum rerum
actio non datur.tertia eſt,quòd non eſt prę ſumendum ipſum
patrem uoluiſſe, quòd tantum plus haberet dicta filia, cum
in ſuo teſtamento legando alteri filiæ ſorori dictæ Beneuenu-
tæ dixerit, ꝙ computatur dos materna. vr̄ ſine dubio tenen-
dum,ꝙ dictum pretium ceſſionis concurrentibus coniectu-
ris prędictis prę ſumatur conuerſum in ſol.dotis. Quarto ver-
5 titur in dubium,† an reliquæ filiæ volentes ex dicto teſtō ſuc
cedere eorum patri teneantur cōferre dotes earum,ſicut vult
cōferre dicta Beneuenuta. & allegatur pro parte dic. Beneue,
ꝙ ſic,quia ex quo dictę filiæ ſuccedunt vniuerſaliter patri, le-
gatum dotis conferre dn̄t, vt C. de colla.l. filiam cū fratribus.
non ob.l.a patre.eo.ti.vbi vr̄ dici, ꝙ relictum dotis non cōfe-
ratur, nā illa.l.loquitur,quia filia habet capitale legatum do-
tis extero iure.l.j.nec ſuccedit in alio patri ſuo, ſed hic ſucce
dunt dictæ filiæ, vnde legatum dotis eſt conferendum, vt d.l.
filiam.& ibi eſt gl.nā alia res,q̄ non venit cōferenda, cōfertur
cā inęqualitatis vitandæ inter filias, vt no.glo.in l.illud.C.eo.
ti.eſſet magna iniquitas, ꝙ tm̄ onus ſentiret vnà ad cōmodū
aliarū,ex quo nō ſubeſt ratio prædilectionis.ne ergo ꝯhat in-
uidia inter fratres,ſeruanda eſt paritas in collatione, vt dr̄ in
iuribus pdictis,& ſecundū prædicta intelligatur.l.filię.eo.ti.
Præterea relictū poſſet forte dici non conferendū, qñ ſtat in
finibus relicti: ſed in caſu noſtro, vt pponitur in pſenti caſu,
debentur dicta legata dotiū,poſtq̄ dictæ filiæ viuentes nuptæ
fuerunt: nā legatum dotis purificatur qn ad oēm eius effe-
ctum ſecuto matrimonio, vt qñ dies leg.ced.l.quod pupillæ.
Præterea ſi dicetur, ꝙ tale legatum dotis nō ſortiretur nomē,
& naturā dotis,niſi ſecuto matrimonio,pari ratione eſſet di-
cendum,ꝙ nec 200.flor.ſoluit viro dic. Beneuen.anteq̄ eſſet
eius vir,non dicantur dos matrimonio ſecuto: quia par cau-
ſa eſſet etiā in vtroq; caſu.ſi,quia tpe deputato, ſeu deſtinato
dotis in contractu, vel in teſtō non erat matrimoniū, ſumpta
rōne,ꝙ dos nō poſſit eſſe ſine matrimonio, vbi eſt eadē rō idē
ius ſequi debemus, vt l.illud ad l.Aquil.vnde pater dicendo,
ꝙ Beneuenuta confert dotē,fruſtra locutus fuiſſet. & ideo ſi-
cut reliq volūt dicere.ſe nō teneri ad collationē,ita poſſet di-
cere ipſa.ſed in vero oēs conferre dōt,quia ſequens matrimo
niū efficit nunc promiſſum datū, & legatū pro dote, ut dos
ſit cenſendū.pro quo eſt materia legis Titio centū.ver.ſed cū
nore nup.ff.de cond.& dem.pterea nonne glo.in l.mulier.ff.
de iu.do.dicit, ꝙ oīa bona mulieris cenſentur in dubio in do
te data,cū mulier nubit: certè ſic; nōne eſt ēt cōis vſus loquē
di generalis, & maximè in reatino agro, ꝙ ēt virgo,& q̄libet
mulier non hn̄s virū dicatur hr̄e magnā dotem,vel paruá, ſi-
cut eius patrimoniū ſe extendat? certè ſic,qa multotiens cō-
ſoluit dn̄s Bar.ipſe ēt dicit in d.l.Titio.ꝙ ſecundū ſtatuta ter
tarū filiæ,quibus ita legatū eſt,dicuntur dotate ſtatutū ēt rea
tinum, qd̄ tranſmittitur ſub tub. de ſucceſſ.ab inteſta.vocat
hmōi filias dotatas, quibus eſt legatum aliquid nomine do-
tis.ſine dubio ergo tenendum eſt, ꝙ poſtq̄ pater nō vetuit ex-
preſſe ipſam colla. in pſonis filiarum, ꝙ ipſa ſit penitus facien
da, vt in auth.ex te.C.eo.ti.& talis collatio fieri debet cū fru-
ctibus,& omni incremento pp æqualitatem ſeruandā. & ſit
ipſa collatio, vt concluſum eſt, inter filias teſtatoris repulſa di
cta matre cohęrede: quia ſibi non ſit collatio, vt no.in l.ſi emā-
cipati.C.eo.& l.ſi.C.cōia vtriuſ.iud.& ſufficit, ꝙ in diuiſio-
ne ipſa Benenenuta tm̄ minus capiat, quantum ſuit dos ſua,
ita ꝙ non expediat ei pecuniam reponere in communi, ut di
cit gl.in l.filiæ. licèt ſuperius allegata.& ſicut confertur dos,
ita debet cōferri omne id, quod habitum eſt ex bonis patris,
6 vt dicta auth.ex teſtamento. Quinto uertitur dubium, †qua-
liter filiæ ſuperſtite, & mater ſucceſſerint ſupradictæ Franci.
defunctæ in pupillari ætate. & allegatur, ꝙ quāquā prima fa
cie uideretur dicendum, ꝙ quantum ad legitimam, & Tre-
bellian. ei ſucceſſerint dictæ Bucciarellæ, & Vanna eius ſo-
rores coniunctæ ex parte patris, tantum accipiendo ſubſtitu
tionem factam ut fideicommiſſariam: quia dum d. Benene-
nuta fuerit tunc maior, & aliæ minores, aliàs ſubſtitutio in-
telligatur in eum caſum, quo poſſit pariter omnes compre-
hendere, & ſic in uim fideicommiſſ. ut leg. in l. 1.C.de milit.
teſt.& l.quamuis.C.de impub.& alijs ſubſtit.attamen iſta in
caſu noſtro nō habent locum, nam dictæ ll.intelliguntur, qñ
ſubſtitutio facta fuit omnibus uno cōmuni verbo, ſ. uos inui
cē ſubſtituo. ſed in caſu noſtro in prima, & ultima ſubſtōne
fuit

fuit teſtator locutus per verba diſtributa, puta dicendo, & ſi altera ipſarum. &c. natura diſtributiui eſt, cuilibet inſolidum diſpoſitum attribuere, & non ſimul, vt not. in l. hoc articulo. ff. de hęre. inſti. & per ea, quæ no. ibi. d. Bar. vnde dicta ſubſtitutio eſt accipienda eo modo diſiunctim in perſona cuiuſq;, ſ. in perſona maioris, vt fideicommiſſaria, & in perſona minoris, vt pupillaris expreſſa. & cum iſta diuiſione etiam pōt intelligi quod no. ipſe d. Bar. in l. Luc. ff. de vul. & pup. vbi recitat, φ ita tenent etiam in breuiloqua dominus Guli. de Cu. & d. Ray. de for. dicatur ergo, quòd omnes filiæ ſuperſtites ſubſtitutę ſine prælatione ex pupillari ſubſtitutione pariter ſuccedant dictæ Franc. defunctæ in pupillari ętate excluſa matre: quia tranſiuit ad ſecundas nuptias non petito tutore. Prętereà infra annum nec ipſa ſuſcepit tutelā, nec adminiſtrauit, nec ei renunciauit, vt faceret locum alij legitimo, vel datiuo, vel ſciant. C. de legitimis hæredibus. vt plenè no. per Bart. in l. 1. ff. qui pe. tu. & ſi dicatur a matre, φ ipſa fuit nutrix, tamē inuentarium non fecit, & non reddidit rationem, antequam ſecundo noberet, & ideo omni commodo ſucceſſ. priuatur, vt l. omnem. C. ad Tertul. & inquantum ſuccedit dictę Franc. ceſſat collatio, quia pater d. ni ſubſtituit ei, & Buciarellæ, & Maſcettæ, nullam fecit mentionem de collatione; nec de iure cautum eſt, φ in ſucceſſione fraterna fiat collatio, ſed tantùm fiat dicta collatio in ſucceſſione paterna. Sexto vertitur

7 dubium, † an dictus Matthęus teſtator legando dictę Maſcettæ a 50. floren. compu. dote materna potuerit ipſam grauare in dote mr̄is. ad hoc dicit, φ ſic. gl. eſt notabilis in iſti. de ſingulis re. p fideicō. relictis. & in l. in ea notat. & de hoc dubitare ommodo inutile eſt, quia proponitur in punctis communibus, quòd ab ipſa, & alijs approbatum eſt teſtamentum. Cōcludi ergo poteſt de iure, quòd ex quo ipſe Matthęus ſucceſſit dicto Angelo, cuius vice fuit ſupradicta ceſſio recepta, & dicta Maſcetta acceptauit teſtamentum paternum, quòd ita dos matris eius ſicut cętera bona dicti Matthęi veniunt in dicta ſucceſſione adiudicanda, & diuidenda, vt dictum eſt: ita φ nullum commodum dictæ ſucceſſioni percipiat dicta mater, & collatio fiat ab omnibus, ne traheretur in inuidiam inter filias, ſed ſeruetur æqualitas. Ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM XXXVIII.

1 *Filia non repellitur a ſucceſſione teſtamentaria facta ceſſione iuris ſuccedendi etiam cum iuramento.*

2 *Succeſſio matris non debet conferri, quando tractatur de ſucceſſione patris.*

3 *Præſumitur in dubio, quòd pater dotet de ſuo, non de patrimonio vxoris.*

4 *Dos quando veniat conferenda.*

5 *Subſtitutio facta per verbum, moriatur. an ſit directa, & excludat matrem, & facta per verbum, ſuccedat.*

6 *Grauari in dote matris an ſupra legitimam quis poſſit.*

1 Super † primo puncto dicendum eſt, φ Beneuenuta a teſtamentaria ſucceſſione non repellitur per dictam ceſſionem, licèt factam cum iuramento: & hoc pluribus rationibus. prima eſt, quia licet ſucceſſioni futuræ poſſit renuntiari cum iuramento ſecūdum ius canonicum, vt in c. quamuis. de pac. lib. 6. tamen ius ſucceſſionis futuræ cedi nō poteſt niſi conſentiente, & in conſenſu perſeuerante eo, de cuius ſucceſſione agitur, etiam cum iuramento: nam iuramentum eſt contra bonos mores, quia inducit votum captandæ mortis. C. de pac. l. fi. & no. per Bar. de ver. ob. l. ſtipulatio hoc modo. Secunda ratio eſt, quia de tali iure cedendo, vel renuntiando non videtur cogitatum: vnde dicit Spe. de emp. & vē. §. 1. verſi. pone; filius. φ per renunciationem inter viuos non tolluntur relicta. Tertia ratio eſt forma verborum cōtractus, nā verba dicunt, φ ceſſit ei omne ius, quod habet, & ſibi competit, & in futurum competere poteſt in bonis, & ſuper bonis Matthæi. hæc. n. verba ſignificant omne ius, quod Matthæo viuente competeret, non quod poſt mortem, vt ff. de neg. ges. l. 3. §. hęc verba. Quarta ratio eſt, quia non videtur pater conſenſiſſe, quia ipſe non poſſit teſtari, nec poteſt ſuper hoc ſibi legem imponere, vt d. l. fi. & l. 1. de ſac. ſan. ecc. cum ſi. Quinta ratio eſt, quia nec iſta filia videtur cogitaſſe id, per quod videatur indigna ſucceſſione. ff. de his, qui. vt indig. l. 2. §. fi. de do. l. quidam in iure. §. fi. Sexta ratio, quia illa verba, competere poteſt in futurum. intelliguntur ex cauſa de præſenti, vt no. per Bar. de ver. obli. l. qui Romæ. §. fi. in 6. & 7. q. Septima ratio, quia verbum, ſperat. intelligitur de ſpe legitima, non de ſpe damnabili. ff. de cond. & dem. l. cum ita legatum. in prin. vltimo pro hoc facit glo. C. de pac. l. 1. in 3. oppo. & iſta eſt ve-

2 ritas. Circa ſecundum punctum dicendum eſt, † φ vbi tractatur de ſucceſſione patris, nō debet conferri ſucceſſio matris, ſeu dos materna: quia diuerſæ hęreditates ſunt, & nihil habent commune. & hoc eſt verum, niſi pater appoſuerit iſtud grauamen in teſtamento, vltra legitimam etiam valet, vt ff. ad Treb. l. Lucius Titius. in princ. Videamus, vtrum ex verbis teſtamenti Beneuenuta tenuta conferre dotem ſuæ matris. verba teſtamenti dicunt, dummodo dicta Beneuenuta teneatur conferre dotem matris ſuæ, nunquid ergo dos matris dicitur dos filiæ: nam filiæ quæſita eſt per ſucceſſionem matris, & in communi vſu loquendi patrimonium puellæ dotem appellamus. ſed veritas eſt, quòd iſtud peculium, ſiue paraphernale a dote ſua ſeparatum eſt. ff. de dona. l. donationes in concubinam. §. ſpecies. nomine ergo ſuæ dotis continetur quantitas, quæ ei reſpecto matris data eſt a patre: & ideo maternum patrimonium conferendum non eſt. & hoc de ſecundo puncto. Circa tertium punctum veriſimile eſt, quod allega-

3 tur, tamen non eſt concludens, vnde dicendum eſt, † quòd pater in dubio præſumitur dotaſſe de ſuo, non de patrimonio vxoris. C. de dotis promiſſio. l. fi. Et ideo Beneuenuta debet retrahere de bonis paternis pretium redactū ex dicta venditione, ſi ad patrem perueniſſe probatur. Circa quartum

4 punctum dicendum eſt, † φ dotes prælegatæ veniunt percipiendæ, non conferendæ: & ideo ſorores Beneuenutæ non tenentur conferre dotes eis prælegatas, quia voluntas teſtatoris in diuiſione, & collatione ſeruanda eſt: ſed ſi teſtator dotem dediſſet inter viuos, & non prælegaſſet, deberet conferri fratribus ſecundum formam l. vltimę. C. communia vtriuſq; iuris. tres ergo ſunt caſus: quandoque dos eſt data, non prælegata; quandoque prælegata, non data. primo caſu confertur ſecundo, & tertio non ff. famil. hercifcun. l. Pompon. Circa quin-

5 tum punctum dicendum eſt, † quòd cum ſubſtitutio dicat, cum moriatur talis, & mortuus ſit pupillus, quòd mater excluditur: quia verbum, moriatur. principaliter eſt verbum directum: quia cum mors ſit cauſa immediata, & finalis, directum verbum directam ſucceſſionem ſignificat, licèt aliquando mediante patre poſſit obliquari, vt in cap. 1. de teſta. lib. 6. quia ergo non requiritur aliud niſi mors, & non requiritur reſtitutio hęreditatis, mater excluditur, vt in l. precibus. C. de impu. & ali. ſubſti. & iſta eſt veritas quo ad ſubſtitutionem primę partis teſtamenti. ſed nos non ſumus in illa prima parte, nec in vltima ſubſtitutione primę partis teſtamenti, ſed in vltima ſubſtitutione. & verba dicunt, & ſi altera ipſarum deceſſerit ſine liberis, ſuperueniens ſuccedat, & in hęreditate prędicta. & quidam dicūt, φ iſta ſubſtitutio eſt reciproca, & ſic cum ceſſent quędam puberes, non pōt continere pupillarem: ergo ei ſuccedit ab inteſtato ſecūdum formam Auth. defuncto. & in Auth. poſt fratres. alij dicunt, φ eſt fideicommiſſaria, quia cōditio liberorū non cadit in ſubſtitutione pupillari, ſed in fideicōmiſſaria, vt no. in l. precib. cum ſua materia. & ſic etiam ab inteſtato ſuccedit: & ita tenetur communiter. tamen quia q nę proximis copulata ſuccedant, eandē tenent naturam, oēs iſtas, quia primum caput directum eſt, reputamus directas. d. c. ſi pater. quatenus cōueniunt perſonis in ſubſtitutione diſcretis, vt prudenter allegatum eſt per illa verba, hęreditate prędicta. cū ſ. dixerit, in hęreditatia iure directo capiendę. & poſtea ſubiecit, prędicta: quia verbū, prędictum. facit relationem, & repetitionē, vt mihi vr. Ad vltimū

6 punctum † reſponſum eſt, φ ſupra legitimam pōt grauari dote matris ſtipulata patri, ſed in legitima non pōt apponi grauamen, vel aliqua diminutio, vt no ff. ſol. mat. l. ſi cū dotē. §. ſi pater. & ff. ad Tre. l. Luc. §. maritus. per Dyn. C. de inoffi. teſt. l. quoniam in priorib. & l. ſanci. In quarta aūt debita iure inſtitutionis loquitur. ff. ad l. Fal. l. ſi debitor. iſta eſt veritas. Bal.

CONSILIVM XXXIX.

1 *An per ſecundum teſtamentum minus perfectum, & minus ſolenne, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, tollatur primum, in quo eſt extraneus inſtitutus.*

2 *Caninuſtus, vel proximus hæredi inſtituto an poſſit eſſe teſtis in teſtamento. Item quid de fratre. Item quid de muliere.*

Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt, dominus Ioannes gentili de Tuderto ſuum condidit teſtamentum in quo inter cætera quendam, qui prædicto domino Ioanni ab inteſtato non ſucceſſiſſet, ſibi vniuerſalem hæredem inſtituit: & Francis. Gilioli Gilij, & Raynerium Oppozigilij, qui ſibi ab inteſtato ſucceſſiſſent, eos non inſtituendo pariter. demum elapſis 20. ann. ſuam denotauit contrariam voluntatem. Et dixit in præſentia quinque teſtiũ, quorum teſtium tres ſunt maſculi, & duæ fœminæ, quòd volebat ſibi hæredes inſtituere dictos Franciſ. & Rayn. & quòd volebat teſtamentum per ipſum Ioannem hactenus factũ non valere, vel tenere. Et incepit aliud facere teſtamentum, quod non perfecit propter aliquod impedimentum occurrens, & deceſſit ſuperſtitibus prædictis Francis. & Rayn. qui ſibi ab inteſtato ſuccederent. Et ſuperſtite illo, quem ſibi in dicto teſtamento inſtituerat hæredem. eſt verum, quòd vnus ex dictis quinque teſtibus fuit filius ſpurius dicti Gilioli Gilij, & eſt frater carnalis, licèt ſit ſpurius dicti Franciſ. prædicti: tamen iam ſunt 20. anni, & vltra, quòd ſimul non cohabitauerunt.

1 † Modo quæritur, an prædictum teſtamentum dicti Ioan. ſit de iure validum, vel irritum tam ex dicta contraria voluntate, quàm ex tranſcurſu decennij. Et qui ad ſucceſſionem dicti domini Ioannis de iure veniant. circa quod breuiter dico, quòd dictum teſtamentum ipſo iure fuit, & eſt irritum, tam ex apertione dictæ contrariæ voluntatis, quàm ex curſu decennij. Probatur per text. in l. ſancimus. & ibi etiam per gloſ. & doc. C. de teſt. inſtitu. qui. mod. teſta. infirmau. §. ex eo. & ibi not. circa princip. gloſſ. magnæ. de quo plenè per Bartol. in l. ſi iure. ff. de legat. 3. ſufficiunt enim tres teſtes ad probandam dictam contrariam voluntatem, vt not. in d. allegata. l. ſancimus. accedat lex hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſt. vbi apparet, quòd teſtamentum iure factum, in quo inſti. eſt qui ab inteſtato non veniebat, rumpitur per teſtamentum non imperfectum, in quo inſtituti apparent venientes ab inteſtato, de quo plenè per Bart. in l. ſi is, qui. ff. de teſta. ſed vt in puncto apparet in prædicto teſtamento inſtitutus eſt, qui prædicto domino Ioann. ab inteſtato non veniebat: & demum declarauit velle ſibi eſſe hæredes prædictos Franciſ. & Rayn. qui ſibi ab inteſtato ſuccedebant; quare &c.

2 † nec obſt. quod prout ſupra in puncto proponitur, vnus ex dictis teſtibus eſt frater carnalis dicti Franci. licèt ſit ſpurius, nam dico ſecundum veram opin. gloſſ. & doctor. non ſolum frater ſpurius, ſed etiam frater legitimus admittitur ad teſtificandum pro fratre in cauſa ciuili, niſi repellatur ratione domeſticitatis, vel quòd ambo ſint ĩ patris poteſtate, iuxta nota. per glo. & Barto. in l. parentes. C. de teſt. & ff. eo. l. 1. §. 1. vel niſi repellatur ratione nimis intenſæ amicitiæ, & beneuolentiæ, quod eſt iudicis arbitrio relinquendum. de quo etiam notat in titu. de teſt. §. 1. verſic. ſed nunquid frater.

3 Præterea † ad probandum prædictam contrariam voluntatem ſunt vltra tres teſtes maſculos duo alij teſtes fœminæ, quas credo aditas ad probandum dictam contrariam voluntatem. Nam cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium, vt l. 1. ff. de teſti. omnes illi ad teſtimonium admittuntur, qui non expreſsè prohibentur. ſed ad probandam dictam contrariam voluntatem non reperitur expreſsè prohibitum, quòd mulier non admittatur ad teſtificandum, ergo &c. ſunt enim omnia permiſſa per l. quæ prohibita non inueniuntur, vt l. 1. §. 1. ff. de teſti. & l. necnon. §. quòd eis. ff. ex quib. cau. maio. & l. ab ea. ff. de proba. & l. multi. §. cum quæritur. ff. de procu. cum ſimilib. Mulier enim ſolum in teſtamentis ſecundum iura ciuilia prohibetur teſtificari. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamentis, & inſtit. eod. §. teſtes. & ibi per gloſſ. de quo plenè in Specul. de teſti. §. 1. verſi. item quod eſt. cum verſic. ſequent. his præmiſſis apparet euidenter, quòd prædicti Franciſc. & Rayn. tanquam proximiores in gradu veniunt ab inteſtato ad ſucceſſionem domini Ioan. prædicti excluſo prædicto ſubſtituto in ſupradicto teſtamento. quod probatur per l. ſecunda. §. hæreditas. ff. de ſuis, & legiti. & in corpore Authenticorum de hæredita. ab inteſtato venientibus. §. ſi vero neque. & l. ſiue ingenua. in ſine. ff. ad Tertullian. cum ſimilibus.
Ego Baldus.

CONSILIVM XL.

Aliud conſilium de eadem materia.

4 Sicut ſapientiſſimè conſultum eſt † tres teſtes mares rogati ad probandam dictam reuocationẽ præſuppoſito curſu decennij ſufficiunt, vt d. l. ſcimus. Et ſi quis ex teſtibus eſſet aliqualiter ſuſpectus, illa ſuſpitio poteſt remoueri ope teſtimonij mulierum, ſicut ſi quis diceret, ꝙ non debet credi teſti, quia inimicus. Nam per mulieres poſſet econtra probari amicitia, facit. ff. de eden. l. ſi quis ex argen. §. 1. tamen in hac quæſtione dubium eſt, quia videtur referre, vtrum teſtator reuocet primum teſtamentum ſimpliciter volens decedere inteſtatus: & tunc ſi teſtamentum perficere non potuit, dicta clauſula reuocatoria nil videtur operari, vt d. l. ſi iure. de lega. 3. & l. fideic. §. 1. de teſta. ex ea. & l. ſi is, qui. & not. C. de teſt. l. iubemus. de admi. leg. l. ex parte. ff. de teſt. mil. l. militis codicillis. §. veteranus. & l. Lucius. qui in cauſa, quare volebat non valere primum, erat, quia volebat valere ſecundum: & ceſſante cauſa &c. vt l. cancellauerat. de his, quæ in teſtamento delentur. & l. ſi. ff. de hære. inſti. & ſi primum teſtamẽtum haberet clauſulam derogatoriam futurorum, tunc eſſet adhuc maius dubium, vt l. ſi quis in princip. teſtamenti. ff. de lega. 3. & not. C. de teſtamen. auth. hoc inter liberos. ſed certè non poteſt negari, quin hic ſit curſus decennij, & contraria voluntas: ergo teſtamentum primum ruptum eſt, quia l. ſancimus. non requirit niſi iſta duo. & ſimiliter dico de clauſula caſſans, & irritans. ſi ponatur curſus decẽnij, ꝙ valet dicta clauſula, licèt non valeat ſecundum teſtamentum, ſecus ſi non eſt lapſum decennij. & ita intelligatur Bart. in l. ſi iure. & licèt iſte paſſus ſit dubitabilis, tamen non eſt tutum interpretari. l. ſancimus. niſi ſecundum quod iacet, ſcilicet, vt pœnitentia teſtatoris cum curſu decennij ſtatim reuocet primum teſtamentum, etiam ſi nullus adiret hæreditatem, quia pœnitentia teſtatoris nullam requirit aditionem hæreditatis, cum viuo teſtatore trahat ſecum ſuum effectum: quod eſt contra Bartol. in d. l. ſi iur. Et hæc ſunt vera, niſi clauſula derogatoria appoſita in primo oſtendat voluntatem primam perſeuerare, vt plenè nota. per Dyn. & alios in d. l. ſi quis in princi. teſta. & iſta eſt notabilis materia, & vtilis ad §. ſi quis. in l. hac conſultiſſima. nihil dico, quia ibi ſecunda voluntas fuit conſummata, licèt non ſolennizata, & ideo tractatus quinque teſtium non cadit hic. Item ibi debent eſſe quinque mares, non fœminæ. Ego Baldus.

CONSILIVM XLI.

1 *Veniat an illud, quod quæritur ex pupillari ſubſtitutione in fideicommiſſo.*

1 Flora, & Neſutia † debent habere in primis quadringentas libr. quo qualibet. Item debent habere 200. lib. pro qualibet, ſi eis ſatisfactum non eſt. & hoc, quia ita dicit teſtamentum. ff. de lega. 1. l. planè. Item cum ab inteſtato ſuccedant Franciſco eorum fratri, debent habere legitimam, & Trebellianicam ex perſona Franc. ac etiam legitimã, & Trebellianicam ſermonis, vt in c. Rayn. & Raynul. de teſta. & ſecundum quoſdam totam partem Io. quia dicunt, ꝙ id, quod capitur ex pupillari, non venit in fideicom. ſed ſecundum alios venit in fideicommiſſo, & detrahitur ſola Trebellianica, quaſi frater ſit rogatus a fratre. ff. ad Treb. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ſed ſecundum alios detrahuntur duæ quartæ, quaſi impubes ſit rogatus a fratre poſt mortem ſuam, & fratrum reſtituere partem ſuam, vt tangitur de moſti. teſta. l. ex tribus. de vulg. ſub. l. cohæredi. §. cum filię. quia fideicommiſſum

mi ſtum incipit, ab hęrede fratris impuberis, vt C. vt act. ab hę
redibus, & contra hæred. l. 1. Et iſta opi. communiter tenetur
quaſi duabus ſubſtitutionibus factis impuberi: vna pupilla-
ris, alia fideicōmiſſaria, quia patet omnes grauauit poſt mor-
tem omnium. paſſus ſubtilis eſt, & variæ ſunt opiniones, &
multa pro, contradici poſſunt, tamen ita teneo. legitima igi-
tur, & Trebel. ex perſona fratrum dictis ſororibus debentur,
reſiduum autem ex Trebel. reſtituen. ceſſio, de qua quæritur,
fuit facta ante mortem Franciſ. & ideo iura, quæ quæruntur
poſt mortem Franciſ. non veniunt in ceſſione, de verbo. obli.
l. qui Romæ. §. duo fratres. Ego Baldus.

Defendit ſuum conſilium ſupra.
Defendit quoddā cōſiliū ſuū, & reprehēdit reprehendētes. 1

CONSILIVM XLII.

Mirati ſunt aliqui, & viſum eſt eis, q̀ iſtud conſilium
non ſit bonum. & allegant puerilia, quæ ſciūt
illi, qui ſunt diſcipuli primi anni: & videtur eis philoſophari,
& tripudiant in errore. dic ergo, quæſo reprehenſor, ſi tutrix
vera eſt, & ipſa ſuo nomine experiretur directa, vt l. cum quæ
ritur. de admini. tuto. & allegaret in libello ſuum mendaciū,
vtrum procederet libellus: ſed ſi non ageret ipſa, ſed ageret il
le, cui eſſet mandatum exercitium directorum, etiam in rem
ſuam, an allegato mendacio eſſet audiēdus? Ego neminem de
iſto puncto dubitare puto, de quo tu non dubitas, ſed contra-
dicis iuris veritati, & de iſta cōtradictione temerarie exultas.
reſpice, quòd ſtatutum iſtud non diſponit de alio, niſi de exer
citio directæ, ac ſi facta eſſet ceſſio. ff. man. l. ſi procurator. §. ſi
na. Vnde id, quod repelleret ſtipulantem, repellit iſtum procu
ratorem, licèt in rem ſuam, vt C. de procur. l. qui ſtipendia. &
maxime dolus per confeſſionem libellantis apparens, vbi ei,
qui eſt in poſſeſſione, non eſt neceſſaria alia in integrum reſti-
tutio, de qua loquitur. l. 1. in tex. & glo. quod fal. tuto. au. ge-
ſtum eſt. nam poſſidenti nō eſt neceſſaria alia defenſio, ex quo
apparet gentis improbitas per ſuam confeſſionem, vt legit, &
not. Inno. in c. 1. de offi. vica. officio enim iudicis conſuli ſibi
debet. ſpeculare igitur ſuper conſilium meum, & non repre-
hendas, ſed habeas ipſum in veneratione. conſidera æquita-
tem cauſæ, & quòd ſi fuiſſet hic mendacium, dediſſet cauſam
contractui: quia non erat alius contractus, & pretium ſolutu-
rus. vnde tale eſt, quale ſi tu diceres, ago ex contractu, ad quē
dolo te induxit, cum alìas contracturus non eſſes. hic libellās
eſt inimicus ſui libelli, & contrarius concluſioni ſuæ, vt vide
re poteſt quilibet homo diſcretus, & habens aliquam ſcintil-
lam intellectus. hoc etiam ſtatutum requirit, quòd promiſſor
obligatus ſit, & non dicitur proprie obligatus ille, cuius exe-
cutio eſt liquida. verba ſtatuti poſſunt agere contra obligatū.
Et ſi ita es proteruus, quòd nō credis, credes pro certo domi-
no Bar. qui conſulendo conſilio deciſiuo hoc tenuit formali-
ter, quod conſilium ad repulſionem male loquentium produ
cam duplicatum, cum expediret, quia habeo. Et leges quæ ra-
tificanti permittunt, agere intelliguntur, quando ratificans ex
peritur vtili ex ſua perſona, & quando contractus non eſt cele
bratus per dolum dantem ei cauſam. & cum ratificatio inter-
uenit, quæ hic non allegatur, & re vera non eſt, vt patet per
alias alleg. per me. Baldus.

CONSILIVM XLIII.

1 *Statuto ſtante, quòd mulier non ſuccedat extante maſculo, an*
eo defuncto mulier ſuccedat ex beneficio iuris communis.
2 *Significatio dictionis, donec.*
3 *Mater tranſiens ad ſecunda vota ſuccedit filio vnà cum filijs*
in virili in vſufr. filia autem in proprietate.

Omnia mangrada mortuo Petro fratre ſuo ſucceſſit
Nico. eius patri ab inteſtato defuncto pro di
1 midia. † nam ſtatutum excludens filiam nō excludit eam ſim
pliciter, ſed ad tempus, donec ſuperſtiterit maſculus. & ideo
defuncto maſculo reducitur ad ſtatutum, quem habet de iu-
2 re communi, vt collata dote ſuccedat pro virili: † vt patet vi
temporali iſtius dictionis, donec. C. de iure delib. l. fi. §. donec.
inſti. pro ſocio. §. manet. ff. fami. herc. l. inter hæredes. §. penul
ti. de tempo. ordi. c. dilectus filius. extra de ſpon. c. non eſt vo-
bis. inſti. de rerum diui. §. plene. ff. de dolo. l. ſi quis affir. §. fin.
3 l. 2. ad Tertul. per Bart. † Mortua etiā fratre ſucceſſit fratri ſuo
in tota proprietate bonorum maternorum: quia mater tranſi
uit ad ſecunda vota. in vſufru. autem ſucceſſit in virili mater,
& ſoror, vt C. de ſecund. nup. auth. ex teſtamēto. Si autem fra-
ter habuiſſet alia bona, quàm paterna, tunc in proprietate, &
vſufr. mater, & ſoror ſuccederēt viriliter, per eandem auth. ſci
licet in alijs bonis factis. Ego Baldus.

CONSILIVM XLIIII.

1 *Libellus, cuius verba hæc ſunt, Titia vt tutrix dedit, & vē*
didit, quanquā non eſſet tutrix, ſit ſibi contrarius, de qua ma
teria ſupra.
2 *Bartolus non fuit doctor fantaſma, ſed doctor ſubſtantialis.*
3 *Ad exercendum actionem quærendam per nego. geſt. an ſit ne*
ceſſaria ratificatio.
4 *Ratificatio requirit tria.*
5 *Qui patitur per ſecundum decretum dicitur habere rem pro*
derelicto.

Iſte dominus Chriſtophorus fatuitatis amicus ipſo furo
re punitur. chomo che ſæpe, coſi minū a rape. Et ob-
loquitur iſte de me, & ego de eo, nec quicquàm dixeram, nec
cogitaueram, ipſe aſſumpſit aduncationem, & dignus eſt de-
1 bita mercede. † Ego dixi, quòd libellus, cuius verba hęc ſunt,
Berta vt tutrix dedit, & vendidit, quāquā tutrix non erat. ſibi
contrarius in iſta narratione, quia narrans contraria in eo, q̀
eſt cauſa, agebat inepta. q̀ iſta ſint contraria, vident omnes cre
ditores: nam ſi dedit, ergo tutrix, ſi nō tutrix, ergo non dedit,
vt l. qui neque. & l. iuſiurandum quod ex conuen. §. 1. ff. de iu
reiur. dignus eſt inuolui ceno ille, qui negat, quia omni cōtra-
dictioni mēdacium permiſcetur. iſtud fuit conſilium primū,
quod dedi: contra quod conſilium ipſe, cuius intellectus eſt
per acutus, & ita volat ad aſtra, q̀ non eſt in hoc mundo, viſo,
& ſpreto conſilio meo imperite, & ſuperbe conſuluit contra-
rium. nec mirum, quia volat ſine plumis vt noctua, quæ ceca
tur a luce diei, & cum videntes dormiunt, volant, tū baſſe cū
gilis noctis. Et præſuppoſita iſta contrarietate nihil eſt cōclu
ſioni conſonum, neque conforme ammodo non loquar ſibi,
ſed intelligentibus. & diuido inſtrumētum in tres partes prin
cipales. in prima venditio tutricis cum precij ſolutione in ſe-
cunda, promiſſio ſolennis de poſſeſſionis traditione. In tertia
promiſſio. de poſſeſſionis reſtitutione, finita fruitione tēporis
terminati partes patent. Ex iſto ꝯtu non probatur traditio fa-
cta, de fi. inſtru. inter. c. dilectus. ſed traditio promiſſa. vbi eſt
conſiderandum, primo ius cōmune, q̀ ille, qui promittit tra-
dere, ſi ex ea traditione actionem conſequitur, debet traditio-
nem allegare, & probare, aliter tamē, & aliter: nam ſi traditio
eſt, vt cauſa eſt, vt cauſa eſt nata in cōtractibus nominatis. ſed
obijcitur exceptio, vt in §. offerri. ſi autem traditio eſt vt con-
ditio, actio non eſt nata, & oportet allegare in libello. & ita eſt
hic, quia promiſſioni reſtituendi rem tradendam ineſt condi
tio, ſi traditio, ſi tradetur, quia quando natura, & ratio natura
lis requirit, quòd aliquid præcedat, & ſub hoc ordine diſpo-
nit, neceſſe eſt hoc procedere, vt l. qui pecuniam. ſi cer. pe. vn-
de ſi inſtrumentum dicit, q̀ promiſit mutare, vel in dotem da
re, & ille promiſit reſtitutionem, intelligitur de reſtituēdo ha-
bita dote: quia ius, & natura reſpiciunt hoc pactum. & ea nō
habita ſi quis ageret ad reſtitutionem, nec intentaret dationē,
eſſet pecus pecoris, & non de ouili iuſtiniani. Secundo eſt cō-
ſiderandum ius municipale, quo cauetur, quòd ſolutio non
poſſit probari per teſtes, vbi obligatio conſiſtit per inſtrumen
tum confeſſionatum, ſed traditio iſta eſſet ſolutio eius, quod
promiſſum eſt tradi, vñ non pōt probari p teſtes. & licèt quis
promiſerit tenere, & conſeruare rem ſibi promiſſam, tradi in-
telliguntur hæc omnia vt tradita, vt quilibet homo non inſa-
nus videt, & patet. C. de non nu. pe. l. fi. deinde diuido libellū
in partes duas, in prima narratio: in 2. conclu. narratio impli-
cat ꝯdictionem, vt dixi. Sed amplius ſciendum eſt, q̀ licèt ali-
cui poſſit p alium quęri cū mandato, & ſine mādato cū ceſſio
ne, & ſine ceſſione in caſib. vt in ꝺpoſito, & ſimilib. tū ſi quis

egit allegans mandatum,excluditur per probationem, vel cō
feſſionem, non mandati,& contra ſi non mandatum per pro-
2 bationem , vel confeſſionem mandati. † Ita tenet Bartol. qui
non fuit doctor fantaſma,ſed doctor ſubſtantialis in conſilijs,
& incipit incompaſſibilitatem . vnde allegans pro , & contra
non poteſt vincere primo propter iuris repugnantiam.Et con
ſidera,libellus dicit, dedit iam ſunt ſex anni, & ſic libellus eſt
coherentiatus loco,& tempore,vt in capitu. Abbate. de re iu-
dic.lib. 6.hoc eſt impoſſibile,ſi non fuit tutrix:nec aliqua fi-
ctio poteſt verificare iſtud verbum , dedit.ff.de manu.l. ſi pa-
ter ex prouincia. iſtud verbum,dedit.eſt verbum effectuale.&
quomodo iam ſunt ſex anni.dedit, ſi non habebat adminiſtra
tionem.ff.de ſolut.l.filiæ. Conſidera , homo miſerrimi intel-
lectus, & non ſcribas ad aurem, ſed loquere palam , quia ve-
rus tutor fundat contractum a principio, ſi autem non eſt ve-
rus,non propterea fingitur fuiſſe tutor,ſed iore ſpeciali,& ra-
tificatione conualeſcit . aliud in procuratore, ſi non intelli-
gis, vide Bart. in l. ſi tutor. in quibus cau. in integr.reſtitutio.
3 non eſt neceſſa.† & ideo alius modus eſt intentandi,& acqui-
rendi: & forte tu non credis , quòd ad exercendam actionem
quærendam per geſtorem ſit neceſſaria ratificatio,& ideo Bar
to.te inſtruat in dicta l. ſi tutor.& expreſſum in l.inter quos.§.
alienam.de damn. infect. & in multis locis. & eſt ratio , quia
requiritur conſenſus ratificantis , vt ratihabitio faciat nego-
tium voluntatium ſuum, de actio.& obliga.l.conſenſu. & de
nego.geſt.l.ſi pupilli.§.item quæritur.Et ſi hoc mihi non cre-
4 dis,aduerte,quomodo hic nulla eſt ratificatio: † quia ratifica
tio requirit poteſtatem in perſona,conſummationē in actu: &
quòd id,quod ratificatur, ſit ratificabile, intelligis ne me po-
teſtas in perſona hic eſt : quia contractus poteſt eſſe pœnalis
domino,non poteſt ratificari per procurato. ſine ſpeciale man
dato. & ita dicit Barto. ſe millies conſuluiſſe. de conditio. &
demonſtratio.l. ſi procurator. ſed iſte procurator non habuit
mandatum ad ratificandum , & contractus eſt pœnæ inſerta ,
hincinde celebratus , conſummatio in actu hic non eſt mul-
tis rationibus.primo: quia iſta bona extantibus maſculis per-
tenebant ad maſculos tantum , & eorum tantum erat nego-
cium per formam ſtatuti: & ideo hunc contractum conſum-
mare, & effectum fruitionis & poſſeſſionis ei tradere, non ſpe
ctabat ad mulieres . Secundo , quia non poteſt iſte contractus
vno precio nec quod ſequitur ex eo vel ob id diuidi de in dic
adiect. quod ſi vna.ſecundum Barto. Tertio: quia res non in-
teruenit:nam alius poſſidebat , id eſt miſſus ex inſtrumento ſi
liquido: vt in §.fina.ff.d. cum vnus.per Barto. vbi hoc forma-
liter determinat.Quarto:quia ex ſecundo decreto vnde tranſ-
lata eſt poſſeſſio,& reſponſio penſionis , & recognitio admiſ-
ſa;non poteſt alteri reſtitui poſſeſſio,quam ei,cui iudex adiu-
dicabit:quia in eum tranſlatum eſt ius debitoris totaliter , &
ab eo debet recognoſci poſſeſſio.§.item prætore.& iure admiſ
ſo perditur actio, de conditio. furti.l. ſiue manifeſtus. §. tan-
5 diu. † tu neſcis , quod ille qui patitur , ſecundum miſſum in
poſſeſſione per ſecundum decretum videtur habere rem pro
decreto, vt eſt glo.ordina. in l.prætor.de damn.infect. Et quia
non poteſt ſpoliare miſſum: vt l. ſi quis miſſu m.quod ſit rati-
ficabile requiritur . ergo quod tali tempore ratificetur , quod
ſit ratificabile.l.bonorum. & l.fina. rem rat.habe. & cum op-
portunitas temporalis vtendi fruendi ſit aborta , & retro non
habita,maxime de iure quomodo ratificabitur.ff.de vſufru c.
lega.l. ſi vſufructu. mihi in biennium , & pro qua parte cum
non conſtet quantum vel vbi. ff. de acquiren. poſſeſſio.l. 1 . §.
incertam de vſucapio. ſi fur.§.fina.l.emptor.de vſucapio. pro
emptore.& ideo officium iudicis debet obſtruere viam inep-
tijs tuis. Et tu dicis. dum dicebam,quod formalis potentia a-
gendi procedat, a tenore inſtrumenti,& vim eius. negans hoc
non reſpondeo tibi, ſed reſpondeat tibi barbitonſor: quia ip-
ſum allegat.& dum tu dicis, quod dolus parit except. & non
reddit libellum ineptum, ſtultè loqueris, ſi in libello ſit men-
tio doli. vt plene not. in §. pactus de petent. ſecundum argu-
mentum intellexiſti: quia dico quod allegās illud idem quod
inſtrumentum dicit ſicut hic dum dicit dedit &c. fatetur il-
lud,& affirmat illud: vt l.optimam.C.de contrahen. & com-
mitten.ſtipula. firmat. dicit perſonam in actu, tu autem vadis
cicalando , & non proſequor alias ineptias vltimiores de qui-
bus commodius eſt ſilere . & ſi tu es ita profundiſſimus co-
ram doctoribus iſtius ciuitatis ad allegandum viua vece vbi
deo duce tua apparebit confuſio , ego non videram tuam fa-
tuitatem de reſcripti recitatione , & ideo loquutus vſq; nunc
habeātur doctores iurati ſuper altari. Baldus de Peruſio igno-
rantiæ inimicus , aliene inimiciſſimus , ſue paratus corrigi a
quocunque & correctiones patiens libenti, & humili animo:
quia ignorare: non eſt vicium , ſed natura.ff.de legatis tertio,
l.Stichus. Ego Baldus.

CONSILIVM XLV.

1 *Geſta an , & quando per minorem valeant , poſtquām factus eſt maior.*
2 *Contractus nullus , quia ſimulatus non dat cauſam præſcribendi.*

1 Quandoque † contractus eſt nullus ſolo fauo-
re min. quia non interuenit de-
cretum,tamen alias eſt iuſtus, & celebratus bona fide. & talis
contractus firmatur ſilentio quinquennali poſt maiorem æta-
tem, vt C.ſi maior factus.l.ſi quando.quia cauſa nullitatis de-
erat ſolummodo,quia non erat ſeruata ſolennitas de rigore iu
ris introducta,& ideo æquitas illius legis ſuper hoc prouidit:
2 † Quandoque contractus eſt nullus,quia ſimulatus, tunc non
habet locum illa lex: ſed ſicut dicis, quòd falſitas non dat cau
ſam præſcribendi: ita in ſimulatio dicendum eſt , vt C.de fal.
l.ex initio.& iſtud verum eſt, niſi poſt legitimam ætatem con-
ſenſus acceſſerit , qui videtur interueniſſe, ſi diu pro diuiſo
poſſederunt, vt not. in l.penult.C.communi diui. Nam in ge-
ſtis poſt legitimam ætatem non habet locum fictio ſtatuti, de
lega. 2. l.Titia.§. vſuras.ff.de nouatio.l.doli.§.diuerſam. quæ-
ſtio.igitur facti per iudicem examinabitur, vt C. plus valere,
quod agitur.l.ſecunda. Ego Baldus.

CONSILIVM XLVI.

1 *Subſtitutio an facta hoc modo filio impuberi,ſi abſque filijs deceſſerit,ſubſtituo talem in omnibus bonis meis mobilibus,& ſtabilibus,ſit directa,vel obliqua.*

Quidam nomine Cola habens vxorem prægnan-
tem in vltimis conſtitutus condidit te-
ſtamentum, in quo inter alia ſic diſpoſuit , videlicet in omni-
bus autem ſuis bonis mobilibus, & ſtabilibus reliquis a præ-
dictis legat.& relictis, filium maſculum, vel fœminam naſci-
turam ex eo , & domina Maſſia eius vxor vniuerſales hære-
dem inſtituit vulgariter, & pupillariter , & per fideicommiſ,
& ſi prædicti ſui heredes decederent ſine filijs legitimis quo-
modocunque, voluit omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia tra-
di, & reſtitui Cabuttio fratri ſuo carnali : & ipſum Cabuttiū
ſuccedere voluit in omnibus ſuis bonis mobilibus,& ſtabili-
bus,vt ſupra dictum eſt &c. demum mortuus eſt dictus Cola
viuente,& remanente dicta domina Maſſia prægnante,ex qua
nata fuit quædam puella nomine Vanarella poſt mortem di-
cti Colæ ſui patris,quæ in pupillari ætate dicta puella mortua
eſt viuentibus & remanentibus dicta Maſſia ſua matre, & di-
cto Cabuttio ſubſtituto eius patruo , & dicta Maſſia viuente
dicta puella eius filia tranſiuit ad ſecunda vota. quæ Maſſia
poſt prædicta petit contra dictum Cabuttium ſubſtitutum le 1
gitimam,& quartam trebellianicam de bonis, & hæredi.di-
cti quondam Colæ ſui mariti,& patris dictæ puellæ eius filię
vigore dictorum verborum contentorum in ſuprāſcripto te-
ſtamento.Et pro parte dicti Cabuttij dicitur non deberi præ-
dicta dictæ matri prædictæ puellæ propter illa verba conten-
ta in dicto teſtamēto. Et maxime propter illa verba teſtatoris
prædicti, videlicet pupillariter,& etiā propter illa verba,om-
nia,quæ continentur in dicto teſtamento.quæritur, verum di
cta mater puellę tenetur recipere, vel habere aliquid in bonis
1 hæredita. dicti quondam Colæ, vel ne.† Subſtitutio hoc mo-
do facta filio impuberi,ſi abſque filijs deceſſerit, ſubſtituo ta- 6
lem in omnibus bonis meis mobilibus,& ſtabilibus.eſt fidei-
com.& non eſt ſubſtitutio vniuerſalis, nec directa, ad Treb.l.
cogi,

cogi.§.generaliter.ad hoc.ff.de verbor. ſignifi.l. mouentium. ff. de vſufru.leg.l.fin.ff.de pecu.l.quam tuberonis.§. in peculio. & ideo legitima, & falcidia, non dico Trebel. pertinet ad matrem, cui non ob. tranſiuit ad ſecunda vota, ex quo nullus filios ſupereſt, vt plenius not. per doctores.C.de ſecund. nup.auth.ex teſtamento.nec obſtant illa verba, vulgariter, pupillariter,& per fideicom. quia illa inter filios prolata ſunt, ſi forte plures naſcerentur, & ſic non faciunt ad propoſitum: Item verba fideicommiſſi fuerunt expreſſa, quia teſtator dixit, tradi, & reſtitui, & poſtea ſequitur, vt ſupra dictum eſt. Ego Baldus.

CONSILIVM XLVII.

1 *Quotiens poſſit ſententiare arbiter, cui data eſt poteſtas laudandi ſemel, et pluries. Item quid ſi ferat ſecundum laudum contrarium primo.*

1 Poſtquàm † fuit latum laudum deciſiuum, ſtatim arbiter, & arbitrator functus eſt officio ſuo.ff.de arbit.l.quidam. §. fina. & ideo aliud laudum ferre non poteſt, niſi dictum eſſet in compromiſſo, quòd poſſet laudare ſemel, & pluries. nam tunc valeret, & ſecundum laudum, quia plura videntur compromiſſa.ff. de arbit.l.quòd tamen. niſi ſecundum laudum eſſet contrarium primo, quia tunc non valeret ſecundum.facit quod not.ff.pro ſocio.l.impoſita. Et ideo cum laudum fuerit ipſo iure nullum, non valuit preceptum iudicis præcipientis id ſolui, & propterea promiſſio etiam fuit erronea,& ſoluta, ſed per errorem repeti poteſt, vt not.ff.de conditio.indebiti,l.ſol.Et quia dicta promiſſio fuit facta iudice realiter, & contra ius compellente, vt l.ſi. ff.quod metus cauſa. Ego Baldus.

CONSILIVM XLVIII.

1 *Renuntiatio facta de bonis paternis per filiam nō impedit ſucceſſionem ſororis.*

1 Ex verbis † dictæ renunciationis nullum præiudicium generatur in ſucceſſione ſororis, quin vna ſoror alteri ſuccedat. Et quia ius deliberandi tranſmittatur in ſucceſſione fienda Catharinæ ex perſona Thomaſſe.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.ante omnia.de colla.l.ante pactum. ad Velleia. l. iubemus. de peritio. hæredita. l. hæreditatis materteræ. Et licèt iſta fuerit de bonis patris originaliter, tamen nihilominus verum eſt, quod dixi, quia fecerunt tranſitum ad aliam, vt C.de donatio.l.ſi auia. & l. 1.C.de imponen. lucra.deſcri.lib. 10.ff.de acquiren.hæredita.l.Paulus.§.fin. hæc certæ donatio, de qua fit mentio, non includit ſucceſſionem ſororis viuentis,C.de pactis.l.fina.& quod not.ff.pro ſocio.l. cum duobus.§.idem reſpon. & l.ea vero.§.de illo. licèt ille §. cum glo.l.poſſet allega. pro, & contra.ff. de tranſactio.l.cum acqui.cum ſimilibus. Et quia illa verba, de bonis &c. intelliguntur immediate, vt l. 1.§.nunc videamus. de coniug. cum emancipa.liber.& eſt quaſi expreſſum de hæredita. vendi.l.ſecunda.§.illud. Ego Baldus.

CONSILIVM XLIX.

1 *Mulier, quæ ob ſtatuto non ſuccedit patri vnà cum fratribus, habet dotem ſuam præcipuam,nec confert,an poſſit libere teſtari de dote ſua.*

1 Quæſtio † iſta eſt de apicibus iuris, & examinatur. C.de rei vxor.actio.l. rem in præſenti.§.videamus. poſt glo. per Dyn. in l. penulti. ſoluto matrimo. per Dyn.& in l.poſt dotem.eodem titulo,per Barto. & hic ſi quis vellet referre argumen. pro, & contra, non ſufficerent multa folia, ſed concluſiue, & determinatiue iſtud eſt dicendum; quòd aut iſta Thomaſa ſucceſſit ſer Petrus, vnà cum fratribus & tunc dos eſt communis omnium ipſorum, & non conſolidatur, ei ſoli.C.communia vtriuſque iudic.l.fin. aut non ſucceſſit,quia forte ſtatutum non vult, quòd ſuccedat filia dotata extantibus maſculis. & ſic eſt quodammodo exhæredata a ſtatuto contemplatione dotis, vt l.qui volebat.de hæredi.inſtituit. & nunc conſolidatur ipſi filiæ, & poteſt de ea teſtari, vt d.§.videamus.& l.vltima.ff.de colla.dotis.Et ſi huic filiæ non daretur dos legitima portio ei denegari non poſſet: & ea potuiſſet teſtari, ſi pater dedit pro filia dotem,& eſt ſtipulatus ſibi reddi, vel filijs, ſi illa ſine liberis moriatur. Ita demum ſibi mulieri in legitimam computantur mortuo patre, ſi fratres patri ſunt contenti remittere ſtipulationem, ad hoc.l. 1. de colla.dot.& ſic fuit de facto iudicatum. iſta ſunt verba Iacobi de Are.in l.vxor.§.pater.de legatis ſecundo,ſed hic fratres remiſerunt ſtipulationes volendo, & conſentiendo, quòd in legitimam imputetur, vt per aliud inſtrumentum apparet, ſuper quo dedi ſecundum conſi. Bal. ergo mulier potuit de iſta dote teſtari. & iſta videtur mihi, quòd ſit ipſa veritas. Ego Bal.

CONSILIVM L.

1 *An inſtitor, vel ſancellus alicuius apothecæ ſit idoneus teſtis. Item quid de affine. Item quid de amico. quid de domeſtico ſcriba. quid de proſoneta. quid de alio prolocutore, vel mediatore inter amicos.*

2 *Teſtis an poſſit interrogari extra articulum.*

3 *Teſtis deponens de conceſſione an probet articulum de numeratione.*

1 Videndum † eſt primo de teſtibus, an ſint idonei.obuiatur enim contra Petr.quia erat ſancellus apothecæ, & geſtor nego. dicti Nicolaus, vnde non videtur idoneus teſtis, vt C.de teſtament.l. fina. nec eius ſcripturæ debet adhiberi fides,quaſi ſit teſtis,& ſcriba domeſticus, & familiaris.C.de teſtamen.l.omnibus. de iure fiſci.l. deferre.§.idem decreuerunt.per Barto.& quod no.inſtitutio. de teſtamentis.§.ſi filius. iſti enim teſtes non videntur idonei, quia ſunt inſtitores,ac etiam familiares, & domeſtici, & maxime in cauſa,quę eſt grauis ponderis:quia excedit libram auri,vt C.ſi certum petatur. Auth.ſed nouo iure. Philipp.etiam non videtur idoneus teſtis,quia affinis,nam affinitas parit nimiam amicitiam, & propterea non eſt integer teſtis, ſed magis ad quandam inſtructionem, quàm ad plenam probationem, facit. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.l. qui iuriſdictioni.ff.de probatio.l.etiam.de excuſatio. tuto.l.vnanimi. cum ſimilibus. Sed his non obſtantibus dico dictos ſancellos,& in eo,quod non tangit eorum contractum, vel intereſſe, admitti poſſe teſtes: nam in ciuili admittuntur etiam cōſanguinei, nedum affines. Eſt bene verum, quòd eſt arbitrarium, an perfecta, & ſolida fides ſit his teſtibus adhibenda, vt no.ſecunda quæſtio. 5.capitu.accuſatores. extra vt lite non conteſtata,capitu.accedens.& l. 2.ff.de teſtamen.l. 3.§.tu magis.& l.lege Iul. Et cum iſti ſancelli apothecarum ſint per totum orbem confidentes tanquam perſonæ legales, & induſtrioſi, merito eis danda eſt fides. domeſticus etiam ſcriba nō repellitur a teſtificando, text. eſt notabilis.ff.de teſtamen. milit.l.nuntius.nec ſimplex amicus.ff.de vſuris.l. ſciendum eſt. nec etiam familiaris, niſi ſit conuiuialis, vt not. Innocen. extra de offic.delega.capitulo inſinuante. & de teſtamen. capitulo literis. per Innocent. Et ideo dictos teſtes in dubio reputo omni exceptione maiores, vt C.de contrahen. & committen. ſtipulatio.l.optimam.quia ea,quæ eis obijciuntur, friuola, & inania ſunt, nec eſt verum, quòd aliquis ipſorum ſit ſimilis proſonetæ, quia proſonetæ communiter ſunt homines viles, & ſperant proſoneti. vnde percipiūt commodum. Ex his duobus ſimul iuncta lex habet hos ſuſpectos, niſi producantur de conſenſu vtriuſque partis, vt in capitulo mediatores.de teſtibus lib.6.hi autem, qui non ſunt huiuſcemodi profeſſionis, licèt ſint prolocutores inter partes, non dicuntur proprie proſonetæ, ſed prolocutores,& amicabiles tractatores,ff.de aig.l. ſi de meis.§.recepiſſe.Et hoc dico de dictis teſtibus quantum ad perſonas. Modo venio ad eorum dicta, contra quæ dicta obijciuntur plura.primo,quòd pars non fuit monita,ſed contrarium apparet in actis.Secundo,quòd fuerunt recepti iudice incompetenti.Nam † cum ſoli articuli eſſent remiſſi ad probandum,fuerunt recepti extra articulos, quia articulus eſt ſup actu veritatis,& teſtes ſup actu confeſſionis.Sed iſta alleg.non procedit,quia iudex interrogauit eos ſup articulis.† Et ſic interrogauit,

nit, vt debuit. & teſtis interrogatus depoſuit de confeſſione, pro qua probatur articulus: ergo non depoſuit extra articulum, ſed de pertinētibus, vel conſerentibus circa articulum. extra de ſucceſ. ab inteſta. c. cum dilectus. depoſiti. c. publia. §. fin. de verbo. obliga. l. ſi ita ſtipulatio. §. Griſogonus. nam per ciuilem actum confeſſionis probatur naturalis actus, licet nō inducatur, vt dictis legibus. & C. de falci. cauſa adiect. legato. l. prima. Ego Baldus.

CONSILIVM LI.

1 *Quid aperetur confeſſio, quòd ille poſſidet iuſto titulo non facta aliter mentione de titulo.*

2 *Confitens aliquem poſſediſſe pro ſuo an confiteatur illum dominum.*

1 An domino † Petruciæ præiudicet reſponſio per eam facta ſuper 15. c. poſitionum Angnellæ, in quo capitulo continetur præſcriptio ex poſſeſſione 20. anno. cum titulo. dicendum eſt, quòd non eſt confeſſa præſcriptio, poſito quòd nulla eſſet facta reuocatio erroris. Et eſt ratio, quia articulus dicit, quòd domina Angnella per ſe, & ſuos autores, videlicet &c. poſſedit iuſto titulo ſpatio viginti ann. Et Petrucia reſpondit, non credit niſi de Petro, & filijs. per hoc enim non apparet, quanto tempore de iſto ſpacio viginti ann. Pet. & filij cum in articulo Angnella non intentat diſtinctè tempora cuiuſlibet poſſeſſorio, ſed complexiue, vt l. pap. §. cum quis. de acqui. poſſeſ. Item quia illa verba, iuſto titulo. ſunt verba generalia: quia non dicunt quo titulo: & non iuſtus titulus ſufficit ad præſcribendum. ff. de publi. l. quæcun-
2 que. §. interdum. & † licet eſſet confeſſatum, vel poſitum de poſſeſſione pe. vel pro ſuo, per hoc nō cōfeſſatur dominiū, ſed modus, ſiue qualitas poſſidendi. vnde aliud eſt confiteri aliquem poſſidere titulo pro ſuo, aliud cōfiteri eum dominum. Nam non ſequitur, poſſidet pro ſuo: ergo dominus, vt ff. de ſolu. l. Titia. & l. liberis. §. fina. de libe. cauſa. l. apud antiquos. de fur. niſi ex iſto titulo ſit completa præſcriptio, vt ff. pro ſuo. per totum. Et ideo non obſtantibus huiuſmodi confeſſionibus arbitri debent ſequi viam veritatis: & quod patris fuit, præſumitur eſſe filiorum, vt C. de probatione. l. ſiue poſſidetis. Ego Baldus.

CONSILIVM LII.

1 *Subſtitutio per defectum conditionis euaneſcit.*

2 *An appellatione liberorum veniant filia, & nepotes ex ea.*

3 *An prohibitus alienare videatur prohibitus teſtari, vel transmittere ab inteſtato.*

Subſtitutio facta, vt in themate proponitur, quo ad eos, qui obirēt, relictis ex ſuo cor-
1 pore filijs maſculis † per defectum conditionis euanuit. ff. de legat. 1. l. filius. §. cum quis erit. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. l. generaliter. C. de fideicommiſ. l. cum acutiſſimi. de condit. & demonſtra. l. cum auus. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. penulti. & fina. Et ideo huiuſmodi ſubſtitutione examinata non eſt curandum. Sed videndum eſt, an ſolum de dictis domibus, quas teſtator voluit liberis conſeruari, alienationem prohibendo: & ſi quidem apparet non teſtatorem ſenſiſſe aliud, quàm ver-
2 ba ſcripturæ ſonent, † nomine liberorum continetur filia, & etiam nepotes ex filia, vt C. de conditione inſert. l. 1. ſi autem probaretur, quòd teſtator voluerit non poſſe extra maſculos alienari: quia voluit penes maſculos perpetuo remanere, tunc
3 eſt videndum quid iuris. † Et videtur, quòd penes maſculos debeant redire, quia prohibitus alienare eſt prohibitus ab inteſtato tranſmittere, vt ff. de legatis ſecundo. l. codicillis. §. penult. Et eſt ratio, quia videtur iuſſus facere, & curare, ne illa res veniat ad perſonam prohibitam, vt no. ff. de verborum obligatio. l. ſi ita quis. §. ea lege. In contrarium videtur, quia tranſmiſſio ad ſuos hæredes non videtur alienatio, cum etiam in vita patris ſint domini. ff. de liberis, & poſthu. l. in ſuis. Et de vſu pro hærede. §. nihil. de impo. lucr. deſcrip. l. 1. lib. 10. vnde ad ſuos hæredes tranſeunt iure parentum, etiam in rebus alienari prohibitis: vt in Authen. de non alie. §. emphyteu. & l. etiam. ſoluto matrimonio. ff. de oper. libe. l. vt iurciuran. §. ſi liberi. ff. ad Trebel. l. quia proinde. Super hoc conſiderandum eſt, quòd diuiſio inter ipſos liberos tenuit: quia facta eſt da permiſſos, vt C. famil. hęrciſcun. l. ſi familiæ. in glo. Et pars aquæ obuenit a permanente in aliam videtur alienari potuiſſe, ſicut pars empta, quę permutatio vice emptionis fungitur. ff. de legatis 3. l. pater. §. quindecim. Item videtur, quòd teſtator retulerit ſe ad alienationem, quæ fit ab homine, non ad eā, quæ fit facto legis. ibi dum dixit fieri venditio &c. & ſic non erit factum: vt l. conſilio. §. fin. de cur. fur. alienatio autem legalis non eſt facti, ſed iuris, & de iure. Item iſta verba ſonant potius in alienatione inter viuos, quàm in tranſmiſſione hæreditatis: vt ff. de legatis 3. l. fundum. ibi dum dicit, ſcriptura teſtamenti omnem contractum, & actionem obligationem. licèt enim vocabulum actus ſit generale, tamen videtur reſtringi per id, quod ſequitur, obligationem &c. ff. de verborum ſignifica. l. verba geſſerunt. & l. ſi cum fundum. ex quibus infertur, quòd tam pars a cohærede per permutationem habitam in domibus, quàm etiam hæreditaria de iure poſſideatur per filias Oliuerij, & ſorores Francis. & quòd dictæ filiæ ad filios ſuos tranſmitterent, per d. l. 1. de conditio. inſer. C. de fideicommiſ. l. voluntas. ſicut prudentiſſimi in conſilio egregij doctores domi. Bart. de Colle conſultum eſt. & facit quod lega. & not. in Authen. de reſtitutio. fideicom. §. manifeſtum. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM LIII.

1 *An prohibitum generaliter poſſit propter aliquod ſingulare meritum concedi.*

2 *An forē. prohibitus acquirere in ciuitate immobilia poſſit habilitari: ſi aliquid præclarum egit pro ſtatu ciuitatis.*

3 *Item quid de generali prohibitione dandi arma ciuitatis poteſtatibus.*

Item prouiderunt, & ordinauerunt, quòd nulli offic. communis Peruſij poſſint aliquo tempore arma, vel aliquid aliud dari, vel donari pro parte communis, niſi illud tantum, quod habere debent per formam ſtatuti, ſeu per formam ſuæ electio. Et ſi quidam proponeret, ſeu conſuleret contrarium, incidat in pœnam mille librarum denariorum, ſibi de facto auferendam per quemlibet officiale communis Peruſij ſine aliquo proceſſu. & eam pęnam ſoluere cogātur priores, qui erunt tempore, quo prædicta fierent. quæ pœna eis de facto auferatur tempore eorum ſyndica. per maiorem ſyndi-
1 cum cōmunis Peruſij. † Prouiſiones generales ſtatutorum recipiunt tacitas exceptiones propter emergentes caſus, in quibus oportet ſpecialiter prouideri. vnde ſuadente cauſa ſpeciali ceſſat prouiſio generalis. hinc eſt, quòd propter ſingularia merita ſingularis fit promiſſio, quæ ſecundum ſtatuta genera-
2 lia non poſſunt fieri, vt ff. ad Sillenia. l. prima. §. hi quoque. Et ibi dicit Bart. † quòd ſi eſt prohibitum forenſi acquirere poſſeſſionem ciuitatis, tamen propter ſingulare meritum, vt quia multum operatus eſt in recuperatione alicuius caſtri rebellati, poteſt hoc ei concedi, & donari. vnde veris, & iuſtis meritis ſuffragantibus, & ad antidora commune obligantibus ſingularis in honore domino poteſtati fieri poteſt. ad hoc
3 ff. de donatio. l. Aquil. regulus. & l. ſi pater. † Et ideo domini priores, & camerarij, ſi eis conſtat, quòd dominus poteſtas in conſeruatione ſtatus, & recuperatione caſtrorum, & in propulſatione rebellium, & proditorū aliquid inſigne fecerit, poſſunt eis donare inſignia. C. de ſtatuis, & imaginibus. l. & virtutum præmia. Nam contra valde meritos non ſunt prodita ędita prohibentia, vt ff. de excuſatio. tutor. l. ſed reprobari. l. valde tantum. cautius tamen eſt, ſi domini priores, & camerarij dicant, donamus tibi iſta inſignia, & non dicant pro parte communis Peruſij. nec eſt facere fraudem legi. & quia commune Peruſij maius eſt iſtis duobus collegijs, vt inſti. de iure natur. al. §. plebs. Ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM LIIII.

Statuto cauetur, quòd nulli officiali cōmuni Peruſij poſſit aliquo tempore arma, vel aliquid aliud

aliud dari, vel donari pro parte cõis: niſi illud tñ, quod hſe debet per formam ſtatutorum, ſeu per formã ſuæ electionis, ſub certa pœna. Modo quæritſ, nunquid finito officio officiali, qui bene ſe geſſit in officio, poſſint concedi arma communis Peruſij ſimplicia, vel cum aliqua mutatione. Et videtur mihi, quòd alias fuerit hoc factum, quòd fuerint conceſſa aliqua arma addito quoddam, vel aliqua mutatione facta, ſalua ſemper veritate. Sed an potuerit, vel poſſit, dubitatur. & ſciendum eſt, quòd propter maximam cauſam, vt propter compulſationem hoſtium, vel recuperationem caſtrorum hoc bene 1
poſſit fieri ſecundum Barto. qui ita no. infra. l. 1. §. hi quoque. ff. ad Sille. Sed vbi iſta cauſa, propter quàm licèt leges tranſgredi non ſubeſſet, tunc videndum eſt quid iuris. Et primo vi 2
detur, quòd non poſſit fieri, quia iſta prohibitio eſt generalis, quo ad perſonas: quia dicit, nulli officiali quo ad tempora: quia dicit aliquo tempore, quo ad res: quia dicit arma, vel aliquid aliud. ſed generalis legis ordinatio generaliter debet intelligi, vt l. in fraudem. §. fin. ff. de milita. teſtamen. ff. de publi. l. de procon. ff. de lega. præſtand. l. 1. §. & generaliter. & ff. de bon. auth. iudc. poſ. l. in venditione. §. de tempore. In contrarium videtur, quia ſtatutum dicit, nulli officiali. ſed certum eſt, quòd finito officio non eſt officialis. vnde ſi quid tunc cõceditur ei, non conceditur officiali, cum eo tempore concedatur, quo ciuibus non poteſt eſſe rector, ſeu officialis. hoc dicit lex in ſimili. Nam rector prouinciæ, qui dat arras pro matrimonio contrahendo, cum ſubdita perdit arras. hoc verum durante officio, ſecus eo finito, quia non eſt amplius rector, vt C. ſi rector prouinciæ. l. 1. vnde iſtud ſtatutum loqui videtur durante magiſtratu, vt ff. de officio proconſu. l. ſolent. §. fi. Sed contra hoc facit, quod dicitur de tutore, qui etiam finita tutela non poteſt contrahere matrimonium cum pupilla. C. de interdicto matrimo. l. ſi patris. ſed ibi eſt alia ratione durãte magiſtratu, ſi hoc ambitioſe procuretur. facit quod not. C. qui dare tuto. poſ. autho. tutoris. in fin. ſed certe non eſt ambitio virtutibus quærere honores, vt l. Barbarius Philoſophus. ff. de officio præſi. Et ideo cum ſtatutum loquatur ſolummodo officiali, videtur, quòd poſt depoſitionem magiſtratus nõ ſit interdicta donatio armorum, ſaltem alteratorum. nec obſtat, quod ſtatutum dicit, vel aliquid aliud. quaſi intelligitur de aliquo alio, quod ſit notabilis quantitatis, vel ſimilis qualitatis, & durante officio, non eo ſopito 1 & reddita ratione adminiſtrationis. ſic inter virum, & vxorem prohibita eſt donatio, nec matrimonium ſit venale: tamen facto diuortio ſi fiat donatio, bene valet, nec enim tanquàm inceſtus prohibetur, vt ff. de donatione inter virum, & vxorem. l. quæ tenium. & l. cum hic ſtatu. §. ſi diuortium. & §. ſi mulier. cum ſi. Et iſtud verum credo, argu. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. & ff. de teſta. mili. l. Titius. ff. ad l. Falcidiam. l. ſi poſt miſſionem. & quia, vt dixi, finito officio ceſſat cauſa legis prohibẽs: & ideo. ſinimr. l. autoritas. ff. de diuor. l. fin. & l. milites agrum. de re militari. Ego Baldus.

CONSILIVM LV.

1 *An valeat inſtrumentum ſine loco, ſine teſtibus.*

2 *An promittens non offendere aliquem ſub pœna applicanda officiali loci incidat in pœnam, ſi offendat extra territorium dicti officialis, vel incidat in pœnam, ſi offendat illum bannitum.*

3 *Quid ſi promitto pro me, et tribus fratribus meis, quòd Titius non offendetur, & fideiuſſores mei dicũt, quòd pro me fideiuſſerunt, vnus autem ex fratribus meis offendit Titium, an fideiuſſores teneantur.*

Copia obligationis extenſa ad literam &c.

Anno Domini Milleſi. 383. indictione 6. tempore domini Vrbani Papæ. 6. die vltima menſis Iulij, conſtitutus coram nobili viro Nicheluo de Stacriola, hon. vic. terræ burgi ſancti Sepulchri pro magnifico, & excelſo domino. d. Galeoto de Malateſtis, generali domino dictæ terræ burgi, Baldutius filius olim Gori de hoc cognanis de dicto burgo ſuper proprio, & priuato nomine, & vice, & nomine Grioli Nicolai Bocchiani, & Guidonis ſuorum fratrum, & filiorum quondam dicti Gori eorum patris: per ſe, & eorum hæredes promiſerunt, & conuen. ſtipu. ſolenni dicto domino Vicario, & mihi notario Thadeo infraſcripto, vt publicæ perſonæ ſtipula. & recipien: i nomine nobilium virorum de Robertis de dicto burgo, & omnium, & ſingulorum hominum de dicta domo de Robertis: non offendere, nec offendi facere per ſe, vel alios, nec offendenti conſentire in ære, & perſona, verbo re, vel opera aliquem de dicta domo de Robertis, ſub pœna, & ad pœnam centum flore. auri pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice. Quæ pœna tota peruenire debet ad ſupra dictum magnificum dominum domi. noſtrum dominum Galeotum, & ſibi applicetur ipſo facto. Item ſuper præmiſſis dictus Baldutius per ſe, & hæredibus ipſius promiſit dicto domino Vicario, & mihi not. infraſcripto ſe facturum, & curaturum cum effectu, quòd dicti Griolus Boccognanus, & Guido, & vtrique ipſorum omnia, & ſingula infra ſcripta attendant, & obſeruent, ſub dicta pœna ſuperius nominata. Pro quo Baldutio, & eius partibus, & mandatis fideiuſſerunt magiſter Nicolaus, magiſtri Franciſcus Bartholomeus Petri Danielis Ioannis Lugi. Renun. beneficio conſtitu. de fide priuilegio, epiſtolæ diui Adria. exceptio. doli mali. conditione indebi. & ſine cauſa. in factis. act. & omni alij legi, & ſtatuto. auxilio. Ego Thadeus filius quondam Ioannes Lauren. de Marnia Imperiali auth. nota. atque iudex ordinarius, & nunc nota. dicti communis burgis quia edictis quidem prouiſioni, obligationi, prout ſupra continetur, vt ſcriptum eſt, interueni de ipſiſque roga. vt ſcriberem mandato dicti domini Vicarij, ſcripſi, & publicaui, ſignumque meum appoſui conſuetum. Poſt prædicta Griolus frater dicti Baldutij cum certa ſocietate hominum armatorum extra districtũ burgi occidit Nicolaus, vnum ex dictis nobilibus exbannitis, & condemnatis dicti communis burgi in perſona, videlicet in pœna furcarum, propter quod Vicarius burgi nomine filiorum dominum Galeotum petit a dictis fideiuſſoribus pœnam centum floren. quam dicit eos incidiſſe per mortem dicti Nicolai, operatione dicti Grioli ſequutam. Reſpondetur per dictos fideiuſſores, quòd ſe non obligauerunt, niſi ſolum pro Baldutio, quòd non offenderet, nec offendi faceret aliquem de dictis nobilibus, & quòd dictæ ſcripturę, & promiſ. fides danda non eſt: cum non fuerunt ibi teſtes, nec locus vbi confecta fuit, nec fuit dicta pœna alicui pro domino Galeoto, vel pro alio ſtipulata. Et quia non ſunt verba obligatoria, quib. dicti fideiuſſores poſſint arctari ad ſolutionẽ dictæ pœnæ, prout ex ſerie ipſorum verborum, & ſcripturæ videbitis apparere. Nunc quæritur, nunquid viſa forma dictæ ſcripturæ eidem fides dãda ſit. Item ſi fides datur dictæ ſcripturæ, nunquid ex verbis ibi inſertis, & eius vigore dicti fideiuſſores cogi poſſunt de iure ad ſoluendum dictam pœnam. Item ſi dicti fideiuſſores cogi poſſunt ad ſoluendum dictam pœnam, nunquid quilibet eorum teneantur pro rata. & quid de mortuis, & abſentibus fideiuſſores quæritur, quid iuris &c.

2 †Iſta ſcriptura eſt non ſolennis, & ideo non probat: & primo, quia in ea non eſt appoſitus locus, vt C. de contrahen. & com. ſtipu. l. optimam. de probat. l. quoniam contra falſam. & in capitulo abbate ſane. de regulis iuris. libro 6. & ibi not. in glo. ſuper verbo, cenſeretur. & in data ſexti. in glo. prima, & in Specula. de inſtrumen. edi. §. inſtrumentum ergo. verſic. Quid ſi locus. nec ſufficit dicere, actum in tali ciuitate, niſi locus ſpecificatus ſubintelligatur, ex eo quòd ibi conſueuerunt talia fieri. vt in proœmio clemen. & in Authen. quibus modis natu. efficiun. §. quantitas. columna ſexta. & in ſecunda quæſt. 8. capitulo libellorum. niſi aliter ſe haberet conſuetudo, quæ eſt ſeruanda in documentis, vt not. in Authen. vt præponatur nomen Imperatoris. §. quo vero. columna ſeptima. Item non valet iſtud inſtrumentum: quia non ſunt appoſiti teſtes, vt not. C. de donatio. l. in donatio. in glo. non ergo. & in Authen. de hæred. & falci. §. ſi vero abſunt. & not. C. de tabula. l. generali. Iſte enim contractus, de quo loquitur inſtrumentum, eſt ſimplex contractus extraiudicialis. ſed præſupponamus ſine præiudicio veritatis, quòd inſtrumentum valeret ad inſtar inſtrumenti fori iudicialis, vt dicta lege

2 in hac.primo reſponſo. † tamen in caſu noſtro pœna non videtur cõmiſſa, pluribus rationibus. Et primo, quia magiſtratus non intelligitur de eo, quod ad curam ſuã non pertinet.ſ. de eo, quod committitur extra territorium, vt in c.animarũ. de conſti.lib.6.& arg.ff.de inſti.l.1.§.non autem omne.& ff. nau.cau.ſta.l.3.§.certum.ſi quid facti.c.quãquàm. de vſu. in cle.cum ſi.Secundo, quia offenſus erat exbannitus, & hoſtis reipublicæ, cuius ille gerebat magiſtratum: vnde non intelligitur ſtipulatus in fauorem hoſtis.ff. de dolo. l. 1. §. non fuit ff.de lega.2.l.Lucius.§.Titius damna.ff.de manu.teſtamen.l. teſtamento Centurio. ſalus enim hoſtis procurãda non eſt.ff. de religio.l.minime.ff.ad legem Cornel de ſica.l.3.§.transfugas.ff.de verbo.obliga.l.qui ſeruum. ſed ponamus ſine præiudicio veritatis, quòd hæc non obſtarent, tamen alia ratione dicti fideiuſſores non videntur teneri, quia ipſi fideiuſſerũt pro Baldutio. Baldutius autem non offendit, vnde videndum eſt, quid eſt dictum, pro quo Baldutio fideiuſſerunt &c. Baldutius enim promiſit pro ſeipſo, quòd non offendet: & pro alijs, quòd non offendẽt, & ſecutatum &c. vnde hæc ſcriptura pro Baldutio &c. poteſt intelligi duobus modis. vno modo referẽdo obligationem fideiuſſorum ad totam promiſſionem Baldutij. ff.loca.l.quæro.alio modo, referendo ad perſonam Baldutij, vt ſit ſenſus, quòd ſi Baldutius offendat, ipſi teneantur: non ſi offendat alius. ſicut enim determinatio certæ quantitatis facit fideiuſſorem vltra non teneri, ita determinatio reſpectu perſonæ.ff.de fideiuſſo. l. fideicomm. magiſtratus.§.Aurelio Romulo. Et quia vna perſona tantum expreſſa eſt, non enim dixit pro quibus, ſed dixit pro quo in ſingularis numero, vt arg.ff. ad Trebel.l.Iul. Phebus. in dubio. ergo quotiens de intellectu ſcripturæ dubitatur, minus videtur cenſendum in obligatione veniſſe.ff.de verbo.obligat.l. quicquid aſtringendę. Et in eo, quod proprio nomine debet, non in eo, quod propter factum alienum, ar.ff.ad muni.l.2.§. ſed ſi filius.& l. libenter.§. fin. Vnde conſideratis omnibus puto dictam pœnam non deberi, pręſertim propter illud, quod dictum eſt de banno.& ſi iſta opi.non placeret dominis meis, aſſumant ſaltẽ in hoc dubio viã æquitatis, † quòd quilibet fideiuſſores exigatur pro rata. nam primitiuæ leges ſeruauerunt quemlibet fideiuſſorem teneri inſolidum: vt inſtitu.de fideiuſ.§. ſed ſi plures. Sed æquitas epiſtolæ diuiſionem induxit. ſed per renuntiationem epiſtolæ reditur ad illum rigorem. ſed in caſu noſtro ſuadendum eſt dominis, quòd eligatur via æquitatis, ſicut facit Imperator.ff.de hær.inſti.l.& hoc Tiberius.cũ ſimilibus. hoc de diuiſione dico perſuadendo. ſed quod ſuperius dixi non teneri rõne banni: ſentio de iure verum eſſe. Ego Bal.

CONSILIVM LVI.

1 *An legitimatio filiarum facta ad inſtantiam partis non habentis filios ſed nepotes ex filia præmortua valeat non facta mentione de neptibus.*

1 An pater, † qui fecit legitimari filios ſuos per reſcriptum principis, non habens filios legitimos & naturales, ſed habens nepotes ex filia, nulla facta mentione nepotum: vitietur legitimatio reſcripti. videtur, quòd ſic, quia quemadmodum debet fieri mẽtio de ſobole filiorũ, ita eodem modo de nepotibus, qui ſuccedunt in loco parentum. econtra quòd non vitietur: quia text. authenticorum loquuntur ſolũ de ſobole filiorũ. modo quæritur, quid iuris. Videtur mihi, quòd in priuilegio legitimationis non fuerit neceſſaria mẽtio, ſeu nominatio de exiſtentia nepotum ex filia præmortua: quia nulla lege cauetur hoc, dummodo apud legitimantem ſit poteſtas, & autoritas legitimandi, etiam in caſu exiſtentium legitimatorum. vnde ſuper hoc forma priuilegij inſpicienda eſt. iſta enim legitimatio eſt quoddam donum patris, & principis, in quo non requiritur conſenſus legitimorum, quando pater precibus oblatis hoc impetrat a Cęſare, vel eius locum in hoc tenente. ſicut quilibet iure ſuo vtens, vel donãs, vel in mari proijciens, iuxta not.C.de inoſ.do.l.1.& per hoc. C.de natural.libe.l.conſtit.in ſi. ad idem facit quòd not.Bar. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſth.Et hoc conſulendo tenuerunt venerabilis recordationis doct.dominus Fede.de Senis, & dominus Griffolus de monte Polliciano. vt patet in opere dicti domini Federi.conſi.54.quod incipit, videtur mihi.nec dicitur eripere, quia libera, & propria vtitur poteſtate, argumen.in Authen.de inceſt.nup.§.fin.Item non obſtat.C.de natu.libe.auth.item ſi quis.quia forma Cæſari priuilegij ſoluit contrarium illi authenticæ derogando expreſſe, vt not.in Auth.qui.mod.na.effi.ſui.§.fin.col.7. Ego Bal.

CONSILIVM LVII.

1 *An ſubſtitutio facta alicui, ſi moriatur, antequàm liberos habeat, euaneſcat, vel locum habeat, ſi habuit liberos. ſed viuo ſubſtituto mortui ſunt.*

2 *An, & quando in implemento conditionis requiratur perſeuerantia, vel ſufficiat momento implere.*

3 *An non honoratus in teſtamento, ſed capiens cauſa mortis poſſit grauari a teſtatore.*

4 *An, & quando prohibetur alienatio, & in defectum vnius gradus ſurrogatur alius, ita quòd res ſemper remaneat in familia, videantur omnes de familia ſucceſſiue inſtituti, & ſubſtituti.*

Capitulum teſtamenti quondam dominæ Agatæ Buccamodei.

Item inſtituo mihi hæredem meum Antoniam filiam dictæ dominæ Alienatoræ ſororis meæ in prædicto magno hoſpitio meo, in quo habito & volo, & mãdo, hac tamen conditione, quòd ſi forte antequàm procreentur, & naſcantur filij legitimi, & naturales ex ipſa Antonia, ipſa Antonia ſuum diem clauſerit extremum: tunc in eo caſu dicta domina Alianora mater eius ſuccedat eidem Antoniæ in dicto hoſpitio magno, videlicet ſi quod abſit, dicta domina Alianora ſoror mea deceſſerit abſque filijs de ſuo corpore legitime deſcendentibus minime relictis. tunc in eo caſu volo: & mando, quòd Philippa puella filia, & hæres dicti quondam Iacobi Buccamodei fratris mei ſuccedat eidem dominæ Alianoræ, in eodem magno hoſpitio. Quòdque ſi dicta domina Philippa abſque filijs ex ea procreatis legitime, vt ſupra, forte decederet, in eo caſu ſubſtituo ſibi in dicto hoſpitio magno Mãfredum delicata filium prædictæ dominæ Margaritæ Buccamodei ſororis meæ, ſi tunc viueret: & ſi non viueret, ſuccedat in dicto hoſpitio Ricarda ſoror dicti Manfredi neptis meæ, ſi tunc viueret: & ſi non viueret, quòd ſuccedat in eodem hoſpitio Machalda alia ſoror eiuſdem Manfredi, ſi viueret. & in defectu ipſorum filiorum dictæ dominæ Margaritæ ſuccedant in eodem hoſpitio meo magno proximiores cõſanguinei mei mihi attinentes in linea maſculina, ita quòd maſculus proximior mihi attinẽs, vt ſupra in dictis caſibus præferatur, & ſuccedat in dicto hoſpitio meo, & ipſum habeat, & ſit verus dominus, & verus patronus. Et in defectu cõſanguineorum ipſorũ lineę maſculinę ſuccedãt in ipſo hoſpitio cõſanguinei mei proximiores in linea fœminina. necnõ & prohibeo oẽs hæredes meos, & ſucceſſores in dicto hoſpitio dictum hoſpitium meum magnum per ſe, vel alios alienare, vendere, vel alienationis titulo in extraneas perſonas transferre minime poſſe, nec debere in perpetuum, ſed de gradu in gradum hoſpitium ipſum perueniat, & peruenire debeat ad proximiores conſanguineos meos modo, quo ſupra expreſſum, & declaratũ eſt &c. Viſo quoddam capitulo teſtamenti quondam dominæ Agatæ Buccamodei, in quo continetur inſtitutio ſingularis filiæ dominæ Alianoræ in hoſpitio magno, & ſubſtitutionibus certo ordine factis, & eius tenore perlecto: præſuppoſito, quòd ex Antonia natus fuerit Antonellus ſuperſtite Guilielmo eius patre, & hærede: vnde dubitatur, vtrum dictum hoſpitium ad dictum Guilielmum pertineat, an vero ad dominã Alianoram, ſeu proximiores cõſanguineos teſtatricis. idcirco vt veri-
1 tas eluceſcat, & habeat, conſiderandũ eſt, † vtrũ ſubſtõ facta Antonio, ſi moriat, anteq̃ procreet filios, habet locũ, ſi procreat filios, & filij procreati moriuntur viua ſubſtituta. Et videtur, quòd ſubſtitutio locum habeat, quia paria ſunt natum non eſſe,
2 & non perſeueraſſe. † omnes.n.conditiones ſiue incluſiue, ſiue excluſiue uidentur requirere perſeuerantiam, ar.ff.de excu.tu.l.a.ibi oportet autem uiuos eſſe. & ff. ad Treb. l.ex facto.§.pe. ubi dicit, quòd qui liberos amiſit, uidetur ſine liberis deceſſiſſe,

deceſſiſſe. In contrarium uidetur, quia hæc conditio, ſi liberos nō genuerit. excluditur ſtatim, & immediate, ꝙ nati ſunt. & in conditionibus momentaneis non requiritor perſeuerātiam. C. de inſti. & ſubſtit. l. antepe. ff. de ſta. ho. l. arctuſa. ff. de uer. ſig. l. enixa. ſtatim ergo ꝙ natus fuit Antonellus, euanuit ſubſtitutio nominatim, & ſignanter facta Antoniæ, quia uerba teſtamenti dicunt, ſi antequam procreētur filij ex ipſa Antonia, ipſa Antonia deceſſit, tunc, & in eo caſu Alianora ſuccedat. in quibus verbis tria conſideranda ſunt. Primo, formā conditionis. ſ. ſi antequam procreentur filij ex ipſa Antonia: nā a tali forma præſertim conditionaliter expreſſa recedi non poteſt. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. § fi. l. Meuius. Secundo eſt conſiderandum aduerbium tpis, quod ſignāter loquitur. ſ. aduerbium tunc, vt ff. de cond. & dem. l. 4. §. fi. ff. de vſufru. leg. l. vxori vſumfru. villæ. ff. de vulg. ſubſti. l. in ſubſtitutione filij. Tertio eſt conſiderandum illud verbum, & in eo caſu: nam reſtringit ſe ad unum caſum. unde hoc caſu ceſſat ar. de æquipollentibus, de quo in l. ſi mater. C. de inſti. & ſub. & de uerb. ob. l. cū ſeruus. Et ideo ſine dubio iſta ſpecifica ſubſtitutio facta Antoniæ de Alianora euanuit, maxime quia Antonia deceſſit ſuperſtite filio: unde eſt caſus in d. l. ex facto. §. pe. & C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. in prin. & ff. de leg. 1. l. filius. §. cum. Secundo conſiderandum eſt, vtrum ipſi Antonello uideatur facta ſubſtitutio coniunctorum teſtatricis. Et hic uidendum eſt, an ipſi Antonello potuerit ſubſtitui. & ad

3 hoc ſciendum † oportet videre an dictus Antonellus intelligatur honoratus a teſtatore. dupliciter autē quis honoratur, unu modo tanquam legatarius &c. Alio modo tanquam per mortis cauſa capionem; & uterq; poteſt onere fideic. grauari: C. de fideic. l. ab eo. & ff. de dona. cauſa mor. l. quod ſtatu libere. ſed iſte Antonellus vr capere cauſa mor. iuncta no. p Bart. de verb. ſig. l. mihi, & Titio. ergo potuit onere teſtōnis grauari: ille autem, qui non eſt honoratus, non poteſt grauari de le. 3. l. ſi fuerit. & l. ſed ſi ſic. Quid dicemus, nunquid Antonellus dicitur capere cauſa mortis, & ſic grauari potuiſſe. tamen ſi teſtator dixiſſet ita, ſi Antonia deceſſerit ſine liberis, tunc liberi caperent cauſa mortis. ff. de hær. inſti. l. Lucius. in verbo, pretulit: quod intelligitur non diſponendo, ſed occaſionem capiendi dando: ut ibi no. ſed teſtator non ita dixit, ſi non procreauerit liberos. unde & ſi uiuens admiſit liberos, non tamē uenit ſubſti. quia liberi non dicūtur poſiti in mortis cauſa capione, ſed ſolum in quodam euentu fortunæ: & ideo non videtur potuiſſe grauari: & ſic tranſmittunt ad patrem cōſiderata prima parte teſtamenti, & ſubſtitutione ſpecificata. Modo deſcendi oportet ad generalem clauſulam. dixit teſtatrix, prohibeo omnes hæredes meos, & ſucceſſores in dicto hoſpitio dictum hoſpitium alienare in extraneos, ſed ſemper in perpetuum de gradu in gradum perueniat ad proximiores conſanguineos meos modo, quo ſupra expreſſum, & declaratum eſt. Modo quæritor, an ex iſto generali capite admittātur iſti conſanguinei, inter quos teſtator prętulit Alianoram eius ſororem. Et ſuper hoc puncto allegatum eſt ſubtiliter per venerabilem doctorem dominum Philip. videtur enim, ꝙ Alianora ex ſpeciali capite excluſa non poteſt admitti ex generali capite, ar. ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. fuit enim excluſa a contrario ſenſu cōditionis, ac ſi teſtator dixiſſet expreſſe, ſi Antonia liberos procreauerit, tunc Alianorę non donet. ff. de mili. teſta. l. ſi quis locuples. C. de cōdi. inſer. l. 2. Et ad hoc facit totum illud generale, generi per ſpeciem derogatur, vt in c. generi. cum ſi ia materia. ad idē facit, quia res ſemel alienata legitime poteſt poſtea legitime alienari, & in quemcunque. de le. 3. l. pater. §. 1 5. ad idem, quia poteſt alienati in legitimum ſucceſſorem, ut in §. Iul agrippa. cum ſi. Item illa verba, modo quo ſupra. uidentur ſpecifice omnia repetere. C. de

4 inſti. & ſubſti. l. pęnæ. † Sed in contrarium vr caſus legis: nam quotiēs alienatio prohibetur, in defectum unius gradus ſubrogatur alius, & tales videntur inuicem ſubſtitui, & grauari; tex. eſt de le. 2. l. tales ſeiō. §. ſeiā. & ibi etiam gl. & Dy. & cum iſto onere alienandi in rem ſcripto tranſit ad quemlibet de familia; extra autem familiam nequaquam trāſit, etiam ad ſucceſſores inteſtati. de le. 2. l. codicillis. §. pe. ibi eſt text. non obſtant illa uerba, modo ſupradicto. imo faciunt pro do. Alianora, quam teſtatrix prædilexit omnibus, excepta Antonia, & liberis Antoniæ. eis ergo defunctis non ſolum Guliel. qui eſt extraneus, & per conſequens prohibitus, ſed etiam toti generi coniunctorum teſtatricis alienora præfertur. de leg. 2. l. cū ita legatur. §. in fideicom. & l. peto. §. fratre. puto, & ſi uerum eſſet, ꝙ Antonellus non potuiſſet grauari, hoc non multū ad rumbum facit: quia non loquimur de actione perſonali ex teſtamento: nam ſtatim tenetur quilibet poſſeſſor vt poſſeſſor rei uendicatione, quę datur pro re teſtatoris legata, vt C. communia de leg. l. 1. & 2. Et ideo ſentio pro domina Alianora, & ad §. 1 5. reſpondeo, ut no. C. de fideicom. l. voluntas. & ad rationem de genere, & ſpecie dic, ꝙ non loquuntur in eo caſu, ſed rebus aliter ſe habentibus, ſcilicet liberis defunctis. & tūc clauſula generalis obtinet, cum per ſpecialem clauſulam nil inuenitur eſſe prouiſum, ꝙ lugubris teſtatrix exinuit, ſi conſanguinitas ſua priuaretur domibus, in quibus creati, ut C. de adminiſt. tuto. l. lex, quæ tutores. pertinent valde affectionem omnium homini hoſpitia notabi. ut not. glo. & Cyn. C. de fideicommiſ. l. quotiens. quæ glo. eſt multum not. licèt ſit vulgaris. Ego Baldus.

CONSILIUM LVIII.

1 *Dictio, item. an inducat repetitionem.*
2 *Quando relinquitur ſpecies pro quantitate an videatur relicta animo compenſandi.*
3 *Legatum an videatur relictum animo compēſandi cum lucro ex pacto dotali.*
4 *An relictum videatur factum animo compenſandi, tamen dubio inducto diſpoſitione legis.*
5 *Statutum debet intelligi, prout eſt poſſibile ſecundum ius commune.*
6 *Qualiter intelligatur ſtatutum diſponens ſuper alimentis viduæ, & qualiter ſit in domo viri, & qualiter extra domum.*
7 *Mulier ſi ſit alita a fratre, non propterea liberantur hæredes, a quibus ſunt alimenta relicta.*
8 *Conſuetudo eſt ſeruanda.*

In reſtitutione dotis, & donationis factæ cauſa matrimonij hnc modo, & ordine proceditur. uidelicet ꝙ ſol. ma. per mortem uiri, quāuis in inſtrumento dotali contineatur, ꝙ dos reſtitui debeat ſtatim, tamen hæredes uiri ad reſtitutionem dictæ dotis obligati habeāt terminum vnius anni ad dictam reſtitutionem faciendam, etiam ſi hæredes, & obligati res haberent in dotes datas. Et ſi unicus filius, ſine plures remanerēt ex uno defuncto, & muliere ſuperuiuente, illa vxor donationem iactam cauſa matrimonij non lucratur filia non remanente. lucratur ex dicta donatione quicquid ſcriptum eſſet in parte lucri. Quę quidem donatio ſimiliter in dicto termino unius anni perſoluatur, non obſtante ꝙ in contractu dotis minor terminus eſſet appoſitus, Et teneantur hęredes uiri, & obligati ad reſtitutionem dictæ dotis exhibere alimēta dictæ dominę, etiā infraſcriptum tempus anni, & quouſq; dos, & donatio fuerit integre ſatisfacta, & ſi matrimonium eſſet diſſolutum per mortem uxoris &c. Factum tale eſt, Petrus Cōtis primo fuit confeſſus habuiſſe a Nico. Fran. ſoluente pro dote dominæ Ioanæ ſororis ipſius Nico. & uxoris tunc futuræ dicti Pe. 400. flo. auri. & ipſius dotis reſtitutis pmiſit in caſu, quò ipſa domina ſuperuiueret dicto Pe. & non remanētibus filijs ipſa domina lucraret de donatione propter nup. 50. flo. auri. deinde non obſtante dicta confeſſione prædictus Nico. promiſit dicto Pe. pro dote prædicta 400. flor. Secundo Ioannes frater dicti Pe. ſe obligauit ad reſti. dictę dotis, & donationis. & in ipſa ſecunda obligatione ſoluit dictus Nico. 100. flo. de ſumma prędicta, prout ī inſtrumētis uidebitis apparet. Deīn de contracto matrimonio inter ipſos Petrum. & dominā Ioānam, prędictus Pe. ueniens ad mortem condidit teſtamentū, in quo inter cętera rel. quit iure legati J. Ioannę eius vxori p dotibus ſuis, quas ab ea habuit tēpore matrimonij inter eos contracti pro reſtitutione dotis, prædictos 300. flo. item reliquit dictam dominam eius uxorem uſufructuariam bonorū dicti teſtatoris, donec in domo dicti teſtatoris ſtare uoluerit,

& vi-

& vitã vidualẽ, & caſtam, & honeſtam obſeruauerit, & obſeruare voluerit. Item reliquit ſibi dominæ habitationẽ domus ipſius teſtatoris, donec vitam prædictam obſeruauerit, & in dicta domo ſtabit. Item reliquit dictæ dominæ lectum ipſius teſtatoris, in quo iacebat, ſicut ſtat, & cum his ornamentis, q̃ habet. Item reliquit ſibi vnum par ſorciatiorum, qui ſunt in camera ipſius. Item reliquit ſibi dominæ omnia arneſia ſua ſibi facta ad dorſum ipſius dominæ, exceptis perlis, auro, & argento. Item uoluit, ꝙ dicta domina poſſit uti omnibus maſſaritijs dicti teſtatoris ſibi dominæ neceſſarijs, donec tantum in domo dicti teſtatoris ſtabit, & uitam ſupra nominatã obſeruabit. demum poſt mortem dicti Pe. prædicta domina Ioãna eius olim vxor exiuit domum dicti Pe. & in ea non habitauit, & ſtetit in domo fratrum ipſius dominæ, & ibi alimenta percepit a dictis fratribus ſuis. nunc ex prædictis oriũtur diſceptationes inter dictam dominam Ioannam ex una parte, & dominum Ioannem ſuo nomine, & vt hæredẽ dicti Pe. ex altera. Nam primo dicit dicta domina ſe debere hærede legata prædicta ſibi facta rerum prędictarum, valet lecti, ornamentorum, ſorcariorum, & arneſium exceptis perlis, auro, & argento: non obſtã. ꝙ ipſa non ſtetit in dicta domo. ex aduerſo dicit pro parte dicti Ioan. hęredis dicti Petri, ꝙ ipſi habere non debet dicta legata, quoniam ſibi relicta fuerunt ſub conditione. ſ. donec in domo ſteterit vigore donationis &c. Secundo dicitur pro parte dicti Ioannis, ꝙ inquantum dictę res eſſent pure legatæ, ipſe res uidentur relictæ animo cõpenſandi cum dictis 80. flor. quos dicta domina debet lucrari vigore ſtatuti, & vigore pacti contenti in dicto inſtrumento dotali: quoniam ipſe eſt debitor legalis. ex aduerſo pro parte dictæ dominæ dicitur non uideri legaſſe animo compenſandi: quoniam ipſe eſt debitor vigore promiſſionis contentæ in dicto inſtrumento, & non ex diſpoſitione legali. Tertio dicitur pro parte dictę dominæ, ꝙ ipſa debet habere alimenta a die mortis dicti Pet. citra per duos annos, & ultra, cum dictæ dominæ non fuerit reſtituta dos ſua, nec ſoluta donatio tam uigore iuris communis, quàm ſtatuti diſponentis, ꝙ hęredes viri, & obligati ad reſtitutionem dotis, teneãtur exhibere alimenta, etiam infra annum, & quouſq; dos, & donatio fuerit integre ſatisfacta. pro parte dicti Ioannis dicitur, ꝙ ipſa non debet habere alimenta, quoniam ipſa ſtetit in domo fratrum ipſius dominæ, ab ipſis alimenta percepit, vbi operata fuit, cui replicatur pro parte dictæ dominæ, ꝙ ipſa debet alimenta habere a dicto Ioanne nominibus ſupradictis, & rationib. ſupraſcriptis: & præſertim quia conſuetudinem allegat, ꝙ non obſtante, ꝙ ipſa ſtetit extra domum viri poſt prędicti uiri mortem, & habeat maxime alimenta per alium, tamen debet habere ab hæredibus viri, & obligatis ad reſtitutionem dotis. Et quia dicit ſe obligaſſe fratribus ſuis ad reſtitutionẽ alimentorum ab ipſis fratribus ſuis perceptorum. reſpondet per Ioannem, ꝙ fratres videntur donaſſe talia alimenta. Quarto inquantum debeat habere dicta alimenta, qualiter debeãt relaxari, an pro modo quãtitatis dotis, & donationis propter nuptias, vel ſecundum qualitatem, & cõditione perſonarum dominæ, & uiri defuncti, vel ſecundum vires debentium ſoluere alimenta, vel ſecundum conſuetudinem loci, quæ p dictam dominam allegatur. Quinto dicitur pro parte dicti Ioãnis, ꝙ ipſa domina debet reſtituere quantitatem expreſſam ꝑ ea pro ueſtibus vidualibus, & alijs ſibi dominæ traditis pro morte dicti olim ſui uiri, quę quantitas dicitur fuiſſe 35. flo. auri, & ultra, uel ſaltem ipſas ueſtes, & res alias, quas dicit eſſe penès eam. pro parte dominæ reſpondetur, ꝙ ad prædicta non tenetur, poſito ꝙ habuiſſet: quia conſuetudo eſt vxorem ueſtiri tempore luctus viri per hæredẽ pannis vidualibus. Modo quæritur, quid iuris ſit in prædictis. viſo inſtrumento dotalis promiſſionis factę per dictum Nico. in inſtrumẽto promiſſionis dicti Ioannis, & ſolutionis 100. flo. & ſtatutis, iuribus, & allegationibus partium, quę veſtrę prudentię trãſmittuntur: ſuper quibus placeat veſtrum exhibere conſilium, in ſcriptis iuribus, & legibus comprobatum, & veſtro ſigillo ſigillatum: Quoniam arbitri electi a partibus ad terminandum de iure, & facto intendunt terminare ſecundum veſtrum cõſilium, & placeat primo declarare, quid iuris ſit in prędictis,

1 & deinde ſi conſuetudo habet aliquid operari. † Super primo
puncto de uigore dictionis, item. an inducat repetitionem,
quando ponitur inter legata facta eidem perſonę. quidam di-
cunt, ꝙ ſic, per l. in repetendis. de leg. 3. inſti. de re. diui. §. ſed
lapilli. præſertim cum non ſolum conditio preponitur: ſed et
poſtponuntur, quaſi extrema dent intellectum medijs, vt ex-
tra de appella. cap. 2. requiris. Alij dicunt contrarium, etiam
quandoq; ſunt plures legandi formę, & utraq; pfecta, & tunc
dictio, item. non inducit repetitionẽ, quia quando perfectus
eſt ſenſus orationis, nihil debet ei addi, vel detrahi. ſed quan-
do vna oratio indiget adminiculo alterius propter imperfe-
ctionem, tũc inducitur tacita, & interpretatiua repetitio: ſed
oratio perfecta, & plana in ſe non indiget repetitione, nec glo
ſatione, facile enim erat teſtatori repetere, ſi uoluiſſet. Et quia
in teſtamentis latior fit interpretatio, unde non debemus cõ-
ditione ſubaudire ad reſtringendum fauorem legati, imo &
in contractibus idem, vt ff. de uerbo. obli. l. ſi ita ſtipu. §. gri-
ſo. in fi. §. & ff. de hęre. inſt. l. ſi quis ita ſcripſerit, titius. & hoc
tenet Bar. in d. l. in repetendis. & ita conſuluit in conſilio, qđ
incipit, viſa facti narratione. Et ideo legata, quibus nõ eſt in-
ſerta cõditio, dicta domina Puta debet habere, prout ipſa pe-
2 tit. † Super ſecundo puncto dicendum eſt, ꝙ non uidentur re
licta animo compẽſandi cum 80. flo. Et ideo ceſſat edictum
de alterutro, & hoc triplici ratione. Primo, quia ubi debetur
quantitas, relinquitur ſpecies, non uidetur relictum aĩo com
3 penſandi, arg. ff. de leg. 1. l. plane. † Secundo, quia iſtud non
eſt legale, ſed pactionale, uiſi ex pacto, & cum econtra ſit pa-
ctum de dote proportionaliter lucranda. C. de pact. conuen.
auth. ęqualitas. certum eſt autem, ꝙ omnis donatio hominis,
& ab homine procedens dicit uoluntarius, & liberalis actus,
ut ff. de leg. 3. l. 11. §. ſi tem & ff. de adi. leg. l. tem legatam. Et
liberalitas in una uoluntate collata nõ cõpenſatur cũ alia in
alia uolũtate collata. ff. de ꝓba. l. quinquaginta. Tertia rõ ſtat
in intellectu autenticę pręterea. unde oir. & uxor. & l. ſi cum
4 dotem. §. ſi pater. ſol. ma. † quę iura loquuntur, ꝙ diſpoſitio
legis inducit debitum abſq; facto hominis. tunc enim homo
uidetur legare, uel dare animo liberandi ſe ab onere mere le-
gali. Patet exemplum in patre, qui tenetur dotare filiam; & in
legitima, in qua imputatur dos, ut l. quoniã nouella. de inoſ.
teſta. & in d. auth. pręterea. eſt caſus ſpecialis: quia illud com
modum erat introductum loco ſubſidij in defectum proui-
ſionis hominis: hic autem loquimur in lucro, quod ex cõuẽ-
tione, non ex lege naſcitur, ut no. C. de ſecun. nup. l. hac edi-
ctali. Et ideo in dubio non uidetur relictum animo compen
5 ſandi. C. de hered. ac. l. ſi adulta. de leg. 2. l. creditorem. † Su-
per tertio conſiderandum, ꝙ ſtatutum inquantum eſt poſſibi
le, debet intelligi ſecundum ius commune, vt C. de nox. l. 2.
de conſue. c. cum dilectus. nimirum, quia per ius commune
datur ſtatuendi autoritas. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. &
ideo ſtatutum, quod non eſt iuri communi expreſſe contra-
6 rium, reſpicit ius commune tanquam primã materiam. † Et
ideo dicendum, illud ſtatutum diſponens de alimẽtis viduæ
debet intelligi, dummodo uidua poſſit honeſte uiuere in do
mo uiri, & aperiatur heredibus uiri, ut l. ſicut. de ope. li. ſi autẽ
non poteſt honeſte ibi morari, tunc debet alimentari extra do
mum, ut l. pe. ubi pupillus educari debeat. Item ſi ſit conſue-
tudo patrię, ꝙ mortuo uiro ſine liberis recedat de domo uiri,
& uadat ad domum parentum: nam tunc alimentãda eſt ex-
tra domum: quia per eam non ſtet, ſed per conſuetudinẽ, ar.
7 l. 1. C. de leg. † Super quarto puncto, an iſta alimenta ſint pro
uiribus totius patrimonij, an pro uiribus dotis, & donatio-
nis. Reſpon. cum alimentatur in domo uiri, debet alimenta-
ri, prout fiebat in uita uiri, cuius adhuc imaginem, & fami-
liam gerit, etiam ſi nullam haberet dotẽ, ex quo operatur hę-
redibus uiri. ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. de leg. 3. l. Item
in legato. §. parui. ff. ſolu. mat. l. ſi cum dotẽ. §. ſi in ſeniſſimo.
cum uero alimenta pręſtantur extra domum uiri, tunc de iu-
re communi debentur iuxta menſuram dotis: quia dos eſt cã
finalis præſtationis alimentorum, & talia alimenta ſuccedũt
loco cuiuſdam interuſurij. C. rem in prędenti. §. exac. & ideo
pro menſura dotis, non autem totorum bonorum uiri pręſtã
da ſunt, ar. ff. de ali. le. cum unus. §. alimentis. & l. qui filium,
vbi

vbi pupillus educari debeat. Et licèt mulier ſit alita a fratre, non liberantur propterea heredes viri, quia non eſt eorum nomine ſatisfactum. C. de vſuſ. l. 1. In caſu igitur noſtro alimenta intelliguntur iuxta quantitatem dotis, & donationis. ff. de annu. leg. l. liberto. §. largius. dotem igitur habens de dote veſtiri, & nutriri debet, ſcilicet de fructibus, quatenus honeſto modo percipi poſſent. extra de donatio. inter virum & vxo. capitu. per veſtras. l. ubi adhuc. de iure dotium. & d. authen.
3 prætetea. unde vir & vxor. † Super quinto puncto dicendum eſt, quòd conſuetudo eſt ſeruanda, vt l. uenditor. §. ſi conſtat. communia prædiorum. cum ſimilibus factum enim eſt, vti mos poſtulat. Vltimo ſciendum eſt, quòd legatum 400. flore. valet, vt l. cum ſcriptum. de dote præle. & C. de fal. cauſa adiec. le. l. fi. §. ſi non deſignata. 2. reſpon. & l. fi. Ego Baldus.

CONSILIVM LIX.

1 *An pater poſſit grauare filiam in dote, vt ſubſti. ſibi facta nō poſſit de ea teſtari.*

1 Super ſecundo puncto, † utrum domina Cāſtella potuerit teſtari de dote ſua, dicēdum eſt, ꝙ de legitima ſua teſtari potuit ſine dubio: quia in ea non potuit ei per fideicommiſſum ſubſtitui. Supra legitimam autem ſunt opi. ſ. an pater poſſit grauare filiam in dotem, quam ſibi inter uiuos dedit, & quę ad patrem, & eius hæredes nullo modo eſt reditura. de hac quæſtione no. ff. ad Trebe. l. Lucius. § maritus. ſolu. ſi ex ſtipulatione dos deberet reuerti ad hæredes patris, tunc ſupra legitimam filiam poteſt expreſſe grauari; ſecus ſi dos nullo modo eſt reuerſura ad hæredem patris, quia pater de alieno iure, quod ad eum nō pertinet, ſed ad filiam, teſtari non poteſt. C. de inoffic. teſtamen. Authen. unde ſi parens. ff. fam. hęrciſcun. l. Pompo. Philadelphus. l. fina. ff. de colla. do. C. communia vtriuſque iudi. l. finali. Ego Baldus.

CONSILIVM LX.

1 *An ſi contractum eſt matrimonij per verba de præſenti inter coniunctos in quarto gradu: & Papa non vult diſpenſare, vel alter contrahentium non vult expectare diſpenſationē, an poſſit libere contrahere cum alia.*

1 Tractatur † parentela inter quādā puellam puberem, & quōdam iuuenem ſimiliter puberem ſibi inuicem attinentes in quarto gradu conſanguinitatia ſecundum ius canonicum numerando, & procuratur, quòd fiat ſubarrhatio, & facta eſt interueniente conſenſu per verba de præſenti. certum eſt, quòd iſta ſponſalia poſſunt ratificari per diſpoſitionem Papę, ut in capitu. literas. de teſtitu. ſpolia. quia in iſto gradu non ſunt prohibita ſponſalia iure diuino, ſed per conſtitutionem eccleſię, ut in c. non debet. de conſan. & affi. ſed ponamus, ꝙ Papa non uult diſpenſare, uel alter iuuenum non uult expectare diſpenſationem, nunquid poteſt alias nuptias contrahere. Reſpondeo, matrimonium, quod non tenet, non præſtat impedimentum, quin alij nubi poſſit: niſi ille alius eſſet de parentela, uel affinitate primi uſque ad quartum gradum: tunc enim prohibente iuſtitia publicæ honeſtatis non teneretur. hoc totum no. in capitu. non præſtat impedimentum. de regu. iur. lib. 6. & 31. q. 2. capitu. ſi uerum. Ego Baldus.

CONSILIVM LXI.

1 *Quando vnus ponit pecuniam, & alter operam, quæ ſit natura huius ſocietatis, & qualiter non diuidatur lucrum, & damnum.*

2 *An valeat probatio facta poſt terminum conuentionalem. & quid de iudiciali.*

3 *An, & quando merces, vel alia res videantur empta de pecunia communis ſocietatis.*

4 *An valeat teſtimonium deponentium aliquem emiſſe aliquid de pecunia alterius, quia audiuerunt ab ipſo, qui emit.*

5 *Damnum datum ſocietati cauſa vnius ex ſocijs an ſit commune, & an præſumatur datum culpa illius.*

6 *Damnum, quod venit in ſocietate ex robaria, vel alio caſu fortuito an ſit commune.*

De omnibus conſilio ſequen.

1 In iſta quæſtione † dico, ꝙ ſocietas inter iſtos cōtracta eſt huius ſpeciei: quia unus ponit rem, alter ponit operam, & laborē. ſolus enim iſte Ioānes nauigauit, ſi opus fuerit, ſolus peregrinatur, ſolus pericula ſubijt: ut l. ſi non fuerit. §. j. ff. pro ſo. unde precium, quod ex alia parte ponitur, eſt operę alterius, & artis uelamentum, ut l. ſi duob. §. ſi in coeunda. ff. pro ſo. in qua ſocietatis ſpecie ſi non contingit lucrum, uel damnum, ſors tota reſtituenda eſt, ſi uero lucrum contingit, ſors reſtituēda eſt cum dimidia lucri. Si uero damnum de ſorte, fit diminutio, quatenus damnum comprehēdit, & opera partis alterius fit ſibi ſterilis, & ſine fructu. hoc probatur in l. 1. p gl. & doc. C. pro ſocio. & etiam ex pac. ipſius ſocietatis iuxta. l. 1. §. ſi cō uenerit. ff. depoſi. In quo ergo ipſum præceptum ſecundum formam ſtatuti ueniat exequendum, non poteſt apparere ante redditam rationem. poſt redditam autem rationem ſi lucrum eſt, dēt exequi in ſorte, & in dimidia parte lucri: ſi non eſt lucrum, neq; damnum in ipſa ſorte tantum. ſi autem damnum in totum abſorbet, in nihilo fit executio fienda, uel nō. hoc probant iura in l. ſi cui libertas. & l. cum ſeruus. & l. qui ſub conditione. ff. de cond. & demon. & in l. ſtatu liber rōne. ff. de ſta. lib. & l. ſi ita fuerit. in §. qō hæc eſt ff. de manu. teſta. cum ſimili. unde ante rationem redditam non eſt locus exceptioni, pręſertim reſpectu dandi, uel ſoluendi: quia nō liquet præmiſſi, ut l. hæc autem. §. fi. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. Et qa ignorare illud, unde forma iuriſdictionis cauſat, iuriſdictio impeditur, ut l. nullum. & quod ibi no. d. Bart. ff. de condi. & demon. unde facit & l. quęro. ff. de eo, qui pro tutore. & l. 3. §. ſed ſi cum tuto. ff. iudicatum ſolui. & per Guhel. in l. obſerua re. §. pro hue ingreſſu. ff. de offi. procō. & leg. Bene ergo facit iudex uelle certificari dando dilationem de eo, quod poſſet in reliquis apparere, ut uideamr, in quo executio fieri poſſet: cum alia pars aſſerat in reliquia remāſiſſe pp rapinam, quàm dicti Ioannes, & Iacobus allegabant de rebus ſocietatis prædictæ. & ex hoc reſpondetur ſtatuto de guarētigia, quod uult non admitti ꝫ executionem præcepti, niſi exceptionem ſolutionis certa forma probandam: quia eſt uerum, ꝙ non admittitur ꝫ executionem præcepti, niſi ſolutionis exceptio, quatenus dictum præceptum comprehendit, ſeu reſtringit. ſed in caſu noſtro ſi vera eſſet exceptio, dictum præceptum nihil reſtringeret, ſeu cōplecteretur: quia nihil eſſet in reliquis: ergo audiendo cōem, quaſi nil ſit in reliquis, eſt facere ꝫ ſtatutum. Itē ſtatutum, quod prohibet probari aliquam exceptionem ꝫ executionem pręcepti, pſupponit debitū liquidū, clarū, & apertum: quo pręſuppoſito aliqua exceptio non poſſet opponi, neq; probari. ſed ad ipſum debitum liquidādum, quo minus alia poſſint uideri, p quem quantum ſit debitum, uel uideatur, ſtatutum prohibet: ut l. diuus. ff. de teſta. mili. l. 1. §. j. & quod ibi no. gl. & qd no. d. Bar. ff. quod ui, aut clam. & l. ita pudor. ff. de adul. Et ſi dicatur promiſi dictos flor. 100. cum medietate lucri reddere: & ſic debitum eſt liquidum. reſpondetur, illud uerum, ubi lucrum emergat, ut in iſto non ſolum ſi non emergat damnum: quia licèt promittat reddere ſortē cum medietate lucri, ceſſante lucro remanet ſors in obligatione, ut l. ſi cui ſerui omnes cum peculio. ff. de leg. 1. ſed ubi damnum emergit, & contingere allegatur, in iſto nil dicit, niſi ꝙ ratio ponatur. Remanemus ergo iuris cōis diſpoſitioni, cuius uirtute fit diminutio ſortis. Item promiſſio, q̄ fit ſuper ꝯtracta ſocietate, intelligitur ſecundum naturam ipſius contractus, ut l. ſtipulatus. ff. de uſu. & l. inter ſtipulantem. in
2 prin. ff. de uerb. ob. & hoc de primo dubio. † Secundum dubium ſit tale, quia dictus Ioannes promiſit, ſi aliquid perderetur de dicto eius damno, & perditione, probare a die damni, & perdimenti inde ad unū menſem tunc proxime uenturum per duos, uel plures teſtes idoneos fide dignos. an ſi allegatur damnum ex fortuito caſu contingens maxime ex rapina publica, & publice contumelioſe in ciuitate facta, audiatur dictus Ioan. poſt lapſum dicti menſis uolens oſtendere, & probare

bare de perditione dicti damni. & circa iſtum punctum ſto
cum probis viris, & aduocatis partium, qui tenent, q; poſt lap
ſum termini conuentionalis ſit locus probationi. primo ex il
lo ſundamento, quia ſi iudex dat terminum alicui partiũ ad
aliquid, ẽt poſt lapſum termini auditur, ſi ius aduerſarij non
ſit effectum deterius, puta quia ſaluæ ſunt defenſiones ſuæ: vt
l. mancipiorum. de optime leg. & quod ibi p do. Bar. & p Cy.
in auth. iubemus. C. de iudi. & in l. ſi ea. C. qui accu. non poſ.
ſecundo ex alio fundamento, qd ſuſt: immo quia partes non
proceſſerunt ad vlteriora denegando audiẽtiam vlterius, ſeu
q; habeatur pro non habito damno, niſi taliter probetur. hoc
dicit Inn. in c. cum tua. extra qui matrimonium accu. poſ. fa-
cit. l. Titia. ff. de accu. & l. ſed & ſi p prætorem. §. ſed & ſi cum
decreto prætoris. ff. quib. ex cauſis maio. & ſi dicatur, q; hæc
loquuntur in termino a iudice aſſignato, hic vero loquimur
in termino conuento, quia ſactum iudicis legitime agentis re
præſentat factum partis, vt C. de euic. l. ſi ob cauſam. & l. 1. §.
hęc verba. & quod ibi no. ff. ne vis fiat ei. Item ex tertio funda
mẽto ex natura purgatione morę: nam licẽt ſint adiecta dies,
& pęna reſpectu pęnæ percudæ, tñ non eſt adiecta pęna reſpe
ctu potentiæ probandi, vel non probandi, vt l. ſi inſulam. ff. de
verb. ob. ad hoc bene facit vnum dictum Guliel. in d. l. iube-
mus. C. de iudi. vbi vult, q; non obſtante termino actus publi
ce notus põt adhuc probari. facit. l. 5. C. ſi, & aduerſus quos.
ad hoc facit quod no. gl. in d. l. iubemus. & gl. in Auth. vt ſi-
ne prohibitione matres debitrices, & creditrices &c. §. quia
multum. Item probatio, de qua loquitur contractus, non pro
alio exigebatur, niſi vt dictus Lellus eſſet certus, nõ ad hoc vt
aliud faciat. Si ergo in eadem ciuitate publice, & tumultuoſe
fuiſſet depredatus, non expedit alia probatio: quia qui certus
eſt, certiorari aliàs non oportet, vt l. j. in fi. ff. de ac. emp. & per
Dy. in c. cum, qui certus. extra de re. iu. lib. 6. Et in multis iu-
ribus ſimilibus bene facit. l. emptorem. ff. de ac. emp. vnde cir
ca præſens dubium vlterius non inſiſto. Tertiũ dubium tale
ſit, quia vt conſtat ex inſtro, dictus Lellus dedit ptãtem dicto
Ioanni cum dictis 200. flo. mercandi, operandi, & negotiãdi
in arte bombacis, & guarnellorum, & in quacunque alia arte
ſe vellet ingerere, ad partem lucri, & damni. Et eſt probatum
per teſtes dicti Ioan. poſt habitos dictos 100. flor. habuiſſe, &
tenuiſſe apothecam guarnellorum, bombacis, & aliorum ad
dictam artem pertinentium: & q; in eadem apotheca erãt hu
iuſmodi merces valoris flo. 200. & vltra, iuxta formam l. pre
cia rerum. ad l. Fal. & l. 2. C. de reſcin. ven. & quod no. in l. vni
ca. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. proferuntur. Itẽ aliqui
teſtes dicunt, q; huiuſmodi merces erant emptæ de pecunia
Lelli, aſſignantes cauſam ſcientię: quia audiuerũt a dicto Ioã
ne, & a quampluribus alijs, & aliquis aſſignat cauſam, qa au-
diuit a dicto Lello. Et alius, qui uidit dictum Lellum rõnem
ponere cum dicto Ioan. de huiuſmodi mercibus. Et alius etiã
dicit ſe a dicto Lello audiuiſſe, q; de pecunia ſua erãt. Et ſimi-
liter de mercãtia beſtiarum, aſſignat cauſam ſe audiuiſſe a di-
cto Ioan. dictas beſtias pertinere ad dictum Lellum, & Ioan-
nem, & germanum. Ex hoc inſurgũt duæ dubitationes. Et pri
ma eſt, quia dictus Ioannes allegat dictas beſtias emptas de pe
cunia Lelli, & ẽt de illis pecunijs dicti Ioannis, iuxta. l. ſi adul
3 tero cum inceſtu. §. idem pollioni. ff. de adul. † An præſuman
tur dictæ merces emptæ nomine cõi, & in cõionem conuer-
ſæ, vel non. In iſta dubitatione vř dicendum, q; præſumantur
emptæ cõi nomine vtriuſq;. Et miror de tãtis doctoribus hoc
non allegantibus. nam de hoc vř eſſe caſus, q; cõi nomine em
ptæ ſint, in l. quæ negociationem. ff. de admi. tuto. inducendo
ſic, patruus tutor nepotis ſi negociet proprio nomine, vel du-
bitetur an pro ſe, vel cõiter pro ſe, & pupillo nepote, ẽt in du-
bio intelligitur, q; proprio nomine mercatus ſit. Et de iure cõ
muni ad eum ſolum compendium ſpectaret. bene facit l. &
magis. ff. de ſo. do. Bas. hoc tenet expreſſe in proprijs terminis
in l. Titium, & meuium in §. altero. ff. de admi. tu. Et iſtud ve
rum, niſi pater mandaſſet tutori negociationem in bonis pu-
pillaribus exercere. Nam tunc ratione mandati præcedẽtis vř
negociaſſe ẽt nomine pupillorum: vnde non tutela, ſed man-
datum præcedens in cauſa eſt illud, pp quod præſumitur ne-
gociationem eſſe nomine pupilli factam. tenebatur. n. ad hoc

tutor, vnde pro pupillo, & ad vtilitatem eius feciſſe vř, vt in l.
Lutius. in §. tutorem. ff. de admi. tu. bene facit. l. poſt dotem
ſecundum lec. Dy. ff. ſo. mat. ſi ergo mandatum præcedens eſt
cauſa præſumptionis, q; tutor videatur mercatus pro pupillo,
& nomine pupilli, & non ipſa tutela, vt prædixi: ergo in caſu
noſtro ita debet præſumi, quia mandatum præceſſit ſuſcepiũ
a dicto Ioanne, vt conſtat in dicto publico inſtrumento. Præ-
terea poteſt probari ex tex. & ex his, quę dicit ibi do. Bart. in l.
qui in alienã. §. ſi is, qui putabat. ff. de acq. hære. vbi colligit ia
le dictum, q; quando præcedit mandatum alicuius de aliquo
faciendo, & tu facis, licẽt non exprimas te facere nomine il-
lius, præſumitur nomine illius feciſſe, ſcilicet reſpectu man-
dantis, ſed non reſpectu eius, cum quo contrahitur, niſi ſciuiſ
ſet. ad hoc bene facit quod no. in l. ſi pupilli. §. 1. ff de neg. ge.
ſi in propoſito mandatum præceſſit de negociando cum illis
200. flore. in arte guarnellorum &c. Et negociatio poſtea fa-
cta quantum ad mandantem pręſumitur facta nomine eius,
vt dictis iuribus. Item ad hoc facit. l. 1. ff. de ſo. & l. commu-
nis ſeruus. & quod ibi per Iac. de Are. ff. de acqui. poſ. ad hoc
etiam facit. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. & auth. C. de epi
ſco. & cler. & l. ſed ſi lege. §. q; autem. ff. de peti. hære. l. neſen-
4 nius. ff. de neg. ge. † Item dubitatur ex iſto eodem themate de
hoc dubio, an valeat teſtimonium illorum teſtiũ, q; deponũt
dictum Ioan. emiſſe de pecunia Lelli, quia audiuerunt ab ip-
ſo Ioanne: quia licẽt verum ſit, q; non probent vere pecuniam
Lelli verſam eſſe in ipſas merces, quia non viderunt eidẽ Ioã-
ni pro mercibus, tamen clare probant animum, & voluntatẽ
dicti Ioan. qui voluit, & declarauit de pecunia illa emptas eſ-
ſe. pro eo. n. q; voluntatem, & animum ſuum dixit aliquibus
ante nouitatẽ, certe ſine dubio animus, & voluntas dicti Ioã-
nis declaratur: glo. eſt notanda in l. ſulcinius. §. ſed ſi is, q; fun
dationis eo. in glo. ſuper verbo, animus. ff. quibus ex cau. in
poſ. eatur. bene facit. l. apud celſum. in princip. in 2. glo. ff. de
doli exceptio. Modo ſicut poteſtas, & voluntas conuertendi
merces prędictas etiam proprias tempore dicti Ioãnis in cau-
ſam communem, ſeu in cauſam dicti Lelli dependebat tota a
poteſtate, & animo dicti Ioannis: ita ſi per dictum teſtẽm ani
mus, & voluntas Ioannis probetur, q; voluerit dictas merces
ad cauſam communem ſocietatem deducere, dicti volũtati,
& declarationi debet ſtari. ſtetur. n. nedũ voci viuæ, ſed mor-
tuæ eius, a cuius volũtate depẽdet, ut patet in l. neſennius. &
quod ibi per doc. ff. de neg. geſt. & quod not. d. Bart. in l. nuda
ratio. de don. & l. pro hęrede. ff. de acqui. hęre. & l. ſi quis a fi-
lio. in §. 1. ff. de le. 1. & quod no. in ſti. de act. §. aliæ. cum ſimi.
q; autem potuerit ſua nuda voluntas merces proprias, nedum
poſtea emptas vertere in cauſam Ioan. ex illa ſuperueniente ſo
cietate, bene probatur in l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de le.
1. & l. cui res. ff. de actio. emp. l. fundo. ff. ad l. Fal. cum ſimili.
vnde videtur concludendum, q; quantum ad declarationem
dicti Ioannis dicti teſtes probant. Quartum dubium probãt,
licẽt multi teſtes etiam pro maiori parte dicant dictam roba-
riam, & depredationem, ſeu rapinam eueniſſe ſine culpa Ioã-
nis, ſed propter culpam depredantium, quibus videtur ſtan-
dum, quaſi veriſimiliora dixerint, vt l. ob carmen. §. fina. ff. de
teſta. & quia quilibet præſumitur bonus &c. ut l. quidam. de
leg. 2. & l. non omnis. in §. a barbaris. ff. de re mili. & l. ſeruos.
de teſta. tamen quia aliqui dixerunt, q; ex cauſa ſui fuit, quia
erat de parte domini Catalani, & rebellis contra ciuitatem.
5 † an talis depoſitio ſibi noceat, quaſi iſte Lellus non debeat
pati damnum ex inimicitijs ſuis, & teneatur dictus Ioannes
damnum dicto Lello reſarcire. Circa quod dictum ſunt mul
ta iura facientia pro dicto Lello. Et primo facit pro dicto Lel-
lo: quia colonus tenetur, ſi excidantur arbores rei locatæ per
inimicos; & addit gl. etiam ſi ſine culpa ſua inimicitia capta
ſit, q; colonus teneatur reficere damnũ domino ſuo. ſic in pro-
poſito cum dictus Ioannes habuerit inimicos ratione partis
ſine culpa ſua, qui oderunt ſocietatem, debet damnum domi
no reſarcire. pro hoc videtur caſus in l. ſi is, cum quo fundũ.
ff. communi diui. pro hac parte videretur tenere do. Bar. in l.
his. in priu. ff. ſo. mat. & idem no. in l. ſtipulatio iſta habere li-
cere. in princ. ff. de verb. ob. vbi tamen diſtinguit, q; ſi odium
perſonæ &c. quo autem depredãtes animo fecerint, licẽt ini-
mici

mici fuiſſent, an propter odium perſonæ, vel lucrum, hoc nõ conſtat. Et ideo non puto, q propter hoc dictus Ioan. ad emẽdationem teneatur. Item licèt contra ſtatutum, ſeu ciuitatem rebellaret, & inimicus eſſet, non tenentur ſinguli, vt l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. & non eſt ſingulis concedendum &c. vt l. non ſingulis. ff. de reg. iu. Et maxime cum tempore dictæ depredationis eſſet in ciuitate, & non eſſet bãnitus, nec quòd poſſet occidi, erat cautum: & ſic ciuitas contra eum Lellum nõ indixit, vt poſſet impune offendi, vt l. admiſſionem. §. qui deficiunt. ff. de capi. di. Et per Innoc. in capitu. olim. extra de reſtitu. ſpolia. & per dominum Barto. in l. hoſtes. ff. de capti. & hoc notabile verbum Iac. de Aret. dominus Bar. ponit in l. ex facto. ff. ad Trebel. nec eius bona potuerunt depredari, ex quo copia eius, & iudicis haberi poterat, vt not. in capitu. 1. de mil. vaſ. qui contumax eſt. in glo. fi. Item illud dictũ domini Bar. quòd ſi inimicus meus ſine cauſa mea dat damnũ alicui, quòd ego tenear, intelligo verum, ſi culpa poſſit imputari, ſeu leuiſſima, cum non bene cuſtodiuit, per l. ad eos. ff. commo. & l. ſed ſi de damno. ff. loca. & per l. in his. a cõtrario ſenſu. & ibi tenet Pet. ff. ſolu. matri. aliàs ſequeretur abſurdum, quòd ſi in cuſtodia fuiſſet diligentiſſimus tanquam quilibet diligentiſſimus homo, & in nulla culpa leui, ſeu leuiſſima, quòd ipſe eſſet obligatus, quòd eſſet abſurdum. q autem dictum ſuum debeat ſic limitari, glo. hoc ſentit in d. l. ſi merces. in §. cul. ff. lo. ibi dum dicit glo. cum enim habeat inimicitias, cautius debet cuſtodire: ſed aduerſus vim, & violentiam, cui reſiſti non poteſt, nil prodeſt cuſtodia, vt l. ſi ea res.
6 ff. de ac. emp. cum ſimilib. †Quintum dubium eſt tale, quòd huiuſmodi merces emptæ, vt ſupra dixi, nomine communi, ſeu Lelli tantum, probatum eſt tempore dictę nouitatis raptę, & depredatæ fuiſſent per vim, & violentiam: an ex depredatione huiuſmodi liberatio contingat. & certe dico, quòd ſic tam ex natura ſocietatis, vt eſt caſus in l. ſi duobus. in §. damna. & §. quidam ſagariam. ff. pro ſocio. unde facit lex quæ fortiunis. C. de pig. actio. & l. 1. C. depoſiti. & l. contractus. ff. de regu. iur. quàm ex natura rei: erat enim debitor generis reſpectiue ad ſpeciem, ut l. titiæ textores. in §. finali. ff. de lega. 1. & l. naue ſauſelli. ff. loca. & quod not. Barto. in l. ſi certos nummos. ff. de uerbo. obligatio. cum ſimilibus. Et ita dico, & conſulo ego Bald.

CONSILIUM LXII.

Aliud conſilium per concluſiones ſuper eadem materia.

Alia uice cõſului loquendo theorice, Et breuiter. Concluſio prima eſt, quòd quando ſocietas contracta eſt hoc expreſſo, vel tacito intellectu, quòd lucrum, & damnum ſit commune, ſi capitale caſu perdit, vnicuique dederit pro medietate. Verbi gratia, ſi dedi tibi ducenta ad negociandum ſocialiter cum iſta pecunia, & caſu fortuito tibi auferetur, puta a latronibus, debes mihi reſtituere centum: ita ut cẽtum pereant tibi, & centum mihi. ſuper hoc plene allegaui, & non repeto. neq; operæ tuæ inanis conſideratio eſt habenda: quia fruſtratoria opera fuit, & ego pro acquirendis illis ducentis multum forſan inſudaui, ſed littus araui. Secunda concluſio eſt, quòd quando caſus tuetur reum, oportet, quòd reus de iſto caſu fortuito excipiat. Et quia exceptiones non ſunt fruſtra inuentæ, ſed ſunt arma, ſine quibus reus non poteſt ſe tueri, poſito, quòd probaretur caſus, ſi non excepit, de eo ſufficit reo, ut in ſum. de replica. & in §. pactus ne peteret, in glo. ordina. & per Barto. Et illud eſt verum, quando caſus fortuitus parit exceptionem, ut in §. quæſitum. ſed quádo liberat ipſo iure, ut quando debetur ſpecies, & non quantitas, tunc ſufficit probare, licèt non excipiatur per theoricã, quę traditur in l. vbi pactum. C. de tranſac. In caſu autem noſtro quia quantitas eſt promiſſa, non poteſt liberatio contingere, niſi ope excep. ff. de ſolu. l. qui. 10. Tertia concluſio eſt, quòd exceptio debet eſſe ſic aperte propoſita, quòd ei in ſui forma exiſtente uere actor repellatur vt l. 1. §. labeo. de fluminibus. Quarta concluſio eſt, quòd etiam capitula debent ſic formari, quòd eis confeſſatis, ſeu confeſſis, ſeu formaliter reſulter concludenter effectus: aliàs capitula dicuntur impertinentia, ut l. ſi quis libertatem. § fina. cum ſimili. ff. de peti. heredi. Quinta concluſio, quòd probatio dubia, & incerta non releuat. capitu. in præſentia. de prob. quia ex incer. non ſequitur certa concluſio. & iſta ſunt theorice dicta. nũc ad practicam deſcendo, diſcutiendo acta, non eundo per ambages. Incipio a petitione producta pro parte Lelli, ut ex forma ipſius apparet. petitio eſt apertiſſima, & cauſa. 1. contractus eſt vera, & ibi aliud non probatur. etiam obligatio eſt uera: quia ſi cauſa eſt uera, præſumitur obligatio vera. ff. de proba. l. quinquaginta. Venio ad exceptionẽ reorum, & dico, quòd eſt ineptiſſima: quia ex cauſa confeſſata nihil ſequitur. uerba exceptionis dicunt, quòd fuit derobatus omnibus ſuis bonis, mercibus, & rebus mobilibus. Nota, quòd dicit ſuis, non dicit cõmunibus mercibus. Vnde iſta exceptio eſt inepta, & non concludens. C. de iure delibe. l. ſi te bonis. conſiderate bene, & legite hanc exceptionem, ſi placet. Venio ad capitula, & articulos reorum. ſecundo articulo ſic cauetur, quòd Ioannes faciebat artem bombicis, & guarnellorum cum dictis ducẽtis flore. Quinto uero articulo continetur, quòd dictus Ioannes faciebat artem mercantiam beſtiarum cum dictis ducentis flore. Modo uidetur quæſtio: iſti articuli ſunt contrarij, quia impoſſibile eſt, quòd cum totis ducentis florenis faceret hoc, & illud: & ſi vult dicere, quòd partem ſic, & partem ſic: incerta portio in ſic, uel ſic reddit articulum inanem, & incertum. Item iſte articulus, nec aliquis alius dicit, quòd merces eſſent emptæ communi nomine, & per conſequens non dicit, quòd eſſent communes, & eas eſſe emptas communi nomine, ſit facti, non pręſumitur niſi proponatur, oportet enim allegari: nã ubi eſt quæſtio facti, etiam ſi ſuper eo lex pręſumeret qualitatem, tamen oportet tale factum allegari: ut l. ſi adulterium cũ inceſtu. uerſicu. allegetur. ff. de adul. Item quarto articulo cõtinetur, quòd merces, quas dictus Ioannes habebat. &c. fuerunt derobatæ. uerba iſta, Ioannes habebat. ſoli Ioanni merces attribuunt: nam ſi eſſent communes, non habebat Ioannes ſolus, ſed Ioannes, & Lelius ſimul, ut l. 2. ff. pro ſocio. l. titij. §. 2. de leg. 2. unde iſte articulus declarat, quòd merces erant ſolius Ioannis, ergo ſoli Ioanni perierunt, ſi perierunt, vt C. locati. l. damnum. Item nono articulo dicitur expreſſe de rebus, & bonis mobilibus dicti Ioannis, ergo non communibus: quia quod cõe eſt, Ioan. non eſt, uia brocardica eſt in l. 2. ff. de condi. inſti. & gl. iſta decidit. Venio ad dicta teſtium, & quia oportet probari duo, primo q merces fuerint emptę ex illis 200. flo. ſecundo q illę merces fuerunt derobatę. non inuenio, q aliquis dicat merces, quæ dicuntur derobatæ, fuiſſe comparatas ex illa quantitate 200. flore. nec q per rationem dicti alicuius teſtis poſſit hoc concludi: quandoq; .n. ratio teſtis extẽdit dictum teſtis, qñq; arctat, quandoq; confirmat; hic nullum iſtorum facit, & non probat hoc eſſe, qđ ab hoc cõtingit abeſſe. l. neq;. & l. non hoc. C. unde cogna. imo ſi probaret aliquid emptũ, nec de iſta pecunia, nec de alia, vñ potuiſſet iſtã pecuniam in marſupio ſuo tenere, nec pſumitur cõſumptio, ut l. ſi a furioſo. ſi cer. pe. Amplius ſciendum eſt, q teſtes, qui hoc nituntur dicere contradicunt poſitionibus rei: quia ipſi referunt ſolum ſe ad artem bombacis, & guarnellorum, & capitula dicunt de arte beſtiarum, & in iſto quinto articulo, ſecundo placeat hoc bene uidere ad cautelam. Vlterius ſciendũ eſt, q qñq; inimicitia eſt cauſa damni, & tunc annumerantur in §. culpę. quandoq; damnũ eſt cauſa inimicitiæ: nam q me depredatur, efficitur inimicus meus, tñ iſte dr̃ caſus fortuit⁹, ut l. cum duobus. in §. quidã ſagariam. & in §. damna fatalia. ff. locat. in caſu noſtro inimicitia fuit cauſa damni: hoc apparet ex dirutione domorũ, & expulſione de ciuitate, & ex ipſo odioſo nomine partialitatis. ſicut in duello patet, p capitula rei. Vltimo notandum eſt, q poſt morã caſus fortuitus non liberat debitorem: ut l. quod te. ſi cer. pet. ſed ille, qui debeat alicui rationem aſſignare, ſub quo continẽtur etiam reliqua pręſtanda, ſi creditori placuerit, eſt in mora non reddẽdo ſtatuto tempore, quando tempus interpellat pro homine: ut l. magnam. C. de contrahen. ſtipu. & l. traiectitię. §. de illo. ff. de act. & ob. quia ergo Ioannes in ſemeſtribus nullam reddit rationem, fuit in mora, & ideo periculum interitus etiam per caſum fortuitum nocet debitori. & ad hoc, & multa iam dicta non poteſt reſponderi. Ego Baldus.

CON-

CONSILIVM LXIII.

1 *Succeſſor creditoris eius iuribus vtitur.*
2 *Maritus non poteſt alienare bona vxoris.*
3 *Auia debet habere licentiam, & trebellianicam ex perſona neptis grauate.*

1 Hæres Gabriellæ † pōt agere 3 do. Angelā ad a 50. li. ſed debet ſibi
cedere iura ſup bonis felicis. l. mulier. qui po. in pig. ha. Et ex
iſtis iuribus ceſſis do. Angela poterit recurrere ſuper bonis p
curatores aſſignatis poſteris creditoribus, vt l. aſſiduis. q po.
in pig. ha. ille. n. qui ſuccedit in locum prioris creditoris, eius
iure vtitur. C. de his, qui in priorum credi. loco ſuc. l. 2. cum
2 ſimili. Et hoc de primo puncto. † Super ſecundo puncto dicē
dum eſt, q felix non potuit alienare bona vxoris ſuæ. C. de rei
3 ven. l. mater. † Super tertio puncto dicendum eſt, q dicta auia
debet habere legitimam, & trebel. ex perſona neptis ſuæ: vt in
c. Ray. & c. Rayoal. de teſta. Ego Bald.

CONSILIVM LXIIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd ſi quis duxerit bannitum, & præſentauerit poteſtati, habeat centum. Aliquis cœpit bannitum, & dedit militi poteſtatis, qui duxit, & præſentauit poteſtati, quis debeat habere illa centum? an ille, qui cœpit, vel miles, qui duxit.*

Factum ſic ſe habet. Qm̄ plures Caſtellionenſes, &
ibi habitantes vnà cum militibus do. pote
ſtatis exeuntes de terra Caſtillioni armati iuerunt verſus mō
the cum cauſa expellendi quoſdam ſtātes in territorio Caſtil
lioni ad faciendum certa ſaraglia, & cā capiendi certos ex bā
nitos ibidē exiſtentes. poſtea vnus ex p̄dictis euntibus cœpit
quendē ex bānitū condemnatū in cōi Caſtellio in perſona tpe
contento in quadā reformatione, q̄ vobis trāſmittitur. Quē
ſic captum. i. capiēs præſentauit dicto militi dn̄i ptātis in ter
ritorio Caſtelli, & dictus miles demum dictum captū duxit,
& præſentauit dicto dn̄o poteſtati viuū. Modo quęritur, quid
iuris viſa reformatione, quæ dicit, ſi quis duxerit, & non ſi qs
cęperit, habeat 100. lib. a cōi prædicto. an dictæ 100. li. in di
cta reformatione contentæ debeantur dicto militi ſic 200. &
1 præſentanti. † Dictu militi oīa debetur occaſione p̄dicta, quia
licèt duxerit, & ptāti præſentauerit, hoc gratis facere debuit
pp officium, quod gerebat: ut not. Bar. in l. ſi quis in graui. §.
virū. ad ſil. Et qa miles non cępit, nec ſua probitate captus p̄
ponitur, vn̄ p̄uentus ab alio non meretur p̄miū, ar. ff. ad Ter.
l. 2. §. ſi matri. verſi. quid ergo. & verſic. ſi forte. Ego Baldus.

CONSILIVM LXV.

1 *An excluſa matre a ſucceſſione filij, quia non petijt tutorem, admittatur patruus, qui ſimiliter fuit in mora.*
2 *Clauſula codicillaris quid operetur.*

Proponitur, q Potius Lucij de ſottonio habi
tator olim chianciani deceſſit iā
ſunt multi anni ſuperſtitibus Bartholomeo, & Antonia pupil
lis ſuperſtitibus Antonio Lucij Fran. Lucij eius germano, &
matre dictorum pupillorum: & q dicti pupilli poſtea vixerūt
pluribus annis, & in pupillari ætate deceſſerunt nullo eis pe
1 tito tutore. † quæritur, an dicta mater ſuccedat eis. reſpōdeo,
non, vt inſti. ad Tertul. §. fi. de legi. hære. l. ſciant cuncti. cum
ſi. ſed an ſuccedat ei dictus patruus: Bar. dicit, q non, quia pa
truus et fuit in mora. ſed gl. dicit 3. C. qui petant tutores. l. ne
potibus. & ita teneo per l. 2. §. uidendum. ff. ad Ter. Nam qui
a prin. nō tenetur petere tutorem, ex poſt facto, & caſu fortui
to non tenetur petere: quia priuilegium, ſeu exceptio debet eſ
ſe perpetua. facit quod no. in l. 1. C. quibus cau. in inte. reſtit.
nō eſt neceſ. licèt huc fallat in caſu, qui non pertinet ad caſum
noſtrum: & ideo de eo non dico. Et licèt nō ſuccederet dictus
patruus, ſuccedunt eius filij, qui ſunt fratres patrueles, & pro
ximiores dictorum pupillorum. Sed ponamus, q mater ſuſce
piſſet tutelam. quæritur modo, quia per quinq; teſtes eſt depo
ſitum, q dictus Potius inſtituit filios, & ſubſtituit eis dictum
Fran. & adiecit clauſulam codicillarem, ſi non valet &c. quę
ritur, an valeat dicta ſubſtitutio. & uidetur, q non, per l. hac
conſultiſſima. §. ex imperfecto. nec obſ. clauſu a codicillaris,
ſi nō valet &c. quia hęc inſtitutio valet inter liberos: ergo de
2 ficit conditio clauſulę. † In contrarium uidetur, quia illa clau
ſula, ſi non valet. intelligitur, ideſt quatenus valeat ſed quo ad
ſubſtitutionem non virum iure teſtamenti, ergo valet iure co
dicillorum, non ab inteſtato, ſed iure codicillorum factorum
ad teſtamentum, & ſimul cum teſtamēto. quod uerum puto,
iuxta no. inſti. de codic. in prin. & eſt notabile de iſta clauſu
la, q non ſolum operatur ab inteſtato, ſed ad teſtamentum, &
omnibus modis, quibus fiunt codicilli. Ego Bald.

CONSILIVM LXVI.

1 *An conductor poſſit agere contra tertium poſſeſſorem ad fructus perceptos.*

Proponitur, q do. Helena quādam Villani Sa
xi, & ſoror dicti Luduuici, nō tā
hæres eius tenuit, & poſſedit dictam rem locatam multis an
nis, & fructus percepit: quos fructus dictus Petrus iure con
ductorio vult ab ea petere vigore dicti contractus. quęritur,
1 nunquid poſſit; † & uī, q ſic, quia q dictum dominū perue
nit de eo, quod ad dictum magiſtrum Petrum ſpectabat, bo
num, & æquū eſt dictu magiſtru Petro reſtitui. ff. ſi cer. pe. l. ſi
me, & titium. Contrarium eſt verum, quia cōtractus locatio
nis non obligat tertiū poſſeſſorem: ut ff. de pac. l. ſi unus. §. an
te omnia. Item perſonalis actio non ſequitur fundum, ut C. de
pct. & ob. l. cum. Item eſt expreſſum, q colonus non poteſt fru
ctus ab alio perceptos conducere. ff. de fru. l. ſi ſeruus. §. loca
ui. & ff. loca. l. cum in plures. §. meſſem. facit quod not. Cy. C.
de loca. l. ſi de fundo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXVII.

1 *Si Papa iubet quoſlibet de cerreto capi propter rebellionem illius terræ: & non relaxari ſine ſpeciali eius mandato: an exitij, qui tempore rebellionis erant extra, comprehendantur in talibus literis.*

1 Dominus † Papa tria facit. Primo ratione permiſ
ſi. Secundo capturā iubet, & pręcepit,
a quo præcepto quoſdam duntaxat excipit. Tertio relaxatio
nem captorum ſe in conſulto inhibet, & clauſulam non obſtā
te adiunxit: partes patent lectæ literæ propter delictum rebel
lionis vniuerſorum, Papa iubet capturam ſingulorū, inhibēs
relaxationem eorum, vſquequo aliud dederit in mādatis. hoc
in ſumma intendit Papa. Quæritur igitur de his, qui tempore
rebellionis non erant in cerreto. ſed erant exitij: verum literæ
porriganitur ad eos, & an tales capti poſſint inconſulto Papa
dimitti. Et uidetur, q capi poſſint: quia forma mandati diligē
ter eſt obſeruanda. ff. manda. l. diligenter. de reſcri. c. cum di
lecta. de teſti. ſpo. c. Piſanis. ſed forma concernit vniuerſaliter
ſingulos, ergo ſinguli poſſunt capi ſine vlla exceptione perſo
narum. Nam cum aliquid vniuerſaliter dicitur, debet intelli
gi qualibet ſpecie ſub prædicamento vniuerſali contenta. ff.
de reb. dub. l. ſi is, qui ducenta. §. utrum. de ſerui. vrb. prædi. l.
ſi ſeruitus. Secundo hoc probatur, quia Papa non excipit niſi
quoſdam: ergo alij omnes videntur incluſi. ff. de fun. inſtru. l.
quęſitum. §. idem reſpondet. Tertio hoc probatur: quia iſte ca
piens eſt merus executor, vnde nō habebat cognoſcere q ſint
capiendi, & qui non, nam ad merum executorem nulla ptinet
cognitio de cauſis iuris. ſolum enim in ipſo factum verſatur,
ut extra de appel. c. nouit ille. C. de execu. rei iudi. l. executorē.
de offi. deleg. ca. ſuper quæſtionum. unde nō habet cognoſce
re, quæ oues ſint ex ouili, & quæ non difficile. n. dignoſcitur
hoc, & eſt altioris inquiſitionis, quæ ad merum executorē nō
pertinet. Quarto hoc probatur: quia Papa ſibi ſpecialiter re
ſeruat, vnde nemo alius pōt hoc, cū ſit de reſeruā. ff. de poſtu.
l. 1. §. de qua. de re iud. l. cum te. Quinto, quia pp delictum re
gentium ciuitatem, uel terram puniuntur ſubiecti, & inter
dicuntur, & repreſalias patiuntur: ut patet in tractatu repre
ſaliarum. Et ſic propter peccata domini patiuntur ſubditi,
iuxta

iuxta illud Horatij: quicquid delirant reges, plectuntur achi
ui. In contrarium vř pluribus rationibus. primo, quia non eſt
da intentione dñi Papæ mandare, ꝙ detineantur, & incarce-
rentur inſontes in carcera, vt C. de cuſtodia reorum. l. 1. Se-
cundo, quia ſi hoc expreſſe mandaret, eſſet in executione ſu-
perſedendum, donec emanaret ſecũda iuſſio, vt plene legi. &
no. in Auth. de manda. prin. §. ſi quis autem cui. in gl. ordina.
Tertio, quia ratio literarum Papæ debet attendi magis, quàm
verborum cortex. ff. de admi. tut. l. ita autem. in princ. ff. de re
mili. l. milites agrum. & no. ff. de acqui. poſ. l. ſi is, qui ammo.
& ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. dulciſſimis. Quarto, quia literę ſunt
literę directę ꝰ certum genus hominũ certo modo qualifica-
tum, vnde executio non põt excedere fines mãdati, & liquerę
debet ſibi, ſaltem per informationem, & famam, ꝙ isti de illis
ſint, de off. deleg. c. 1. in clemen. Quinto apparet ex forma nõ
ſolum mentali, ſed verbali: quia verba literarum dicunt, nos
volentes, ꝙ huiuſmodi rebelles &c. vnde non extẽduntur ver
ba ad expulſos, qui non fuerunt cõtra vrbanum, ſed pro ipſo.
nemo. n. ſuos partiales, & complices odio habet hi. n. ſolum
pœna ſunt digni, quia demeruerunt, vt ff. de leg. 2. l. cũ pater,
§. rogo filia. ff. de ma. te. l. teſtõ Centurio. & ad hoc bene facit:
ff. de magi. conuen. l. 1. §. 1. & de pœnis. l. aut facta. §. fi. C. eo.
l. ſancimus. cum fi. quæſtio iſta vř ſic poſſe decidi, aut cõſtat
de culpa, & non poteſt dimitti: aut notorie cõſtat de inno-
centia, & tunc debet dimitti: aut eſt dubium, & tũc debet de-
tineri, donec reperit congregatio celebranda veritatem, vt C.
de cuſto. re. l. 2. in fi. Et ita teneo ſimile not. in l. ex quacũque.
ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Ego Baldus.

CONSILIVM LXVIII.

1 *An quod vnus frater exiſtens in cõmunione cum alio fratre
vel ſocius pro maleficio, vel extra cauſam ſocietatis debeat
eſſe commune, vel proprium tantum.*

Factum, ſuper quo petitur haberi conſilium, tale
eſt, videlicet Baldutius, & Vitus fratres,
& filij Olim bene cordati poſt mortẽ eorum patris prædicti,
qui deceſſit iam ſunt 11. anni, vel circa, ſteterunt in commu-
nione tanq̃ fratres dicto Baldutio exiſtente maiore 25. annis,
& dicto Vito in pupillari ætate. & per quendam eorũ factorẽ
exercebatur ars retagli pannorum de lanna. & ipſis in cõi exi
ſtentibus dictus Baldutius fuit accuſatus per Colam maritũ
dñæ Frãcæ de raptu prædictæ dñæ Fran. ſnę vxoris, & de adul
terio commiſſo per d. Baldutium cum dicta dña Fran. & di-
ctus Cola promiſit proſequi, & probare dictam accuſam. &
Barnabo extitit eius fideiuſſor. & quia dictus Cola renuntiauit
dictæ accuſæ, & proceſſus factus contradictũ Baldutium fuit
circunductus, & cancellatus: coactus fuit dictus Barnabo fi-
deiuſſor ſoluere theſaurario magni d. dñi Galeoti, flo. 200. Et
dictus Baldu. ſoluit dño theſaurario pro cancellaria circun-
ductura dictæ accuſæ inſtitutæ contra eum per dictum Colã
flo. 50. qui 50. flo. ĩ vna parte, & dicti 200. flo. ex altera parte
ſoluti, vt ſupra fuerunt dictorum Viti tunc pupilli pro vna di
midia, & pro alia dimidia d. Baldu. tanq̃ pecunia cõis ipſorũ
fratrum. Itẽ mutuauit d. Baldu. certis perſonis extra trafficũ,
1 ꝙ ſimul, & cõiter traſſicabantur 200. flo. auri. † Nunc quæri
tur, cum dicti Baldu. & Vitus velint diuidere omnia eorũ bo
na cõia, debita, & credita, nunquid dictus Vitus factus pubes
poſſit de bonis cõibus percipere, & habere valorem dictarũ
quantitatum flo. ſolu. per dictum Baldutium de ipſorum fra
trum cõi pecunia, & etiam 200. flo. dictorum per dictũ Bal-
dutium, vt præfertur, mutuatorum, de quibus nullã recepit
cautionem, nec mutuauit pro factis mercantiæ, vel vtilitate
cõi. & quid ſit iuris in prædictis, veſtro conſilio cum allega-
tionibus declaretur. Iſte Baldu. poteſt conſiderari vt frater: &
poteſt conſiderari vt habens bona communia, & põt conſide
rari vt ſocius, ſecundũ ea, quę proponunt, licèt plena ſocietas
non poſſit ꝰhi efficaciter cum pupillo ſine autoritate tutoris,
vt ff. pro ſocio. l. vt conditionibus. ff. de ac. emp. l. Iul. §. ſi quis
a pupillo. Si cõſideretur primo modo. ſ. tanq̃ frater, certũ eſt,
ꝙ ſiue iure, ſiue iniuria dãna paſſus ſit habere iacturam. i. dã-
num, ſibi Baldutius imputare debet, & non fratri, ſoo. vt C.
quibus res iudicata non nocet. l. 1. & l. fi. Si conſideretur ſecũ
do modo tanquam habens bona cõia, idẽ dicendum eſt, ꝙ nõ
põt vnus ex conſortibus alij præiudicare, & ſi aliquod damnũ
ei fecit, reſarcire tenetur, vt ff. cõi di. l. ſi is, cũ quo. Si conſide
retur tertio modo tanq̃ ſocius, hic aduertẽdum eſt. Et prima
conſideratio incipit a perſona, ſecũda verſatur circa cauſam.
quo ad perſonam ſciendum eſt, ꝙ pupillus non tenetur ex ſua
ſocietate, niſi quatenus locupletior factus eſt, vt ff. commo. l.
ſed mihi. Quo ad cauſam multum refert inter ſocietatem cõ-
tractam determinato modo ad certã ſpeciẽ, puta ad retagliũ
mercantiæ: & non extenditur extra illud, vt ff. pro ſocio. l. ſo-
cietates cõtrahuntur. Si vero eſt ſocietas generalis, hic aduer
tendum, ꝙ huiuſmodi ſocietas non extenditur ad maleficia,
nec ad pęnas maleficiorum. Et eſt triplex ratio, prima, quia nõ
intelligitur contrahi ſocietas ſuper eo, quod nõ poteſt afferre
niſi damnum, ſicut eſt maleficium, vt patet in diffinitione ſo
cietatis. ſecunda, quia turpis eſt conuẽtio iſta, vt ff. de fideiuſ.
l. ſi a reo. §. fi. Tertio, quia ſi propter culpam vnius ſocij, dam-
nificatur alter, ſocius recuperat leſus a culpabili, vt ff. com-
mo. l. ſi vt certo. §. ſed vbi. vnde concludendo ad propoſitum
dicendum eſt, ꝙ dictus Baldutius teneatur dicto Vito ad red-
dendum ſibi, quantum de pecunia, & portione dicti Viti con
ſumpſit, ſeu ſoluit ob culpam ipſius Baldutij, vt ff. pro ſocio.
l. cum duobus. §. fi. Item quatenus mutuauit de portione tan
gente dicto Vito de pecunia communi, vt ff. de admi. tut. l. tu-
tum, & meuium. §. altero. Ego Baldus.

CONSILIVM LXIX.

1 *Quid importent iſta verba poſita in teſtamento, hanc vlti-
mam voluntatem meam volo valere iure teſtamenti, vel
ſaltem iure codicillorum, vel alterius cuiuſlibet vltimæ vo-
luntatis.*
2 *Dictio, ſaltem. quid importet.*
3 *Alternatiua quando tribuat electionem, diſtinguit.*

Factum tale eſt, Quidam condidit teſtm̃, & in fine dicit: & hanc
meam vltimã voluntatem volo valere iure teſti, vel ſaltem iu-
1 re codicillorũ, vel alterius, cuius melius valere poterit. † Mo-
do quęritur, qualiter iſta verba: vel ſaltẽ iure codicillorum. in
telligantur, hoc eſt, an ſi poteſt valere iure teſti, valeat iure te-
ſtamenti, & ſi non põt, tunc valeat iure codicillorum: vel de-
beat intelligi, ꝙ hæres inſtitutus poſſit eligere ſecũdum legẽ
vltimã. C. de codicil. dubiũ facit, quia teſtator nõ fuit locutus
conditionaliter dicendo, ſi nõ valeret &c. quia tunc certũ eſt,
ꝙ ſi põt valere iure teſti, non trahitur ad fideicommiſſum: nã
hæc clauſula in defectum teſtamenti apponi conſueuit, vt ff.
de leg. 2. l. Lucius. §. filiam. & no. C. de codicil. l. 1. & C. de lib.
præte. auth. ex cauſa. Item non fuit locutus copulatiue dicen
do, volo valere iure teſtamenti, & codicillorum: quia tunc eſ
ſet electio hæredis, vt ff. ad treb. l. recuſare. §. Titius hæres. &
ff. de manu. teſt. l. ſi quis ſeroo teſtõ. ſed fuit locutus diſiuncti
2 ue, dum dixit, vel ſaltem. † nam dictio, ſaltem, eſt coniunctio
diſiunctiua ſecundum quoſdam, vel aduerſatiua ſecundum
alios: vel eſt dictio diminutiua, & ſubſidiaria, vt hæc proban
tur. ff. de ac. emp. l. ſi ſteril. §. cum per venditorẽ. de foro cõpe.
c. ſi diligenti. de procu. c. cum iniuſte. de priuil. c. cum perſo
næ. §. quod ſi talis. & no. plene per Archi. in c. ſtatutum. ſuper
verbo, ſaltem. de reſcri. li. 6. videndum eſt, quid ſonat iſta di-
ſiunctiua, ſeu aduerſatiua. q̃nque cadit inter potẽtias, q̃nque
cadit inter finales effectus, & conſiderationes ipſius finis. de
primo patet exemplum, vbi ponitur verbum, poteſt. in con-
cluſione orationis, ſicut eſt hic, dum dicit, vel alterius, cuius
melius valere poteſt. Et circa hoc no. eſt, ꝙ verbum, poteſt, in
uenit principium validum, & tunc inſpicimus tempus opti-
mum, vt l. ſi ita quis. de leg. 2. De ſecundo puncto pone exem
plũ in conditione hoc modo concepta, ſi hæreditas mea non
deuenerit iure teſtamenti, non deueniat, vel perueniat, vel ac
quiratur iure codicillorum. Item in copula ſi dixit, pertineat
iure teſtamenti, & codicillorum. Item in diſiunctiua ſi dixit,
vel perueniat iure teſtamenti: vel ſaltem iure codicillorum.
3 Et mirum eſt, quomodo iſtæ formæ ſunt in vſu propter impe
ritiam

ritiam hominum. In Iſtis formis inſpicitur finalis acquiſitio, & ideo ſi hæres non tranſmitteret hæreditatem, tñ tranſmitteret fideicommiſſum vniuerſale. ad treb. l. cogi. §. idem metianus. vnde clauſula eſſet multum vtilis propter iſtum effectū, & quãdam alios: ſed quia ſumus in caſu, vbi inſpicitur potē
3 tia, ſciendum eſt, † quòd quandoque alternatiua diſiunctiua ponitur inter remedia. tunc eſt electio agentis, in cuius fauore plura remedia ſunt introducta. C. de furt. l. 1. cum ſua materia. Quandoque ponitur inter caſus, ſeu contingentias, & tunc exitus ex cauſa pendet, & ibi non cadit electio, de conditio. & demon. l. cum pupillus. §. diſiunctiuo. ff. de conditio ſtit. l. ſi hæredi plures. in propoſito teſtator. inter caſus alienationis eſt: vt enim concluſit valere, vt melius poteſt: quia melius eſt ius ſuum decretum, quàm vtile, & obliquum. & videtur voluiſſe, vt ſi poteſt valere cum effectu directo, via illa ſit aſſumenda: quia ipſe teſtator elegit viam huiuſmodi per iſta verba. & ideo non puto, q̃ hæres habeat opinionem. opinio eſt Bal. de Peruſio ſcripta patri ſuo domino Michaeli de ſacto excellentiſſimo legum doctori.

CONSILIUM LXX.

1 *In contractu emphyteotico, in quo quis recepit pro ſe, & ſuis hæredibus vtriuſq; ſexus vſq; in tertiam generationem deſcendenda de vno in alterum, quid importent illa verba. & numero 4.*

2 *An in fideicom. veniat emphytea.*

3 *Appellatione hæredis quis comprehendatur in contractu emphyteotico.*

Punctus. Teſtatur quidam habens certa bona, inter quæ erant certa bona liuellaria conceſſa ſibi, & ſuis hęredibus vtriuſque ſexus vſque in tertiam generationem, deceſſit relictis ſibi hæredibus duobus ſuis filijs, ſ. Palmerio, & Herculano, qui Palmerius, & Herculanus poſt mortem patris diuiſerunt hæreditatem, & voluerunt, q̃ vnuſquiſq; eſſet contentus pro parte ſua, & vnus ab alio amplius non peteret. Deinde moritur Palmerius, & reliquit vnū filium, & vnam filiam, & voluit filiam ſuam eſſe contentam certa quantitate: & filium ſuum in omnibus bonis ſuis hæredem fecit, & ei ſubſtituit filium Herculani fratris prædicti Palmerij: deinde morit̃ filius Palmerij ſine liberis, & ſic ſucceſſit filius Herculani, quæritur modo, an illa bona, ſcilicet liuellaria, quæ venerunt in partem Palmerij teſtatoris, veniãt huic Herculani filio.

1 Conceſſio † fuit facta Iacobo olim Palmerij de villa Loretoli ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & ſuis hæredibus, vel cui dare, ſeu concedere voluerit ius ſuum in ipſius tertiam generationem legitimam finitam, & completam vtriuſq; ſexus, deſcendenda de vno in alterū, Iſta ſunt verba inſtrumenti. ex quo Iacobo remanſerunt duo filij, & hæredes: vt ſupra proponitur: quæritur, quid iuris? & vr̃, q̃ iſta bona liuellaria, q̃ obuenerunt in partē Palmerio, debeant ad ſolam eius filiam pertinere; & hoc pluribus rõnib. Prima, quia verba inſtrumenti dicant, deſcendendo de vno in alterū. Nota, q̃ dicunt deſcendendo. In iſto autē gradu deſcendente filia eſt, non frater: vt inſtitu. de gradibus. §. primo gradu. Item Palmerius non potuit teſtari de emphyteoſi in præiudiciū filiæ, ad quã deuoluitur ex conuentione, no. Bar.
2 in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi. de operis libertorum. † Item cū dicta ſubſtitutio facta filio Palmerij fuerit fideicommiſſaria, in ſubſtitutione non venit emphyteoſis eccleſiaſtica: & eſt ratio, quia non tranſit ad hæredes vt ad hæredes: ſed ex beneficio domini concedentis, vt no. ff. ſolu. mat. l. etiam. hoc tenet Bart. expreſſe in l. ſi patroni. in princ. ff. ad Treb. nec ob. quòd iſta filia fuit inſtituta in certa quantitatē, & prohibita plus petere, vel habere: quia hanc emphyteoſim habet ex aui prouidentia, non a patre, vt ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. Et quia hæres in re certa quo ad emp. eccle. dicitur hæres. l. filius, vel nepos. vt not. in Specu. de teſtamentis. §. 1. ver. pone a. in fi. vbi expreſſe hoc determinat Spec. Præterea cum dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, ipſa ſoror eſt hæres fratris ab inteſtato. ſi fratris, ergo patris, quia hæres hæredis &c.

3 C. de hære. inſti. l. fina. † Præterea iſtud nomen hæredis poſitū in tali contractu emphyteotico debet intelligi proprie de hære. directo, non per fideicommiſſum, ar. ad Treb. l. quia prouide. & ff. ſi ager. vectig. l. 1. §. qui in perpetuum. his rationibus videtur pro filia iudicandum in totum quo ad bona emphyteotica. Item quia in fideicommiſſaria ſubſtitutione non veniunt niſi bona teſtatoris, de vulg. ſub. l. cohæredi. §. cum filiæ. ſed dicta emphyteoſis non fuit teſtatoris, niſi in vita eius, vnde de ea teſtari non potuit, vt C. de leg. l. vxor patrui. In perſona enim hæredis eſt noua emphyteoſis, ſicut nouus vſusfructus. ff. de verbo. obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. In omnibus enim iuribus perſonæ cohærentibus hoc accidit, vt extra dã præbend. c. dilecto. Et iſtæ rationes videntur decidere quęſtionem. In contrarium videtur pluribus rationibus. Et primò; quia dominus Dyo. determinat expreſſè in d. l. ſi patroni. q̃ in fideicommiſſo vniuerſali venit emphyteoſis. Nam venit in petitione hæreditatis non ſolum directa, ſed fideicommiſſaria: ergo venit in fideicommiſſo. ff. de pe. hęre. l. item videndum. in fin. Item venit in iudicio familię hęrciſ. tanquam corpus hęreditarium. ff. fami. hær. l. item prędia. Item poteſt res emphyteotica ſpecialiter legari, ergo per fideicommiſſum relinqui, de leg. 1. l. ſi domus. in fi. puta ſubſtitutus hic eſt ęque capax, vt filia, & ideo merito ſuccedere poteſt in huiuſmodi emphy. hoc tenet expreſſe Ioan. And. in addi. Specu. ſuper rub.
4 de loc. § nunc aliqua. ver. 167. & 168. † Pręterea in hoc ſunt conſideranda illa verba, vel cui dare, vel concedere voluerit quę late patent, & omnem titulum comprehendunt: vt ff. de eden. l. quędam. §. is autem. ff. de pub. l. quęcunque. ſ. in tertiã
1 generationem Iacobi, qui hęc verba protulit. Conſiderandū enim eſt, quis loquatur, vt ff. de vſu, & habita. l. plenum. §. ęquitij. Nec obſtant illa verba, deſcendendo de vno in alterum. ſi cõſideres, quis loquitur, vt dixi. Et quia iſta verba ſunt
2 poſita propter ius accreſcendi, & in ſubſidium. i. de vno in alterum reuertatur. aliàs ſequeretur, quòd etiam ſi nulla filia ſuperelſet, tamen ad filium Herculani non pertineret: quia verba dicunt, deſcendendo: non autem dicunt, reuertēdo. quod falſum eſt. vnde iſta verba debent intelligi quodam ſimplici, & groſſo modo. C. de dona. ante nup. l. ſi cum ante. per Cyn.
3 cum igitur filius Herculani ſit de perſonis permiſſis, merito ſibi potuit per fideicommiſſum relinqui. facit C. de fideicõ. l. voluntas. Notandum tamen eſt, quòd quandoque quis recipit emphyteoſim ab aliqua perſona eccleſiaſtica pro ſe, & filijs, non adiecto, hęredibus: & tunc eſt vera opi. Bar. quandoque adiuncto, hęredibus, & tunc eſt vera opi. Dy. limitata ſecundū opi. Io. An. Ex his patet ſolutio q̃õnis. tñ hic multum dubium quõ diuidatur iſta emphyteoſis inter filiam Palmerij, & filium Herculani. nam iſta filia vr̃ ex perſona ſua primo debere habere dimidiam, alia vero dimidia diuidatur vt certa bona hęreditaria dicti Palmerij, ſcilicet in duas partes, vnam habeat dicta filia, ex perſona fratris: aliã habeat filius Herculani ex fideicommiſſo, c. Ray. & c. Ray. extra de teſta. mortuo enim maſculo fęmina ſuccedit. primo ex ſua pſona patri ſuo,
2 ſecundo ex perſona fratris fratri ſuo. Sed ad primum reſpondetur per ſtatuta, quia filia in teſtamento dotata debet obſeruare teſtamentum patris. & ſi non eſt hęres patris, niſi in q̃titate relicta, nec eſt hęres aui: quia non poteſt eſſe niſi ex perſona patris, qui ſuperuixit hęres aui exiſtens, vt C. vnde liberi. l. qui ſe patri. Et ideo ex perſona ſua vt hęres venire non poteſt ad iſtam emphyteoſim. ſequitur igitur, quòd ipſa habeat dimidiam pro legitima, & trebel. & aliam dimidiam inter fideicommiſſũ habeat filius Herculani. facit quod not. Bart. in d. l. vt iuſiuran. §. ſi liberi. de ope. libertorum. & ita videtur hęc quęſtio decidenda, ſalua ſubſtantia veritatis. Adhuc etiã aliud dubium remanet in mente mea: vtrum cum ſtatutum dicat, quòd filia dotata in teſtamento teneatur inuiolabiliter obſeruare teſtamentum patris, an per hoc prohibeatur detrahere treb. Iſtud dubium non determino; quia non cadit hic: nam in caſu noſtro non detrahitur ex perſona ſua, ſed ex perſona fratris ſui. Ego Baldus.

CONSILIUM LXXI.

1 *An extãte matre, & patruo pupilli, qui deceſſit infra annum a die*

a die mortis patris, priuetur mater a ſucceſſione dicti pupilli, eo q non petijt tutorem, nec ſuſcepit ipſam tutelam.

Angelus Maſſioli de Turre Colla. habẽs duas filias, & minores 12. anno. propter tractarum, & rebellionẽ per eum commiſſum fuit decapitatus, & omnia bona ipſius publicata. poſt mortem eius remanſerunt dictæ duæ filiæ pupillæ, & domina Lippa vxor dicti Angeli, & mater dictarum pupillarum, & Nutius Maſſioli frater carnalis dicti Angeli, demum deceſſerunt dictæ duę filiæ in pupillari ætate per ſeptem vel decem menſes poſt mortem dicti Angeli patris ipſarum, & ante annum elapſum. Modo quæritur, quis veniat ad ſucceſſionem dictarum pupillarum, an domina Lippa mater ipſarum, an vero dictus Nutus earum patruus: præſuppoſito, quòd dicta domina Lippa non petierit tutorem dari dictis ſuis filiabus pupillis, nec dictam tutelam ſuſceperit.

1 In Chriſti Nomine Amen. † Communis opinio eſt, quòd mater habet annum ad petendum tutorem, ita vt ſi intra annum tutelam non ſuſcipiat, nec alium petat, priuetur ſucceſſione: ſi autem puer infra annum decedat, tunc non priuetur ſucceſſione. quod maximè eſt verum in caſu noſtro. ſ. quòd mater non excludatur exiſtente patruo, vt C. ad Tert. l. matres. de legi. hęr. l. ſciant cuncti. & inſti. ad Tert. §. fin. Et ideo dico dictam matrem ſuccedere in omnibus iuribus dictarum pupillarum: licèt aliqui dicant, q ſi non petit confeſtim, ſtatim ſit excluſa. ff. ad Tert. l. 2. §. confeſtim. Ego dico, q rigor illius §. mitigatus eſt hodie per conſtitutiones principum, & eſt datus matri, & omnibus annus. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXII.

1 *An valeat diſpoſitio teſtatoris prohibentis filios ſuos diuidere vſque ad tempus. & quæ diuiſio videatur prohibita.*

2 *An propter minorem ætatem, vel deceptionem vltra dimidiã iuſti precij poſſit reuocari diuiſio.*

3 *Poteſt peti diuiſio prohibita, quando alter ex ſocijs eſt rixoſus, vel damnoſus.*

Factum, ſuper quo petitur haberi conſilium, eſt tale, Videlicet, Berecordus ſuum teſtamentum nuncupatiuum ſine ſcrip. condidit, in quo ſuum hęredem vniuerſalem inſtituit Baldutium, Vitum, & tres eius alios filios. Et ſi quis eorum deceſſerit in ætate popillari, vel factus pubes, ſubſtituit ei, & eis ſic deced. tres alios eius filios ſuperuiuentes, & præmortuorum liberos in ſtirpem, & non in capita. prohibens dictis ſuis hæredibus, quòd nemo ipſorum petat, ſeu petere poſſit diuiſionem bonorum communium dictæ hæreditatis ſine licentia dominę Franciſchinę eorum matris, quouſque compleuerit vigintiquinque annum ſuę ętatis. Mortuo dicto teſtatore moriuntur dicti tres filij, & mater eorum: ita quòd tota hęreditas dicti Berecordi peruenit ad prefatos Baldutium maiorem vigintiquinque annis, & Vitum minorem, maiorem tantum 21. qui Baldutius, & Vitus de communi concordia omnia bona immobilia dictę hęreditatis, & maſſaritias diuiſerunt, & reſtauerunt diuidere mercantias, & nomina debitorum. de qua diuiſione apparet inſtrumentum Guar. eſt verum, licet in inſtrumento non fiat mentio, quòd in dicta diuiſione fuit ſeruata iſta forma: videlicet quòd fecerunt duo breuia dicentes, cui obuenit tale breue, habeat talem partem, & ſortem. peruenit dicto Vito breue continẽs meliorem. & inſtrumentum eſt clarum, videlicet quòd talia bona elegit dictus Vitus de voluntate dicti Baldutij pro ſua parte, & Baldutius talia de voluntate dicti Viti pro ſua parte. Nam ex dicta diuiſione oriuntur iſta dubia: videlicet quia dicit dictus Baldutius maior dictã diuiſionem non valere, & fieri non potuiſſet, quia facta fuit contra patris eorum prędictã prohibitionem. Item quia in dicta diuiſione dictus Vitus habuit partem valentem ducentos floren. vltra valorem partis dicti Viti. Per dictum Vitum reſpondetur, quòd poſtquàm dicti fratres de communi concordia diuiſerunt, quòd dicta prohibitio non habet ipſam diuiſionem impedire, vel facere non valere. Et quia in prohibitione nulla cauſa, vel pœna fuit appoſita. Et quia conſenſus matris eorum defunctę non potuit peruenire, quia iam ſunt anni. Item non obſt. quòd dixit partem ſuam valere plus parte Baldutij: quia de voluntate ipſius Baldutij habuit, & recepit dictam partem: & quia inſtrumentum Guar. non poſſunt tales exceptiones opponi. Nunc quęritur, nunquid attentis dictis verbis dicti teſtamenti, & dicta prohibitione, & dictis per dictum Baldutium, & reſponſionibus dic. & viſa forma inſtrumenti Guar. dicta diuiſio valuerit, & valeat: & ſi poteſt retractari, vel annullari vigorę dictę prohibitionis: quia pars Viti plus videlicet parte dicti Baldutij. veſtro conſilio
1 more veſtro placeat declarare. † Ad euidentiam ſciendũ eſt,
quòd dicta prohibitio ne petatur, diuiſio vſq; ad legitimam ętatem valuit de iure: quia ad tempus hoc poteſt fieri per pactum, & per teſtamentum: vt ff. de communi di. l. in hoc iudicium §. ſi conueniat. & §. ſi inter ſocios. Et præſumitur factum iſtud pręceptum cum cauſa, ne minores ſua facilitate labantur, vt C. de vſuc. peremptor. l. 2. Et poſito, q eſſet nudũ præceptum, valeret tñ ad excipiẽdum: quia ad liberationem, vel exceptionem parandam nõ requiritur cauſa. vnde ſi petatur diuiſio, poteſt cõuẽtus excipere, q teſtator noluit diuiſionem peti. ff. de pac. l. tale pactum. in prin. ff. pro ſoc. l. ſi conuenerit. ar. de lib. leg. l. non ſolum. §. ſi liberis. quamuis aũt inuitus ad diuiſionẽ pronocare non poſſit, tñ teſtatur non prohibuit eos diuidere, ſed prohibuit eos diuiſionem petere. Põt ergo inter conſentientes fieri diuiſio: quia non fuit prohibitus conſenſus, ſed petitio. Iſta. n. ſunt diuiſa, vt l. pupillus. ff. quæ in frau. cre. & l. amplius. rẽ ra. ha. & ff. de condi. fur. l. & ideo. puto ẽt ſi eſſet prohibita diuiſio, tñ quia plerunq; accidit, q vtriq; parti eſt vtilis diuiſio, poſſet fieri, arg. C. qñ, & quibus quarta pars debetur. l. 2. C. de fideicõ. l. quotiens. quia ex cõi conſenſu eorum põt recedi a prohibitione, de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. Concludo igitur, q diuiſio voluntaria non fuit
2 per teſtatorẽ prohibita. † Circa ſecundũ ponctum ſciendum
eſt, q diuiſionibus ſtandum eſt, niſi vltra dimidiã alter deceptus eſſet, vel niſi alteri beneficium ætatis ſubueniat, vt C. cõmunia vtriuſ. iud. l. maioribus. etiam ſi fiant ſortes, vel abbreuia, ſicut moris eſt. licèt forte quidam dicerent, q fortuna ſimilis ſit ludo perditionis, vt maiori nullo modo ſuccurratur minori. ſic iuxta id, quod legi. & not. ff. de mino. l. ſi minor. ſed iſta non eſt bona ſimilitudo: quia in caſu noſtro fortuna æquiparatur bono, & ęquo iudici: vt C. communia de lega. l. ſi duobus. Sed oportet, & videtur, q non tenuerit diuiſio duabus rationibus: prima ratione ætatis, quia minor. ſecunda ratione prohibitionis teſtatoris: vt no. C. cõi di. l. fin. Solut. ad primum per not. ff. de tranſact. l. cum hi. §. eam. Ad ſecundum vero ſuprà reſponſum eſt, & ideo teneo diuiſionem valuiſſe, niſi eſſet deceptio vltra dimidiam: quia tunc ageretur ad excipiendum, vt dixi. Quo ad tertium punctum
3 dico, q † non poteſt peti diuiſio: quia teſtatur prohibuit, ni-
ſi alter ſocius ſit rixoſus, vel damnoſus, vt d. l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXIII.

1 *An valeat cõpromiſſum factũ in duos cũ ptãte eligẽdi tertiũ.*

2 *Qualiter coram ordinario ſit petenda exequutio laudi, & an in tali petitione ſit neceſſarius libellus.*

1 Contra † laudum latum per tertium cum vno arbitratore facit, quia non tenet compromiſſum factum in duos cum poteſtate eligendi tertium incertum, vt ff. de arbitr. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. & ex iſtis verbis nulla ſuper electione tertij præfertur authoritas. Igitur quod fit ab vno arbitrorum cum illo tertio non iure electo, ipſo iure non tenet: text. eſt ibi, imo plus dicunt quidam, q hoc caſu propter vitium formæ compromiſſi etiam primi duo non ſunt arbitri, adeo q licèt in ferenda ſententia concordarent, tamen non valeret eorum laudum: quia tex. dicit, puto tale compromiſſum non valere. hoc no. in ſpe. de arb. §. ſequitur. & hoc tenet Guil. Ray. & Bart. in d. §. ſi in duos. Sed Frã. Acc. diſputãdo determinauit cõpromiſſum in ipſos duos valere, & eos concorditer poſſe pronuntiare, & concorditer

poſſ. eligere tertiū, vt refert Io. Andr. in d.§.ſequitur. in addi. & hoc approbat gl. in d.l.ſi vnus.§.pen. do.Cy. in d.§.ſi duos. ſuper verbo, non valere. at ſi diſſentiunt in ſententia, & in eligendo tertium, non valet: ergo ſi concordant, valet. ſed do.Io. mona. diſtinguit, aut loquimur in arbitris, & nō valet cōpromiſſum: aut in arbitratorib. & tunc valet. Nam ſi poſſum cōſtituere proc. ad eligendū in cauſa arbitrū, qui ſibi placuerit: quare & arbitratori nō poſſum dare iſtā poteſtatem, rō reddi non pōt? ſic ēt poteſt dari procuratori generalis poteſtas ſubſtituendi, vt in c. 1. de procu. lib.6. In vero autē arbitro ſecus: ne propagentur arbitria. ff. de arb. l. nō diſtinguemus. §. de officio. quia non cā litium transferendarū, ſed decidendarū ad arbitros itur. ff. de arb. l. quanuis. hāc opi. tenet Io. mon. in rubri. de arb. li.6. Tu conſidera, ꝙ qñ cōpromittitur in duos arbitratores, nō habet locum electio tertij, niſi ſit actum in cōpromiſſo de tertio eligendo, vt C. de ƺhen. empt. l. fi. nam tale compromiſſum nō cōſiſtit in contradictoria, & neceſſaria iuriſditione, nec reditur in inuitū: & ſtatim ꝙ diſcordant, finitur compromiſſum: quia volunt arbitrari. facit quod no. Bar. ff. de ver. ob. l. ſi quis arbitratu. ſi aūt compromittitur in duos arbitros, tunc aut non eſt actum de tertio eligēdo: & tunc diſcordantes compelluntur authoritate iudiciaria ad tertiū eligendum, vt d.§. prin. Et ideo licet diſcordent, non finitur cōpromiſſum, ſed coguntur eligere tertium, cuius authoritati pareatur. & quia de tacita natura cōpromiſſi hoc deſcendit, perinde eſt, ac ſi iſte tertius eſſet arbiter electus partibus, licèt propriè loquendo non ſit arbiter compromiſſarius ſecūdum Spe. aut eſt ac. de tertio eligendo. & tunc aut de certo, & valet compromiſſum, & ſi diſcordant, coguntur illum eligere. d.l. item ſi vnus.§. ſed ſi ita. aut de incerto, & tunc ſi ſunt concordes in ſententiando, valet arbitrium: ſed ſi ſunt in ſententiando diſcordes, & tunc refert, aut ſunt etiā in eligendo tertium diſcordes, & finitur compromiſſum, quia prætor nō pōt compellere eos ad eligendum tertium, quia liberam de quocunque eligendo habuerunt poteſtatē. ita intelligitur.§. ſi in duos. dum dicit, aſſumendo tertiū poſſunt diſſentire. vnde prætor non pōt cogere eos cōcordare in ſnia, vel electione. Et ſic tale compromiſſum redditur fruſtratorium, & hac rōne lex reputat ipſum nullum. Si autē concordant in tertio eligēdo, ceſſat ratio annullans, & ſuperuenit confirmans: quare valere puto. Et ſic dicit gl. ord. & maxime hoc eſt verum, ſi tertius eſt electus ex more regionis: quia ſic vſitatum eſt fieri, & ſeruari. d.§. principaliter. in verbo, ſed vſitatum eſt. vel eſt electus præſentibus, & conſentientibus partibus. l. 1. §. 3. in verbo, litigatores conſenſerunt. dico igitur dictum compromiſſum, & electionem tertij, & per conſequens ipſum laudum

2 tenuiſſe. † Supereſt videre, an iudex, qui pronuntiauit laudum exequendum, rectè pronuntiauerit. In quo articulo diligenter eſt conſiderandum, an laudum arbitri mereatur exequutionem nullo oblato libello coram exequutore. & videtur, quòd non, quia lex dicit, quòd actio in factum proponi debet pro exequutioni ſententiæ arbitri. C. de arbi. l. ne in arbitr. & l. cum antea. & not. per Bar. de re iudi. l. miles. §. fi. ſed in actione in factum requiritur libellus, ſeu petitio, vt ff. de petitio. hæredi. l. item veniunt. §. idem rectè. & no. de inofficio. teſtamen. l. qui de inoffici. teſtam. ſed hic non fuit aliqua petitio formata continens, quæ debet continere libellus, ergo &c. Et ſi dicatur, ꝙ ſententia mandatur exequutioni etiam officio iudicis. ff. de iudic. l. ſi prætor. Reſpondeo, quòd iſtud non videtur habere locum in ſententia arbitri: quia officium iſtud mercenarium eſſe debet, quod ex vi iuriſditionis in ſententiando officium naſci debet. ſed apud arbitrum cum nulla iuriſditio fuit, ergo ex ea officium mercenarium naſci nequit. Iuriſditio enim eſt mater officij iudicis. ff. de iuriſdict. omn. iudi. l. 1. ſed tamen in hoc non puto inſiſtendum: quia conſuetudo ſe habet, ꝙ fiat exequutio ſine alio libello. nam cum laudum arbitri trāſit in rem iudicatam, ęquiparatur ſententię iudicis, & ideo exequutionē meretur. ipſum enim laudum productum in iudicio cum petitione exequutionis habet vim cuiuſdam ſummarij libelli, vt ff. de re iudi. l. a diuo pio. in prin. & §. 1. vnde ex ſnīa arbitri, ex quo tranſiuit in rem iudicatā, oritur parti ius implorandi officiū iudicis pro exequutione, vt ſit litium finis. ff. de re iud. l. ait prætor. in princ. Et hoc caſu iſtud eſt officium nobile, tamen quia non cogitur cognoſcere, ſed cognitum exequi, non requiritur ordinarius ꝓceſſus. Eo autem modo, & ordine mandatur exequutioni de iure cōi, ad quod me refero, vt fugiam dubia, quæ ex ſtatuto Gualdi oriuntur, quæ tradita ſunt in l. a diuo pio. Cum igitur ſit exequendum, conſulo rectè iudicatum per dominum Anaſtaſium. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXIIII.

1 *Res communiter acquiſitæ ex induſtria duorum fratrū æqualiter pertinent ad eos.*

2 *An patruus redimens nepotes ab hoſtibus per pecuniam poſſit eam repetere.*

1 Res communiter † acquiſitæ ex induſtria duorum fratrum ęqualiter pertinent ad eos, filijs, nepotibus alterius ex dictis fratribus non inſpectis, & ideo ad vtrunq; dictorum fratrum pertinent pro dimidia parte. facit C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. & in Spec. de iudi. §. ſequitur.

2 † Item ſi vnus illorum fratrum de communi pecunia redemit ſuos nepotes ab hoſtibus captiuatos, vel a latronibus captos, poteſt pro parte ſua repetere ab eis per actionem neg. geſt. niſi fecerit pietatis intuitu: quod præſumitur, ſi impenſa fuit parua, ſed ſi fuit magna, non præſumitur donatio, vt not. C. de neg. geſt. l. Neſennius. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXV.

1 *Qualiter probetur fraus, quando pater donat alteri ad vtilitatem ſpurij filij.*

2 *Extranea cautela, & inſolitus contrahentium modus reddit actum perfectum ſuſpectum.*

1 Spurio † per interpoſitam perſonā pater donare non poteſt, nec in fraudem legis aliquid fingere, vt C. de na. lib. l. 1. ſiue itaq;. iſta tamen fraus non pręſumitur, niſi euidentibus indicijs probetur. C. de dolo. l. dolum. & C. de diſtr. pign. l. & qui ſub imagine. ver. ſi igitur. & C. de vſur. l. eos. §. fin. In hac autem re, quę non poteſt dilucide probari, ſufficiunt argumenta, vt ff. de re milit. l. non omnes. §. a barbaris. Videamus ergo, ſi ex præcedenti promiſſione diſſona a natura depoſiti, & ex ſubſequenti ceſſione facta ſpurio ex cauſa liberali, & gratuita, ſit præſumenda fraus: quia actus vtilis repetit prohibitam perſonam. i. ſpurium. Et videtur, ꝙ ſic: quia ſicut ſe habet poſſeſſio in rebus temporalibus, ſic ſe habet ceſſio in iuribus, vt no. in l. fi. C. quando fiſcus, vel priuatus. & l. penul. C. de do. ſed ſi pater dat tibi rem, & tu das eam ſpurio dantis ex coniunctione iſtorum actuum, & quia ſpurius inuenitur poſſidere, præſumitur fraudis ſimulatio. cum enim perſona prohibita inuenitur in poſſeſſione præſertim gratuita, veriſimile eſt, quòd ſit cōmiſſa fraus, arg. ff. qui mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuum. & C. de natu. lib. l. ſi quis ſeu. Nam amor paternus ad has fraudes facilis eſt. C. de dona. l. data iam pridem. ff. de bon. libe. l. nihil. §. facilior. ff. de probat. l. qui teſtamentum. ff. de lega. 3. l. cum qui decedens. §. Titia. nec operatur in hoc aliquod iuramentum, vt ibi no. Sed contra hoc valde facit, quod not. ff. de leg. 3. l. Lucius. §. in teſtamento. vbi glo. dicit, quòd ex his inſurgit talis qualis præſumptio, non plena probatio. vnde dicit Barto. in l. vlt. de his, quibus vt indig. ff. quòd ſi vxor hæres inſtituta a marito, & rogata reſtituere, cuicunque ſibi placuerit, inſtituat filium ſpurium, non propterea eſt ſufficienter fraus probata, niſi aliæ coniecturæ interueniant. præterea de iſta fraude non eſt dubium, quia dictum inſtrumentum depoſiti, & dicta ceſſio præſumuntur a iure ſimulata. ad hoc facit extra de renun. c. ſi de præbenda. §. fin. Si autem non ſunt etiam aliæ coniecturæ, tunc quæſtio eſt dubia, tamen iſti actus multum ſonant in ſimulatione: quia non eſt veriſimile, quod deponens, ſi verum fuiſſet depoſitum, reſpexiſſet caſum mortis depoſitarij: nec ꝙ poſtea gratis donaſſet, & maximè ſpurio:

2 facit inſti. de fideicom. hęredibus. in princi. † extraneæ enim cautelę

cautelæ, & inſolitus contrahendi modus reddit actum ſuſpe ctum, vt no. in l. 6. de condi. indi. iſtud multum cadit in mente mea, ꝙ ita fuerit in facti veritate. ſapiens igitur aduocatus dictos articulos, quã erit tẽpus. ſ. lit. cõteſt. ſuper reſciſſoria petitione iſtos contractus tanq̃ ſimulati, de omnibus, quę animũ viri boni poſſunt informare ad ſubſtantiam veritatis, quia forte non ſufficeret ad fraudem probandam ſola ceſſio ſecundum Bar. multum tñ facit ad probandũ, ꝙ ſufficiat, quia qui donat actionem, vr̃ eam acquiſiuiſſe ad cõmodum donatarij, nõ ad ſuum. Item facit ad hoc C. de repu. hære. l. 1. ff. de acq. hęr. l. ſi is, qui bonis. & facit quod no. Bar. de do. l. poſt contractum. qđ verum credo, quia in puncto præſupponitur, ꝙ ad tantã quantitatem deponendam non erat idoneus ille, qui recepit inſtrumentum ex cauſa depoſiti, de bon. quę lib. l. cũ oportet. Bal.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Diſputat de quibuſdam ſtatutis dantibus formam repudiationi hæreditatis, non tamen ponit illa.*

2 *Repudiatio facta ſecundum formam, licèt non fuerint ſeruata ea, quæ ſunt addita reſpicientia modum in electione arbitrorum, & in ſatisfactione creditorum, an valeat.*

1 Forma † Statuti ſub Rub. de repudiatione hæreditatis fienda per bannum, & in conſilio diligenter fuit hic obſeruata, & repudiatio fuit approbata in cõſilio generali campanę. Vnde attento ſtatuto iſtæ dominę Milgla, & Giotta non ſunt hæredes patris, nec creditoribus tenentur. ſed quia per aliud ſtatutum ſunt quædã addita huic ſtatuto,
2 videndum eſt, † vtrũ illa reſpiciant formam, necne. videntur enim quędam ex his, vt citatio creditorum potius reſpicere modum tenendum in electione arbitrorũ, & in ſatisfactione, vt patet vſq; ad illum ver. obſeruatis etiam & cætera. Cum. n. dicit, ſolẽnitatibus &c. innuit, ꝙ citatio arbitrorũ, electio, ſatisfactio &c. de quibus dixi, non ſint de ſolennitate repudiationis, ſed ſolũ ea ſint de ſolennitate, quæ in alijs ſtatutis, & ordinamentis continentur obſeruanda pro ſubſtantia formæ repudiationis. hoc ẽt ſuadet ęquitas, nam ex quo publica, & non clandeſtina apparet repudiatio, iniuſtum eſſet dñas iſtas vt hęredes teneri, vt inſti. de hęr. quali. & diff. §. ſed his permiſit prætor. Pręterea ex quo per habentes authoritatẽ iſta repudiatio fuit approbata, ſtãdũ eſt ſtatutis, vt inſti. qui manumit. non poſſ. §. ſemel. nec obſt. ꝙ ſtatutum dicit, & ſi omitteretur aliquid de prædictis, non valeat repudiatio: quia intelligitur de his, quæ continentur in illo. §. obſeruatis. id eſt vt de ſolennitate, & vt relatio fiat ad proxima, & non ad ea, quæ in alijs clauſulis dicta ſunt. alias ſequeretur, cum ſuperius dixerit, ꝙ debet ſatisfieri creditoribus, ꝙ non poſſent renuntiare, niſi prius ſatisfacto creditoribus de bonis, ſi qua reperiũtur. Et iſtud eſt prępoſterum, & abſurdum, vt C. de hęre. act. l. vt debitum. In contrariũ vr̃, & pręmitto, ꝙ ſtatutum iſtud valet de iure, ſicut olim erat per l. 12. tabul. In ſuis hęredibus, qui erant etiam neceſſarij de iure ciuili, inſti. de hęre. qual. & diff. §. ſed ſui. vnde ſtatutum poſſet ipſos pręciſè facere neceſſarios hęredes, & ſi poſſet in omni caſu, ergo & in quodam. Itẽ præmitto, ꝙ ſtatutum vult, ꝙ hoc caſu veritas deſideret adminicula verborum, ſicut lex deſiderat in confectione inuentarij, in Auth. de hære. & fal. §. ſi vero abſunt. nec mirum, ſi creditores citandi ſunt, quia de eorum pręiudicio agitur. Nam per talem citationem venitur finaliter ad repudiationis approbationem, poſtq̃ non poſſet probari immiatio, ſicut poſſet eis nõ citatis. ff. adop. l. nam ita diuus. cum ſimi. Præterea ſtatutum dicit, obſeruatis ẽt, nam dictio, etiam. implicat, & vult omnia interuenire. & infra clare ſubdit, & ſi aliter fieret, vel omitteretur aliquid de prædictis &c. nil eſt ergo de ſolennibus omittendum, vt in regula iuris, & ff. de tranſa. l. cum hi. §. ſi prętor. quid dicemus de iſto puncto? reſpõdeo, ſi ſtatutum iſtud fuit certo modo interpretatum, & diutius practicatum. Illud eſt ſeruandum, vt ff. de legibus, l. ſi de interpretatione. Si vero hoc non appatet. conſiderandum eſt, quòd ſtatutum dat minori annũ ad repudiandum, qui hic èſt elapſus, & iden tẽpora repudiandi non ſuperſunt: quia intra annum poſſet iterum ſolẽniter repudiari, cum ſit actus iterabilis. Cum ergo annus ſit elapſus, ego dubito, vtrum ſtatutum requirat citationem creditorum ad eſſentiam repudiationis. tamen conſideratis verbis ſtatuti, ſalua ſemper veritate, videtur dicendum, quòd ſit dura iſta lex, & dura eſt iſta opi. tamen & ſi perquàm dura, ſeruanda tamen lex, ſi per ſanam interpretationem ad naturalem ęquitatẽ reduci non poteſt: vt l. proſpexit. qui, & a quibus. & facit quod habemus in ſimili. C. de iure delib. l. fi. §. & ſi præfatam. in verbo, ſolidauerit. ego, vt dixi, dubito etiã propter conſcientiam: & quia derogatum fuit ſtatutis in generali conſilio campanæ. ſed hic eſt videndum, an per aliud ſtatutum, vel per conſuetudinem haberent iſtam poteſtatem derogandi, & tunc valet derogatio. an non conſiſtit de tali poteſtate, & tunc generalibus ſtatutis per eos non potuit derogari: quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris. de maio. & obe. c. cum inferior. cum ſi. Et tunc finaliter vr̃ concludendo ꝯ dictas doctrinas, ſalua ſemper ſententia potiori. Ego Bald.

CONSILIVM LXXVII.

Si filij iam nati ſunt inſtituti, & grauati ſub conditione poſthumo præterito, an per clauſulam codicillarem valeat ſubſtitutio fideicommiſſaria.

Relictum dictæ ſocietati factum intelligitur relictum collegio approbato. & ideo valet, ſi aliud non obſiſtit, vt no. in l. 1. ff. quod cuiuſque vniuer. no-
1 mine. † Sed videndum eſt, ꝙ filij nati fuerunt inſtituti, & ſub conditione grauati: poſthumus autem fuit præteritus, an ex clauſula codicillari valeat ſubſtitutio fideicommiſſaria? Et dicendum eſt, quòd ſic pro parte natorum, non pro parte poſthumi, vt l. is, qui. de iure codi. Et ideo pars poſthumi libere pertinet ad matrem. de parte autem agnati mater debet habere duas quartas: quia iſta ſocietas eſt licita, non tñ pia. & aliæ duæ quartæ pertinent ad ſocietatem. c. Raynu. & c. Raynaldus. de teſtam. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXVIII.

1 *An curator datus ad petendum, & exigendum poſſit refutationem facere, vel ei authoritatem præſtare. Item ſi non, an iuramentum adultorum eam validet.*

Conſiderandum eſt, ꝙ in inſtrumẽto curæ ſunt iſta verba: vt de ipſorum bonis poſſit ipſam Catharinã Ferrarinam maritari. ſub iſta igitur cauſa finali fuit petitus, & datus curator. Iſte igitur curator fuit datus non ad confitendum, ſed ad exigendum, ſeu authorandum ſpontaneæ ſolutione fienda a dicto Baldutio de debito contractu occaſione geſtionis, vel ex alia cauſa. Et ideo ad confitendum iſti adulti curationem non habuerunt, niſi re vera probaretur receptum: vt C. de nouatio. l. non abſtulit. Item per illa verba, de geſtis adminiſtratis, & cætera. non videtur datus curator ad liberandum a reliquis, niſi realis, & vera fieret ſatisfactio, vt ff. de liber. lega. l. Aurelio. §. fina. Item iſte curator iurauit vtilia facere: vnde non potuit diſſipationi authorari; l. qui fundum. §. ſi tutor. de vſucap. pro empto. vnde hic manifeſta videtur læſio fuiſſe nullo poſito calculo, & nullis reſtitutis reliquis, vt C. de tranſact. l. præſes. niſi ergo probetur, quòd reliqua reddita fuerunt, & res aliæ adultorum reſtitutæ, conſtito de ipſis huiuſmodi reſtitutio videtur eſſe facta ſine curatore. eſt verum, quòd interuenit iuramentum adultorum, ſed quia fuit captioſum; debet relaxari per epiſcopum. & quandoq; etiam ſtatuta de hoc diſponunt, quibus eſt ſtandum, vt no. per doc. in Authen. ſacramenta puberum. cum ſimil. vtrum autem in diuiſione negotium ant. venerit? dicendum eſt, ꝙ non, vt patet ex inſpectione inſtrumenti. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXIX.

1 *An confitens delictum, ſed cum qualitate puniatur. adde con. conſi. incip. pone quidam. in 6. parte.*

2 *Aut totum approbari, aut totum reprobari oportet.*

3 *Qui iurat ſuper facto, videtur iurare ſuper toto.*

4 *An exempti, qui nil tenentur ſoluere, debeant ſaltem merces*

oſtendere datiario, vel eum certiorare.
5 *An pro pluribus delictis, quorum quodlibet per ſe confiſca-
tionem mercium inducit, poſſit fieri vnica confiſcatio.*
6 *An per teſtes probetur licentia datiarij.*
7 *Sufficit reo, quod perimat intentionem actoris, vel quòd du-
biam reddat.*
8 *An plura delicta, quæ finaliter ordinantur ad vnam finalem
cauſam, vel fraudem, vt plura puniantur.*
9 *Si primo iudici collega eſt adiunctus, vnus ſolus poſſit iu-
dicare.*

Dauanti da voi ſauio, e diſcreto huomo &c. iudi-
ce delle gabelle &c. compare P. & accuſa
B. &c. dicendo, che il ditto B. conduſſe, & ſe códuſſe per tra-
ſuora della Città, Contado, e diſtretto d'Arno, certe mercan-
tie, coſe &c. di valore, & ſtima &c. lequal coſe, & mercancie
dell'Anno preſente 1383. & del preſente Meſe di Febraro il
il ditto B. traſſe, & ſe trar di ſuore al Fonteco, n locó, di che eſ-
ſo l'hauea poſto: ſcargando, e fatto ſcarigare al tempo della
ditta condutta, ſenza licentia dell'infraſcritto datiaro. Et ol-
tra queſto le ditte mercantie traſſe, & ſe trarre il ditto B. per
porta Galliana di ſuora della Città, Porto, & diſtretto d'Arno,
ſenza bolletta, ſenza licentia del datiaro, officiale del tal da-
tio, e ſenza pagar quello, che pagar douea fra tempo, e ter-
mine della prouiſione d'Arno, lequali tutte, e ciaſchedune
coſe il ditto B. commeſſe, & ſe doloſamente, penſatamente
per ſraudare, e frande commettere al datio preditto, contra
la forma della prouiſione in danno, e preiudicio del commu
ne, & del ditto datiaro. Et imperò a dimandato il ditto P.
accuſatore il ditto B. accuſato, e frandatore preditto per voi,
e voſtra ſententia, e officio eſſere punito, & condannato: &
di più aſtretto nella perdita delle ditte coſe ſecondo la proui-
ſione, modi, & vſanza delle ditte gabelle, e l'altre pene ſe-
condo la forma delle ditte prouiſioni. dimandando le predit-
te coſe per modo de ſimplice petitione, e narratione di fatto.
Qui B. accuſatus reſpondendo, & ſe excuſando &c. dixit ſe cõ
duxiſſe dictas res, & mercantias, & eas extraxiſſe extra por-
tam in accuſatione contentam, & extra portam miſſe cum li-
1 centia datiari prædicti &c. In primis videndum eſt, † vtrum
per iſtam rationem ſit probata punibilis abſtractio, poſito ꝙ
datis, & elapſis terminis ad probãdũ, nihil aliud probatum
ſit hinc vel inde. & eſt antiqua quæſt. quidam enim dicunt,
quòd iſta reſponſio non probat maleficium: quia reſpondens
expreſsè contrarium aſſeuerat, vt no. C. de excep. l. ſi quidem
C. de do. ante nup. l. 2. cum enim iſta reſponſio non contineat
quo ad conſtructum eiuſdem orationis coniuncta, ita quòd
ſuppoſitum ab appoſito in conſtructu orationis non poteſt ſe-
parari: oportet, ꝙ intellectus ſequatur eandem inſeparabili-
tatem, quia ratio recti ſermonis deſtruenda nõ eſt. l. Plautius.
2 de auro & arg. leg. † Et quia aut totum debet approbari, aut
totum reprobari. ff. depoſiti. l. publia. §. fi. Nam circa idem fa-
ctum, ſeu eundem actum non admittitur diuiſio. ff. de legat.
2. l. neminem. nec variatio. ff. de procu. l. in cauſa. nec circa fa
ctum, & qualitatem. ff. de manumiſſionib. l. Gaius. Præterea
hoc expreſsè videtur determinare Inno. in c. ſtatus. de offi. de
leg. in 1. glo. ver. item ſi confiteatur manifeſtum: vbi dicit, ꝙ
ille, qui dicit ſe iure feciſſe, nõ fatetur maleficium. nam tunc
eſſet notorium, & pertineret ad illum conſeruatorem, de quo
ibi loquitur. Vnde ibi iſta quæſtio videtur determinari ad li-
teram ab Inn. Item certum eſt aliud delictum, aliud pœna, &
vnum eſt ſeparabile ab altero. Ergo vno conceſſo non conce-
ditur reliquum. C. de infamibus. l. decuriones. C. arbitrium
3 tutelæ. l. cum interdicte. † In contrarium videtur, ſicut ille,
qui iurat ſuper facto, videtur iurare ſuper toto, vt l. duobus.
§. colonus. & l. fi. de iureiu. & no. in l. 1. §. 1. quarũ. rerũ actio
non datur. Ita qui confitetur factum, videtur eſſe confeſſus ẽt
ius, ſeu vinculũ, quod illi facto cohæret: quia ius in facto po-
ſitum eſt. ff. ad l. Aquil. l. ſi ex plagijs. §. in cliuo. & conſtito de
facto conſtat de obligatione, niſi contrarium probetur. Præ-
terea licèt per perſonalem confeſſionem non probaretur, ta-
men probatur per iuris præſumptionem: quia in delictis præ-
ſumitur dolus. C. de fica. l. 1. C. de iniu. l. ſi non conuitij. Item
per confeſſionẽ factum eſt notorium: ergo oportet puniri ma
leficiũ, nec impunita debent dimitti facinora, niſi iudex pati
velit, quod alij diſſimulando conceſſit. l. nulli. C. ne ſanctum
baptiſma. Item fraudatoribus ærarij non eſt indulgendum, in
Auth. de man. in prin. §. oportet. & §. coges. Itẽ iſta rñſio ſapit
affirmatiuã duplicem. ſ. facti, & licentiæ. non igitur habet ꝓ-
bare aduerſarius rñdentis, ꝙ licentia non ſit data: quia hoc
eſſet probare negatiuã, qđ eſt impoſſibile. Probatur vero nega
tiua eo ipſo, ꝙ contrarium non probatur. & ſic fundata eſt in
caſu noſtro intẽtio datiarij, non ſtatim in ipſa reſponſione. Et
ſic debet intelligi prima opi. Sed cum dato termino ad probã
dum, nõ probatur defenſio: & ita debet intelligi ſecunda opi.
niſi ergo probetur datiarij voluntate factũ, puniendũ eſt ex cõ
feſſione, & iuris præſumptione ſimul iunc. vt ff. de furt. l. in-
4 ter oẽs. §. rectè. & hoc de iſto primo puncto. † Secundo quæri-
tur, vtrum in iſta pœna non confeſſi, & exempti non ſeruata
forma ſtatuti incidant priuilegiati, qui ſoluere aliquid non te
nentur. & vr, quòd ſic: quia non debent ſua authoritate ſibi
ius dicere, ſed inſtructo prętore, vel datiario, & de eius con-
ſcientia ne colludatur, & fraus fiat gabellæ appoſitis aliorum
mercibus: vt C. de ſac. ſan. eccl. l. ſacroſancta. Iſta enim res ali
qua inquiſitione indiget: vt no. in c. fi. de cen. in cle. in 5. glo.
ad Tur. l. 1. §. accuſatus. verſic. econtra mouet. & ita teneo, ne
conſuetudo in ſimilibus obſeruata aliter ſe haberet, vt ff. de
5 publicanis. l. ſi publicanus. §. in omnibus. † Tertio dubitatur,
vtrum pro pluribus delictis, quorum quodlibet per ſe cõfiſca
tionem merciũ inducit, poſſit fieri niſi vnica confiſcatio. re-
ſpondeo, non, quia confiſcabile non eſt, niſi vnicum: & ſpe-
cies multiplicationem non recepit. ff. de lega. 2. l. Lucius. §. impu
6 berem. Quarto quæritur, † vtrum per teſtes viſis act. ſit pro-
bata licentia datiarij. certum eſt enim, quòd in iure quærien-
do poteſt datiarius obeſſe fiſco, & ſibi eſſet applicandum. ff.
de publ. l. fin. §. ſi quis profeſſus. ſecus in iure quæſito fiſco,
quia datiarius tunc non poſſet præiudicare fiſco. C. de acqui.
poſſeſ. l. fin. quamuis videatur, quòd etiam inquirendo non
poſſit domino præiudicare: vt l. qui Romæ. §. calimacus. de
verb. obli. ſed illud eſt ideo, quia nuntius habebat certam for
mam mandati. Vnde extra illam formam non erat nuntius,
ſed omnino alius. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. & in §. ſi
quis profeſſus erat publicanus, & officium in ea man. & re
habens. & ita ſoluit cõtrarium illarum duarum legum. Ergo
teſtes, & dicta capitula, ſuper quibus depoſuerunt, videnda
7 ſunt. † Sciendum eſt autem, ꝙ reo ſufficit alterum de duo-
bus. ſ. vel quòd perimat intentionem actoris funditus, vel
quòd eam dubiam reddat, ita quòd actoris probationem eli
dat, faciendo animum iudicis titubare, in c. cum partium,
de reg. iur. libro 6. nam ſufficit excipienti facere rem dubiam,
vbi poteſt præſumi delictum, & non delictis. de no. oper. nun
tia. l. nõ ſolum. §. ſed vt probari. & ibi per Bart. ſed ſi probatio
actoris eſt certa, non eliditur per dubiam, & incertam proba
tionem rei, vt extra de probat. cap. in præſentia. & no. in cap.
literas. de reſcrip. in clemen. & in l. eum actum. & l. matrem
tuam. cum ſimil. Et ſuper hoc pendentiſſimè allegatum eſt.
Et quicquid dici poteſt per egregium doct. dominum Ludo-
uicum. & ſi verum eſt, ꝙ teſtes non probent licentiam, debet
reus condemnari. ideo loquor conditionaliter, quia dicta te-
ſtium non fuerunt mihi tranſmiſſa: vnde ea examinare non
potui. hoc eſt certum, ꝙ vbi conſtat de facto damnato per le-
gem, niſi liquido probetur excuſatio reus debet cõdemnari,
8 extra de teſti. c. cum dilecti. in tex. no. † Quinto dubitatur, an
plura delicta, quæ finaliter ordinantur ad vnã finalem fraudẽ,
puniantur vt plura. & in hoc cõſideranda ſunt verba legis, &
vtrum ſint diſtincta loco, & tẽpore: & vtrum lex conſideret
in puniendo quodlibet per ſe, vt no. C. de accuſ. qui de crimi
9 ne. de priua. delic. l. nunquàm plura. cum ſimil. † Vltimo quæ-
ritur, vtrum ſi primo iudici adiunctus ſit collega, poſſit vnus
ſolus iudicare. & dicendum eſt, ꝙ non, vt in Auth. de differ.
iudi. in princ. col. 9. Ego Baldus.

CONSILIUM LXXX.

1 *An clericus poſſit ſe obligare ad perſonalem diſtrictionem iu-
dicis ſæcularis.*

Clericus

Clarius [illegible] gra de; [illegible] iuſta. [illegible] onali- [illegible] & hoc di- [illegible] odoardus. [illegible]

CONSILIVM LXXXI.

1 [illegible] mater, quæ acceptauit tutelam fi[illegible] & eam exercuit [illegible] eat petere dari eidem filio tutorem, ſi vult [illegible] ad [illegible] vota. Et an iud[illegible] teneatur [illegible] [illegible] t. Item [illegible] ca tranſeunte ad [illegible] [illegible] ocus [illegible] timo, vel datiuo.

Caſus [illegible] tū poſtu[illegible] talis eſt. Quidam [illegible] eſſi ab inte[illegible] relicta quadā eius [illegible] quadam [illegible] vxore, & [illegible] tel[illegible] fil[illegible] mæ, & [illegible] nū volens [illegible] a vota [illegible] ce hoc [illegible] [illegible] [illegible] & tunc de[illegible] [illegible] [illegible] tenet d. Bar. in auth. [illegible] [illegible] [illegible] haberet tutorē, ne [illegible] vel re[illegible] [illegible] non fuerit dar[illegible] [illegible] tutore [illegible] [illegible] non ſtatim [illegible] [illegible] no, per m[illegible] [illegible] [illegible] dicere pupillo, iacta pro

[illegible] , q̃ [illegible] in [illegible] [illegible] n d [illegible] [illegible] . Lu[illegible]

Ad idem. CONSILIVM LXXXII.

1 Stante [illegible] pupillus non habet t[illegible] tarium, detur [illegible] tutor per vicem [illegible] bus [illegible] vel [illegible] An [illegible] lam [illegible] t [illegible] of [illegible] tur [illegible] vult t[illegible] vota, et petere tutorem, an habeat ar[illegible] petere qui vult, vel teneatur [illegible] tere vnū ex l[illegible] imus. d[illegible] id [illegible] conſi. proxi præc.

2 In omni tutor[illegible] præfertur tutor a[illegible]

1 Statuto † [illegible] dicto cauet [illegible] q̃ ſi [illegible] tutorē te lam [illegible] in [illegible] proximioribus [illegible] ſi ma[illegible] r, amita, [illegible] 2 [illegible] literanti [illegible] peter[illegible] trium peten[illegible] [illegible] neatur peter[illegible] [illegible] tutori [illegible] [illegible] [illegible] ad inſtar da[illegible] ſtatu[illegible] [illegible] [illegible] 2 [illegible] [illegible] [illegible] Bar. in [illegible] [illegible] [illegible] ff. [illegible] & [illegible] ad [illegible] ipſa mater ſperat [illegible] ff. eo. per to[illegible] & de [illegible] [illegible] [illegible] & Lud[illegible] per [illegible] Ludouicum de [illegible] ipſa [illegible] [illegible] dus.

CONSILIVM LXXXIII.

1 An prohibita alienatio [illegible] vide tur [illegible] tutio [illegible] an res prohibita alienari po[illegible] ari cum vniuerſi[illegible] d'ſtiugnit.

An prohibita † alienati[illegible] [illegible] hibita ha[illegible] an verum [illegible] transeat [illegible] & vid[illegible] quod [illegible] tu do [illegible] atio [illegible] ff. de hæred. [illegible] [illegible] de fun. do. & pater [illegible] fecun. [illegible] l. ſi qui pri[illegible] tum. In co[illegible] rium [illegible] detur, quia [illegible] non poteſt [illegible] per ſpeciem, tranſ[illegible] per vni[illegible] [illegible] non [illegible] cum [illegible] [illegible] tenet in[illegible] [illegible] & ff. de [illegible] [illegible] [illegible] & tunc non [illegible] per [illegible] ff.

[illegible] in vltima voluntate [illegible] ... i. Aurelio. ff. aut ... Praeterea [illegible] ... Ego B[illegible]

CONSILIVM LXXXIIII.

1 *Teſtamentis, in quo eſt pronepotis praeterit[illegible] iure nullis.*
2 *[illegible] legitim[illegible] factum [illegible]*
3 *Legat[illegible] factum coniuncte perſona valet, vt [illegible]*

1 Teſtamentum [illegible] Florentiae propter p[illegible] ... hoc operatur ... [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible] eſt, q[illegible] ... Ego [illegible]

CONSILIVM LXXXV

1 *Poſſidere bona mobili[illegible] vel immobili[illegible] poſt mortem te[illegible]ſtato. an [illegible] haereditarie.*
2 *Prima d[illegible] poſt[illegible]*

Quidam n[illegible]mine Autius habuit tres fi[illegible] f. Barto[illegible] ... [illegible]

1 [illegible]

... quemadmodum poſſet [illegible]

1 [illegible] duis. qui [illegible]

CONSILIVM [illegible]

1 *An, & quando [illegible] alimenta [illegible] cunda vota [illegible] ta dote, ve[illegible]*
2 *Mater ſucce[illegible] ſuo defuncto in tertia parte vſusfructus.*

Punctus, Angelus Petri Lunardol[illegible] ... Ioan[illegible] ... Andr[illegible] ... demum An[illegible] maritus m[illegible] ... Modo [illegible]

1 pro parte [illegible] ... tunc aut vult pe[illegible] ... Aut tam[illegible] natura[illegible] ... alimenta [illegible] ... praecedent[illegible] ... tutore [illegible]

2 mater [illegible]

CONSILIVM [illegible]

1 [illegible] mortuo [illegible] tur [illegible] ſocietas.

Fra[illegible]

Factum tale eſt, Quidam contraxit ſocietatem cum Nicolao hoc pacto, & hoc modo, ꝙ ipſe deberet ponere pecuniam in ſocietate, & dictus Nicolaus deberet operari cũ ſua perſona in dicta ſocietate. Et debebat dict. Nicol. percipere quartam partẽ lucri, quod contingeret in ſocietate prædicta: & pro dicta quarta parte contribuere damnũ, ſi quod contingeret in prædicta ſocietate; poſt modum durante dicta ſocietate dictus talis, qui pecuniam ponere debeat, emit fructus, redditus, & prouentus cuiuſdã molendini v. ann. qui proximi ſequuntur, pro precio 200. flo. quã emptionẽ fecit nomine ſuo proprio, & pecuniam prædictam 200. flore. integraliter ſoluit de ſua propria pecunia. Demum dictus Nicolaus deceſſit poſt duos annos, vel circa a tempore conditionis dicti molendini, & dicta conditione nondum finita. Modo quæritur, nunquid ille qui dictos fructus molendini prædicti emit, teneatur cõicare hæredibus dicti Nicolai fructus molendini prædicti poſt mortem dicti Nicolai, videlicet pro reſiduo tẽpore, quo debet dictum molendinum retinere vigore conditionis prædictæ, necne. præſuppoſito ſecundum neceſſitatem, ꝙ de intẽtione ementis dictum molendinum fuerit fructus ipſis molendini communicare cum dicto Nicolao, ſicut lucrum, ſeu damnum aliarum rerum, quæ erãt in ſocietate ꝯcta inter eos. & paratus eſt cõicare lucrũ temporis, quo dictus Nico. vixit.
1 † Ad euidentiã ſciendũ eſt, ꝙ lucrata durante ſocietate tranſmittuntur ad hęredes ſociorum, ſicut damna, ſiue damnificata durante ſocietate: quod enim præteritum eſt, ſi morte ſuperueniente non tollitur, vt ff. pro ſocio. l. actione. §. 1. Et ideo ſi durante ſocietate etiam vnius diei empta ſunt aliqua cõmuni nomine: ẽt pro mille annis mors non diſtrahit commercia præterita, ſed poſt mortem noua inchoari non poſſunt ſociali nomine, vt ff. pro ſocio. l. hæres ſocij. & l. actione. §. morte. & l. adeo. & ff. de neg. ge. l. nam & ſi ſeruus. §. ſi viuus. & ff. de admi. tu. l. Titium, & Meuiam. §. altero. Hac igitur ratione vr̃ dicendũ, ꝙ fructus dicti molendini deberent eſſe cões cũ hęredibus dicti Nicolai, quia initiũ ꝯctus inſpicitur, vt de verb. ob. l. ſi filius. ff. de ver. ob. l. ſi a colono. nec obſtat, ꝙ dicti fructus fuerint empti nomine vnius tantum, quia communicari debebant, & ad hoc erat natum ius in vita, vt ff. pro ſocio. l. ſi quis ſocietatem contraxerit. in vlt. char. ſi igitur actio erat nata, merito Nicolaus tranſmiſit ad ſuos hæredes, cũ econtra ipſi conuenirentur, ſi quid damni eſſet, vt ff. pro ſocio. l. verũ. §. in hæredem. & quod ibi no. In contrarium vr̃, nam ſicut in themate dicitur, iſta ſocietas fuit celebrata cum Nicolao pp operam ab eo ponendam in ſocietate: ſicut igitur ſi circa molendinũ nunq̃ poſuiſſet operam, nihil petere poſſet ſibi cõicari, ita ſi deceſſit, cum pro parte poſt mortem operari non poſſit, & ſic ſit diuiſio tẽporis. ff. de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus cõis meus. §. ſi. operę n. hæredis maximè incertę, non ſunt eędem cũ operibus defuncti. de condi. inde. l. ſi non ſorte. §. libertus. & idẽ in damnis dico. pone, ꝙ poſt mortem Nic. ſuperuenit ſterilitas, hæc certè non nocet hęredibus defuncti, qui non reperitur in contractu emptionis nominatus, ſed ſolum in ꝯctu ſocietatis, vt ff. pro ſoc. l. actione. §. poſt. & l. ſi id. §. ſi filius. ver. duabus. ff. de neg. ge. l. eum actum. & l. Pompo. & l. at qui nã. §. Scæuola. & ff. de adm. tu. l. tutorem, qui tutelam. præterea ſi hæres. Nec petit ſibi communicari, ipſe debet implere ex parte ſua. ſed hic nõ poteſt, quia non eſt eadem opera. Simile eſt ergo caprario, qui nõ tenuit ſocidam niſi vno anno, cum deberet tenere pro pluribus an. catenus quatenus &c. & non vltra. Item iſte, qui de ſua pecunia emit, debet habere capitale ſuum ſaluum, vt ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. & no. C. pro ſocio. l. 1. Item lucrum, quod pro parte eſt de præterito, pro parte vero habet cauſam operarum de futuro, eſt neceſſe diuidi, licet ſecus eſſet in lucro momentaneo, vbi inſpiceretur principium ſolum, quicquid poſtea de futuro contingeret, vt in legibus pro hac parte alleg. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *An, & quando generalitas deroget ſpecialitati, vel non.*
2 *Quid importent illa verba, omnes, & ſingulos. poſita in literis Papæ.*
3 *Syndicus quare dicatur.*

Quæritur, vtrum huic cõmiſſioni ſingulariter factæ per ſpecificationem locorũ derogetur per generalẽ commiſſionẽ poſtea alteri factam i Tuſcia cũ clauſula, oẽs, & ſingulos collectores in prouincia Tuſciæ reuocantes &c. cũ aliquis de dictis terris ſingulariter nominatis
1 ſit de Tuſcia. † & certũ eſt, ꝙ generalis cõmiſſio non derogat ſpeciali, vt ff. de procu. l. itaq;. vbi habens ſpeciale mandatum pręfertur habenti mandatum generale. ad idem extra de off. dele. c. ſtuduiſti. vbi de cauſa cognoſcit delegatus ſpecialis, non legatus generalis. ſpecies. n. minuit ſignificatum generis. ff. de leg. 2. l. legatorũ. §. qui plures. de vul. ſub. l. cohæredi. §. qui patrem. de alim. leg. l. alimenta. §. baſilicę. C. fam. hær. l. quotiens. de fun. inſtr. l. quæſitum. in §. vlt. nec ob. ꝙ id, quod generaliter diſponitur, vr̃ per ſingula nominatim diſponi, vt ff de leg. 3. l. ſi chorus. quia illud eſt verum, niſi de aliquo ſingulari aliter per ſe ſit ordinatum ab homine, vel a iure, vt ff. de ver. ob. l. ſtipulationes commodiſſimũ eſt ita cõponere. & ff. de pœnis. l. ſanctio legum. iſtud eſt verum indubitanter, niſi in literis eſſet reuocatoria expreſſa. Illud ergo, in quo ſtat
2 q̃ſtionis noſtræ pondus, eſt, † quia in in clauſula reuocatoria ponuntur hæc verba, omnes & ſingulos. Iſta. n. dictio ſingulos. eſt nota nedum ſpeciei, ſed ẽt indiuidui, ac ſi nominatim ſinguli quiq; exprimerentur. argu. extra de elec. c. & vt circa. in verbo, omnia & ſingula. & in c. conſtitutionem vt circa. de elec. in cle. & in c. grandi. de ſup. negl. pręla. ibi, vniuerſaliter ſinguli, & ſingulariter vniuerſi &c. & ff. de leg. l. iura. in ver-
3 bo ſingulas perſonas. & inſti. de re. di. §. ſingulorũ. † ſic ſyndicus ideo dicitur, quaſi ſingulorũ cauſam dicens: quia ſingulus quiſq; in mandato videtur expreſſus: non ꝙ proſequatur facta ſingularũ perſonarũ, ut not. in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer ſita. nomine. Et infra ſequitur, ac ſi tibi ſpecialiter diſtinctæ fuiſſent. propter quæ verba ſic præciſa, & ſic geminata videntur reuocati omnes alij collectores in Tuſcia deputati, ſiue in tota Tuſcia, ſiue ĩ tertia parte. ff. de iudi. l. inſulæ. ad hoc ff. de procu. l. ſi quis. ꝓcu. §. ſi. His nõ obſtantibus prima pars mihi videt᷑ verior: quia dominus abbas Sancti Petri fuit conſtitutus collector, non vt eſſet prouincialis collector, ſed ad certum locum. & reuocatoria videtur reſpicere collectores prouinciales, non certi, & taxati loci: quia verba dicunt in ꝓuincia deputatos, arg. d. c. ſtuduiſti. & quod no. in d. c. generi. de hoc eſſet conſulendus dominus Papa. & iſtud eſſet tutius vtriq; parti. tamen ut dixi, generale mandatum non derogat ſpeciali, niſi in generali mentio fiat de ſpecie derogante mandat. vt in c. dudum. §. nos igitur. & in c. quamuis tibi. de præben. lib. 6. Et ſic quæſtio remanet ſolum in illo verbo, ſingulos. vtrum per hoc intelligatur fieri mentio de ſpecie derogãte, necne. & ſatis poteſt perſuaderi, quòd Papa noluerit dominum Abbatem a quibuſdam reuocare, & a quibuſdã non, vt ff. de procura. l. in cauſæ. in principio. quæſtio iſta ſatis eſt allegabilis pro vtraque parte: tamen inclino in partem domini Abbatis propter ſingularitatem mandati, & electa ſingulariter, & ſpecifice eius fide per dominum Papam.
Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXIX.

1 *Quid ſi dans dotem ſtipulatur eam ſibi reddi, aut cui ius, & caſus dederit, qualiter intelligantur illa verba, diſtinguit.*

Verba inſtrumenti talia ſunt, Colutius de Racaneto dedit in dotem Dominico Vannis futuro viro dominæ Belliſloræ vnam petiam terræ, qui Dominicus promiſit dicto Colutio reddere, reſtituere eidem Colutio, aut dictæ Belliſloræ, ſiue ipſorũ hæredibus, vel cui ius, & caſus dederit, prædictam petiam terræ dotem ſupradictam, ſtatim, & incontinenti q̃ñcunque, q̃uocunq;, & qualitercunque matrimonium contrahendum inter dictos Dominicum, & domi. Belliſloram diuiſum, diſſolutum, vel diſiunctũ fuerit morte, vel diuortio, ſine filijs ex eorũ corporibus cõiter natis, nõ ꝑuenientibus ad ætatẽ legitimã 25. Aut cum filijs dicta dña ſuperueniente, & in oẽm cãm, caſum, & euentũ dotis prædictæ re-

ſtituendæ. Tandem diſſolutũ fuit matrimoniũ morte mulie-
ris, quę deceſſit ſuperſtite filio. Qui filius deceſſit minor a 5.
ann. Quæritur, vtrũ dictus dotans poſſit repetere dictam do-
tẽ. In quibus verbis duo principaliter prouidentur. Primo. n.
prouidetur de reſtõne dotis, qñ matrimoniũ ſeparatur morte
mulieris, aut liberis extantibus ex eo matrimonio, aut nõ ex-
tantibus. & ſi extantibus, aut peruenientibus ad ætatẽ a 5. an-
no. aut non peruenĩẽtibus. Si vero ſoluitur morte viri. Iſte eſt
ſecundus caſus principalis, qui nõ ſubdiuiditur. Euenit ca-
ſus, ꝙ matrimonium fuit ſeparatum morte mulieris ſuperſti-
te filio, qui deceſſit in adulta ætate. Vnde qui dedit dotem, re
petit dotem, obijcitur ſibi, ꝙ illa deceſſit cum liberis, replica
1 tur, ꝙ non peruenit filius ad ętatem a 5. ann. † Quæritur, quid
iuris. contra dotantem facit dictum Bar. in l. Gaius. ſolu. mat.
qui dicit, ꝙ ſi dans dotẽ ſtipulatur ſibi, aut ſibi, aut cui ius, &
caſus dederit dotem reddi, ꝙ acquiritur actio ſoli mulieri: qa
ius ita dat, & ita diſponit. l. rem in pręſenti. §. accedit. C. de rei
vxo. act. ergo ſequitur, ꝙ prior pars ſtipulationis, qua ſtipula-
tus eſt ſibi, nihil operaretur, quod certè eſt iniquum, & iuri
contrariũ, quia iſta verba debent aliquid operari. pñt. n. ope-
rari, vt expreſsè dicitur in d. §. accedit. & C. de pac. conuẽtis.
l. ex morte. & C. de iu. do. l. auia. & ff. ſolu. mat. l. quotiens. §. ſi
quis. & ff. de pac. do. l. ob res. §. ſi extraneus. Sciendũ eſt ergo,
ꝙ hmõi ſtipulationes ad intellectũ potius q̃ ad ordinẽ verbo-
rum referendæ ſunt. Intellectus autem cõſiſtit penès affectio-
nem dantis, vt d. l. Gaius. in verbo, propter affectionem. adiun
cta ẽt natura dotis, quia dos eſt annexa matrimonio, & ſequi-
tur illud, vt C. de iu. do. l. vbi adhuc. & l. pro oneribus. Conſi
dera igitur dantis affectionem, & pietatis, & charitatis ordi-
nem: hic ſi quidem dotans magis voluit dotatam habere, q̃
ſe. Et ideo ſi dotans prius deceſſit ſuperſtite muliere in matri
monio, vel non in matrimonio. Primum caput verborũ, quo
ſtipulatus eſt ſibi, euaneſcit, & totum ius eſt mulieris, & ita
mulieri caſus aſſignat, vt ff. de leg. 3. l. vxorem. §. reſtitutio. &
ibi not. idẽ ſi mulier decedit in matrimonio, cum liberis. Nã
liberi pars parentum ſunt: vt C. qui po. in pig. hab. l. aſſiduis.
& eodem priuilegio gaudent. l. ẽt. ſol. mat. Et vna perſona cen
ſentur, vt C. de impu. & alijs ſubſt. l. fi. Et iſte dotans magis di
lexit filios mulieris, q̃ ſe. Et ideo donec viuunt iſti filij, dotans
agere non põt. Si vero mulier decedit in matrimonio abſq; li
beris ſuperſtite dotante, tunc hoc caſu dotans magis dilexit
ſe, q̃ heredem extraneum mulieris. Et ideo ius, & caſus dat ei
dotanti dotis repetitionem, vt d. §. accedit. & arg. C. commu.
vtriuſ. iud. l. fi. & ſic dicta verba debẽt intelligi. Sed ponam',
ꝙ remanſerunt filij, ſed deceſſerunt viuo dante. Rñdeo, ſi non
eſſet aliud actum, excluſus eſſet dotans, ſed hic eſt aliud actũ
quia fuit actum, ꝙ excluderent perpetuo, cum peruenirẽt ad
ętatem a 5. ann aliter non. Vnde ſtipulatio remediat ad ſtipu-
lãtem, & hoc dat ius, & caſus, vt d. l. fi. in prin. Sed ponamus,
ꝙ dotans primo deceſſit, q̃ filiæ dotatæ. Rñdeo, ius ſtipulatio
nis tranſmiſit ad hæredes ſuos, vt inſti. de ver. obl. §. ex condi-
tionali. Et ſũ illis filijs mortuis a 5. an. dẽt reſtitui dos filijs,
& heredibus ſtipulatoris: mulier ergo, & liberi eius ex eo ma-
trimonio nati ſunt in primo gradu iſtius contractus: in ſecũ-
do autẽ gradu quaſi ſubſtituti ſunt dotãs, & heredes dotantis,
quę ſubſtitutio tranſmittitur in 5ctibus, vt dixi. Ego Baldus.

CONSILIVM XC.

1 *Mater datur curatrix bonis filij abſentis.*
2 *Filius abſens per 20. ann. an præſumatur mortuus.*
3 *Mater fratribus conſobrinis præfertur in ſucceſſione.*
4 *Sponſus non ſuccedit vxori de futuro.*

1 Maritus † illius puellæ filiæ quondam dicti Barto-
li nihil habet in hereditate dicti Vãgutij:
quia dictus Vangutius deceſſit ſuperſtite Venatio, & Ioanne
2 filijs, ad quos pertinuit hereditas patris. † Petrutius etiã ter-
tius filius, de cuius vita nunquam fuit ſcitum iá ſunt 20. an.
ſic,in l.nihil.ff.rerum amota.alleg.ff.de do. inter vi.& vxo.l.
cum hic ſtatus.§.ſi maritus. Alij dicunt contrariũ, quia iſtud
lucrum habet tacitam finalẽ rationem,qua ceſſante ceſſat lu-
crum.ſ.pp onera matrimonij. ſicut dicimus in fructibus do-
tis.ff.de iure dotium.l.dotis fructus. ff.ſo.ma.l. de diuiſione.
& l.ſi ante.& videtur expreſſum ff.quod falſo tu.l.pe.§. an in
partem. So.aut ſtetit per mulierem, quo minus duceretur,&
tunc vir lucratur. quia voluit potius molier ingredi mona-
ſterium,quàm coonſummare matrimonium.C.de epiſ.& cle.
l. deo nobis. vel alia occaſione noluit adhærere viro ſine cul-
pa tamen viri, aut ſtetit per virum, vel culpam viri, & tunc
non debet lucrari, arg.ff. loca. l. quæro.§.inter locatorem.ff.
ſol.mat.l.ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem. C.de pac.conuen.aut.
æqualitas.ver.& quæ nihil.aliàs eſt aut.& incipit, & quæ ni-
hil.Si vero ſtat per caſum,quia præmoritur vxor abſque cul-
pa viri, tunc dotem debet lucrari,quia conditio extitit,argu.
C.de inſtitu. & ſubſti.l.antepe. Immo poteſt dici, ꝙ facta re-
latione pacti ad cootractum matrimonij ſit contractus do-
tis, ſeu dono, vt me io vxorem accipias; ſic pactum præcedit
matrimonium. ſed ſi econtra matrimonium præcedit pactũ,
eſt contractus, do, id eſt dono, quia me accepiſti. vt ſic vir
omnino lucretur, quia non deſiderat implere conditionem
modi,vel cauſæ de futuro. Ego noo recedo ab inſtitu. prædi-
cta, quia iſtud pactum eſt conſecutiuum dotis. ſed vir, qui
nollet ſuſtinere onera, non poſſet dotem petere. C. de dotis
promiſſione. l. fin.§.vtranque. Ergo multo minus gratuito,
& in donationem habere. Præterea ad hoc facit,quia iſta do-
natio non eſt hic titulus mere lucratiuus, cum veniat in con-
ſequentiam tituli onetoſi.ff.de conditio.ob cauſam. l.ſi dona
turus.§.fi.io vlti.gloſa. Ex prædictis apparet ſolutio quæſtio-
nis, ꝙ cũ ſteterit per mortalitatem, vir debet lucrari dictã di
midiam partem dotis.ad hoc facit quod in contractibus no-
minatis dicimus de periculo contractu perfecto.ff.de peri.&
commo.rei ven.l.neceſſario. Ego Baldus.

CONSILIVM CXI.

1 *An ſit differentia, vtrum dicatur, ꝙ fœmina non ſuccedant
extantibus maſculis, vel donec,ſeu quouſque extẽt maſculi.*

2 *Dictio,quo ad.quid importet.*

Statutum communis Aſſiſij.

Quòd nulla mulier poſſit recurrere ad bona dotantis,ſiue nõ
dotantis,nec eius filius.

Ad conſeruationem domus cuiuſli-
bet de ciuitate,
& communita. Aſſiſij, & ne hæreditates, & ſucceſſiones ad
alios,qui noo eſſent de domo ex linea maſculina,perueniant:
ſtatueruot, & ordinauerunt, ꝙ ſi aliqua mulier vel dotata a
patre,vel matre,fratre,vel ſratrib.auo, vel auia, vel ab aliquo
non poſſit,nec debeat ipſa, nec eius filius ex ea deſcendens re
currere, vel venire ad hæreditatem, vel ſucceſſionem alicu-
ius prædictorum dotantium,vel non dotantium,nec aliquid
petere, vel habere de bonis,& ſuper bonis alicuius prædicto-
rum quoquo modo, quouſque ex prædictis, vel aliquo præ-
dictorum fuerit, vel remanſerit filius, nepos, vel pronepos,
vel hæres maſculus ex legitimo matrimonio natus deſcen-
dens ex eo, vel ea veniens io ſucceſſione prædicta cum tali
muliere dotata, ſed ipſa mulier ſic dotata eſſe debeat ſua do-
te contenta.Ex ipſa vero, ſiue aliquis ex ea proueniens, vel ſuc
cedens deſcendens in bonis alicuius prędictorum, non poſſit
aliquid petere, vel habere teſtõ, vel vltimis voluntatibus, do-
nationibus, vel conceſſionibus factis, vel faciẽdis; ſemper ſal-
1 uis &c.† Qualiter iſtud ſtatutum ſe habeat, ad ius cõe conſi-
derandum eſt. Nam ſtatutum qñque impedit hæreditatis trã
ſmiſſionem qñqoe impedit hæredita. delatæ aditionem.ff.ad
ſillenia.l.ſi quis in graui.§.fi.cum.l.ſeq. Primo caſu filia mo-
riens viuente maſculo non tranſmittit ad nepotem: quia non
habet aliquod ius,quod tranſmittere poſſit. Vnde nepos non
poteſt venire ex tranſmiſſione,ſed ex ſua perſona poſſet veni-
re, ſi eſſet conceptus viuo auo:aliàs non, vt no.C. vnde liberi.
l.qui ſe patris.C.de inoff.te.l.ſi quis filium.ff. de in iu. teſtamẽ
to.l.ſi qois filio.ff.de ſuis,& legit.l.item prætor.quia non con
ceptus nulla iura conſanguinitatis habuit cum auo, & ſic iu-
re ſanguinis noo ſuccedit ex perſona ſua.Secũdo caſu fit trã-
ſmiſſio de liberis ad liberos,non ad extraneos.l.1.§.de his.qui
ante aper. tabu. Et ideo ſi quidem ſtatutum haberet ſe ad iua
commone corrigendo ius commune, inquantum hæreditas
defert fœminæ vnà cum fratre, filia viuo fratre moriens non
tranſmitteret ad filium proprium. Si vero ſe habet non cor-
rigẽdo,ſed ad tempus ſoſpendendo.ſ.donec,ſeu quouſq; fue
rit maſculus,tunc fieret tranſmiſſio.pro iſta parte facit ratio,
& mens

& mens ſtatuti, & ceſſatio cauſæ excludentis. Pro prima vero parte facit rigor verborum: quia dicit, nec poſſit aliquid habere. ſed aliquid haberet, ſi haberet ius adeundæ hæreditatis delatæ, puta ſi hoc haberet ipſe maſculus, interim non eſſet hæres inſolidum: quia ſi eſſet, non poſſet detinere. Sed poſſet dici, quòd nepos ille ſuccedat a contrario ſenſu ſtatuti, & beneficio ſtatuti, non vi tranſmiſſionis. Cum enim ſtatutum caueat matri ſuæ, & ſibi, quia dixit, nec deſcendentes ex ea. in contrarium extantibus maſculis prouidet ſibi a contrario ſenſu eis deficientibus, argumen. ff. de offi. eius, cui mā. eſt iuriſdiuo. l. 1. §. eius rei. Et iſta opinio eſt amica naturæ, & æquitati, licèt de rigore iuris valde poſſet dubitari propter rigorem verborum, & iuris regulas. Quod autem dico, vbi ſtatutum dicit, quandiu, vel donec. non dico idem, ſi ſtatutum diceret, fœmina non ſuccedat extantibus maſculis: quia exponitur iſta conditio, id eſt ſi extabunt. ff. de vſuris. l. cui c. ff. de conditio. & demonſtratio. l. a teſtatore. Quando autem loquimur de prælatione alicuius alteri, inſpicimus tēpus, quo ſucceſſio acquiritur: adeo quod ille, qui tunc præfertur, efficitur perpetuus ſucceſſor, & tranſmittit, & ſemper excludit alterū, vt inſtitutio. de lega. agna. ſucceſſione. §. proximus. & l. ſin. ff. de ſucceſ. edicto. ablatiui ergo abſoluti reſoluuntur in conditionem momentaneam, & non in conditionem ſucceſſiuam, quam ſcilicet momentaneam ſemel ſufficit extitiſſe. ff. de te-
2 ſtamentaria tut. l. penulti. etiam ſine perſeuerantia. † ſed dictio, quo ad &c. requirit perſeuerantiam. hoc tenet Bartol. ff. ad Tertullia. l. fina. Et ſic ſi ius dominæ Pacis ſuſcepit in tertia auo ſuo, qui fuit vocatus Cecche. Ego Baldus.

CASVS.

Caſus, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt. Iam dudum ab antiquo inter cōmune Ianuæ ex vna parte, & Marchiones gauij, qui tunc erant ex alia cōtrata ſex. inita fuit ſolennis conuentio ſtipulatione vallata, & vltro citroque obligatoria, in qua dicti Marchiones dederunt caſtrū gauij cum burgo, & cum omnibus pertinentijs, & adhærentijs ſuis: ſcilicet cum toto territorio, & poſſeſſionibus, & cum parte pegadij dicti loci, alia parte in ſe retenta, & cum alijs, de quibus in dicta conuentione non fit mentio. & de ipſis fecerunt communem remiſſionem, & pactum de vlterius non petendo. & pro iſta datione habuerunt a communi lib. tria millia octingentas Ianuæ, de quibus debebant emere de parte dictæ pecuniæ domos, & poſſeſſiones in Ianua, vel diſtrictu, in quibus debebant venire ad habitandum in ciuitate Ian. Deinde promiſerunt dicti Marchiones dicto communi, ſeu tunc præſidenti pro communi, ſcilicet domino poteſtati Ian. omnia, & ſingula ſupraſcripta defendere & autorizare tā per ſeipſos, quàm per hæredes ſuos ab omni perſona, & firma, & rata habere, & non impedire &c. Certa alia promiſerunt in conuētione dicti Marchionis, de quibus non curo facere mentionē. Et hæc ſunt, quæ promiſerunt Marchiones dicto communi. verſa vice dictum commune acceptans prædicta, ſeu dictus dominus poteſtas, qui repræſentabat tunc totum commune Ian. conuenit, promiſit, & pactum fecit ipſum commune Ian. ipſis Marchionibus, quòd de denarijs omnib. ſupraſcriptis, ſcilicet quos dabat eis dictum commune Ian. & poſſeſſionib. ex eis acquiſitis, & de pedagio, & alijs eorum bonis aliquam nō dabunt collectam, excepto de dotibus vxorum, & nuruū, vel earum deſcendentium, quæ fuerunt de Ian. aut quæ dotes ſint de illo poſſe, de quo alij ciues ſoliti ſunt dare collectam. Iſta eſt in effectu promiſſio facta per cōmune dictis Marchionibus. quæ verba, ſcilicet promiſſionis dicti communis ab illo ver. verſa vice ſupra proxime dicto, citra notetis. quia verba materialiter ſumpta ex dicta conuentione ſunt illa, quæ faciunt dubium in quæſtione. & infra videbi. Demum in fine inſtrumenti promiſerunt vna pars alteri, & altera alteri attendere, complere, & obſeruare ſupradicta, &c. & ita promiſerunt ſub pœna libr. 20. Ianuen. & hæc omnia patēt publico inſtrumēto ſcripto, & publicato manu Bartoli Alberti no. in 1200. die 16. Septemb. cuius exemplar vobis mittimus in quadam papyro de foris ſignato per A. poſt dictam conuētionem per magnum tempus fuit factum ſtatutum in ciuitate Ianuæ. l. in 1189. die 19. Auguſti, poſitum ſub rub. vt omnis poſſeſſio ſit aſſignata ante pro oneribus ſubſtinuendis. quo in effectu caue tur, quòd omnis poſſeſſio poſita in Ianua, vel diſtrictu a talib. confinibus vſq; ad tale, ſit obligata, & affixa pro collecta, & oneribus communis Ianuæ de cætero imponendis. Et quiſq;, qui de cætero emerit poſſeſſionem in Ianua, vel diſtrictu, teneat promittere, vel fideiuſſores dare de ſoluendo dictas impoſitiones, & collectas pro dictis poſſeſſionibus imponendas: alias non valeat, nec teneat dicta emptio ipſo iure, & pro imperfecta habeatur, nec ex ea transferri poſſit dominium in emptorem. ita apparet in dicto ſtatuto, quod mitto vobis ſignatū, & publicatum manu Franciſci de Vallecella notarij, in quadam papyro de foris ſignato per B. demum poſt dictum ſtatutum deſcendētes, & hæredes dictorum Marchionum præmortuorū emerunt, & acquiſierunt in ciuitate Ianuę, vel diſtrictu certas domos, & poſſeſſiones, de quibus nullam promiſſionē fecerunt cōi, ſeu ſatiſdationem de ſoluendis collectis imponendis de cætero per cōe ſecundum formā antedicti ſtatuti: quia tunc temporis pro franchis, & immunibus ſe gerebant, & ſe tractabant vigore, & ex forma ſupraſcriptæ ſuæ conuētionis. Modo ex themate dictę cōnis ſic ſuppoſito inſurgit qō de verbis dictæ conuentionis, & eorū intellectu inter hæredē dictorum Marchionum, & deſcendentē. ſ. nepotē dictorum Marchionum prædictorum præmortuorum ex vna parte, & dictum cōe ex alia: quia dictus hæres dictorum Marchionum dicit ſe debere eſſe immunem vigore, & ex forma ſupraſcriptæ conuentionis ibi, dū dicit, in conuentione, quòd promiſit cōe dictis Marchionibus, quòd non dabunt collectam &c. ad collectis cōis Ianuæ, tam quæ imponuntur pro mobil. ſ. pro bonis mobilibus, quàm etiam a collectis, quæ imponuntur poſſeſſionibus, & bonis immobilib. per quę ēt dicit ſe eſſe immunē vigore dictorum verborū, a gabellis, & introitib. impoſitis, & imponendis per cōe, tam ſuper vectigalib. quàm ſuper mercimonijs. Ex aduerſo dr̄ p cōe a ſupraſcripta collecta, & gabella prænominatis dictum hæredem ipſorum Marchionum non debere eſſe francum, nec immunem. Modo quæritur, quid iuris. Ex quo themate oriūtur puncta, & dubia infraſcripta, ſuper quibus a vobis petimus veſtrum dari conſilium iuris cum prudētibus allegationibus, & motiuis ſuper vnoquoque puncto. Primum eſt, vtrum talis ſtipulationis contractus, ſeu conuentio ſtipulatione vallata tranſeat ad hæredem, & hæredem hæredis dictorum Marchionum gauij ſ. deſcendentes ex linea maſculina dictorum Marchionum: ſcilicet nepotes, vel pronepotes dictorum Marchionum. Et dubiū facit, quia in promiſſione facta per commune Ianuæ dictis Marchionibus nō fit mentio de eorum filijs, vel hæredibus: ſed ſimpliciter promittitur dictis Marchionibus &c. non facta mentione hæredum deſcendentium, vel filiorum ipſorum. Secundum dubiū eſt, vtrum illa verba appoſita in dicta conuentione in promiſſione facta per commune Ianuæ dictis Marchionibus, ibi verſa vice &c. vbi dicitur, quòd commune promittit Marchionibus, quod de denarijs omnibus ſupraſcriptis, & de poſſeſſionibus ex eis acquiſitis, & de pedagio, & de alijs omnibus eorum bonis aliquam non dabunt collectam &c. nunquid illa verba, & de alijs eorum bonis. extendātur tam ad bona præſentia, quæ tunc habebant dicti Marchiones a tempore dictæ conuentionis, quàm ad bona futura, id eſt an extendatur dicta conuentio ad bona tunc acquiſita, quàm poſtea acquirenda, videlicet ad domos, & poſſeſſiones tam poſtea per eos acquiſitas, quàm per hæredes eorum. poſito quòd dictus contractus in hæredem tranſiret, vt ſupra, & quòd ad bona etiam poſtea acquirenda extendatur dicta conuentio, multum bene faciunt verba dictæ conuentionis: vbi dicitur per verba indefinita, & de alijs eorum bonis &c. Et etiam illa verba, excepto de dotibus vxorum, & nuruum ſuarum, vel earum deſcendētiū. &c. quæ ſunt verba futuri temporis, & firmant regulam in non exceptuatis. & etiam illa verba, de pedagio, quod annuatim colligitur. ita quod non poterat dici in bonis præſentibus, vel in bonis futuris. Tertium dubium eſt, quia dictæ poſſeſſiones, & domus acquiſitæ per dictum hæredem dictorum Marchionum fuerunt acquiſitę poſt ſtatutum prędictum factum per dictum cōe Ianuę: in quo cauetur, quòd omnis poſſeſſio ſit

affecta, & obligata communi Ianuę pro collectis imponendis, &c. Nunquid vigore dictæ ſuæ conuentionis a collectis impoſitis pro dictis poſſeſſionibus, ſeu domibus poſtea acquiſitis dictus hęres debeat eſſe immunis, & exẽptus. & dubium facit dictus Barto. in l. reſcripto. §. finali. ff. de mu. & hono. quia per tale capitulum dictę poſſeſſiones, & domus videntur factæ tributariæ: quod tributũ eſt munus mere reale. ſed a mere realibus dicitur pro parte communis, ꝙ dictus hæres non eſt immunis, ſed ſolum a collectis vigore dictæ conuẽtionis: quę quidem collecta eſt munus mixtum, & non mere reale, quod imponitur perſonæ pro rebus, ergo a talibus collectis impoſitis pro dictis poſſeſſionibus dictus hæres non erit immunis. intelligit enim dictam conuentionem, vbi dicitur, quòd non dabunt collectam, quia intelligunt, ſcilicet pro mobili, & pro bonis mobilibus. & in hoc operatur dicta conuentio, non autem pro bonis immobilibus, & poſſeſſionibus: quia illud eſſet munus mere reale vigore dicti capituli. Ex aduerſo circa hoc pro parte hæredis dicitur, quòd tempore conuentionis factæ inter commune, & ipſum, quæ fuit facta ante dictum capitulum per 88. annos, collecta iam illis, quæ imponitur bonis mobilibus, quam illa, quę imponitur bonis immobilibus, ſcilicet domibus, & prædijs, & proprie, & de iure intelligitur eſſe collecta, non tributum. ſecundum quod no. glo. no. Ioan. And. in c. 1. de immu. ec. li. 6. in gl. ſuper verbo, proponendũ. vbi glo. etiam ponit, quòd collecta imponitur prædijs, & poſſeſſionibus. dicit ergo hęres, ego habeo, quòd de iure communi illa eſt proprie collecta, quæ eſt munus mixtum, quæ imponitur perſonæ pro rebus: ita eſt illa, quæ imponitur poſſeſſionibus, & bonis immobilibus, ſicut illa, quæ imponitur etiã bonis mobilibus. Ergo ego debeo eſſe exemptus tam a collectis, quæ imponuntur poſſeſſionibus, & bonis immobilibus, quàm ab illa collecta, quæ imponitur bonis mobilib. nec obſ. capitulum per te allegatum, quia reſpondetur, quòd dictum capitulum non potuit fieri in præiudicium dicti hæredis, & contra conuẽtionem ſuam: quia cum ipſe erat immunis a dictis collectis vigore dictæ conuentionis, & pacti, tam quæ imponebantur pro bonis immobilibus, quàm pro mobilibus: non potuit fieri capitulum per dictum commune, quod haberet derogare, vel præiudicare conuentioni factæ inter eos, & iuramento vallatæ: nec alterare naturam per dictum cap. cuius nomine collectæ ab illa natura, & ſignificatione, quam habebat tempore dictæ conuentionis, & pacti, & per conſequẽs ſe debere eſſe exemptum ab omnibus colle. imponendis tam pro bonis mobilibus, quàm immobilibus, maxime allegans dictus hæres, quòd collectæ, quæ imponuntur in Ianua ciuibus, & alijs incolis, imponuntur tam pro mobili, quàm immobili: perſonæ pro mobili pro centenario. & erit pro poſſeſſionibus in 200. & tantum ſoluet pro poſſeſſionibus, quantũ pro centenario. & ſic ſecundum ordinem Ianuæ dictæ impoſitiones, quæ imponuntur bonis mobilibus, & immobilibus, imponũtur perſonæ pro rebus. & ſic proprie collectæ poſſunt nuncupari. ſuper iſto paſſu placeat multum prouidere, quia eſt principalior paſſus huius quęſtionis: & examinare velle in de illa verba, quod non dabunt collectam. quid importent, & a quo videatur eſſe exemptus dictus hæres ſub nomine collectæ. Item placeat circa iſtum paſſum multum ponderare verba dictæ conuentionis, ſcilicet ibi, cum dicitur, quòd de denarijs omnibus ſupraſcriptis, & de pedagio, & alijs eorum bonis non dabunt collectã &c. in eo, quod dixit, de denarijs ſupraſcriptis, & de poſſeſſionibus ex eis acquiſitis propter dictionem, alijs eorum bonis: quia cum ſupra proxime eſt facta mentio de poſſeſſionibus, ſi dictio, alijs. eſſet implicatiua ſimilium: eſſet clarum ex conuentione, quod etiam a collectis poſſeſſionum hæres eſſet immunis. Item quia dicit, & alijs eorum bonis: quia appellatione bonorum comprehenduntur tam mobilia, quam immobilia. & ſic a collectis mobilium, & immobilium eſſet immunis. Item ſi dicta verba referentur ad pedagium, & pedagium tunc habebant in bonis ſuis tempore conuentionis, & pedagium cẽſetur immobile, dictio, alijs. implicatiua ſimilium bene implicaret etiam poſſeſſiones. Prȩterea placeat etiam hoc verbum notare, videlicet exceptionẽ, quæ eſt in dicta conuentione, vbi dicitur, excepto de dotibus vxorum, & nurum &c. quæ exceptio confirmat regulam in non exceptuatis: quia ſolum tenentur ſoluere de dotibus vxorum, & nuruum &c. ergo de alijs bonis tam mobilib. quàm immobilibus non tenentur ſoluere collectam. Quartũ dubium eſt, vtrum vigore dictorum verborum, quòd non dabũt collectam &c. dictus hæres ſit exemptus, & immunis a gabellis communis Ianuæ tam ſuper victualibus, quàm ſuper mercimonijs impoſitis, quæ imponuntur in iſta forma: quia quilibet, qui emerit vinum in ciuitate Ianuę, ſoluat tres ſol. nomine gabellæ pro vna certa menſura. Et dubium facit, quia commune dicit, quòd non, quia gabella eſt munus reale, ſecundũ not. per Barto. in l. 2. de priui. veteranorum. & in l. 1. not. per eum. C. de muli. & in quo loco. lib. 10. ſed dicit commune dictum hæredẽ nõ eſſe exẽptum a muneribus realibus, ſed a collectis, quod eſt munus mixtum: ergo a gabellis, quæ ſunt munera realia, non eſt exemptus, quia promiſſio facta per commune non poteſt extendi vltra verba in dicta conuentione cõtenta. Ex aduerſo dicitur per dictum hæredem debere eſſe immunem a dictis gabellis, quia ſub hoc nomine collecta etiam cadunt dictę gabellę: quia colligũtur a perſonis pro rebus, quas emunt, & vendunt: ita quòd proprium nomen collectę eſt ita in gabellis, ſicut in iſtis alijs: quia quicquid colligitur a perſona pro re, dicitur eſſe collecta. ſed in gabellis eſt huiuſmodi &c. vigore enim dictę conuentionis, prout voluit dicta conuentio, quòd ipſe non debeat dare collectam de bonis ſuis: ſi ſolueret gabellam de eo, quod emit, ſequeretur, quòd ſolueret gabellam de bonis ſuis: & ſic fieret contra dictam conuentionem, quod eſſe non debet. ex quo dictus hęres concludit etiam a dictis gabellis eſſe exemptum. Et ſuper hoc etiam placeat prouidere, & per veſtrum ſalubre conſilium dictum pũctum decidere cum iuris allegationibus, quia eſt vnum de principalioribus dubijs dictę quęſtionis. Ego Baldus.

CONSILIVM CXII.

1 *Natura pactorum eſt, quòd tranſeãt ad hæreds, etiam ſi de eis non ſit facta mentio. fallit &c.*

2 *Natura immunitatis eſt, quòd tranſeat in poſteros ſucceſſores. vnde infertur ad quæſt. an nobiles, qui ex pacto, vel conceſſione habent immunitatem, vel exemptionem, tranſmittant illam ad hæredes.*

3 *Immunitas an extendatur ad bona poſtea quæſita.*

4 *Hæ dictiones, ſeu pronomina, meorum. & eorum. quid importent.*

5 *Stante conſuetudine præſcri. quòd non ſoluatur collecta, ſi collecta ſit facta tributum ex forma ſtatuti, an erit ſoluenda.*

6 *Quid ſit tributum, & quid collecta.*

7 *Bartolus raro bene loquitur.*

8 *An, & quanto tempore præſcribatur gabella.*

1 De generali † natura pactorum eſt, ꝙ trãſeãt ad hęredem, etiam ſi hęredis mẽtio nõ fiat. ff. de pac. l. iuriſgen. §. pactorum. ff. de proba. l. ſi pactum. hoc verum eſt, ſi forma verborũ patitur, & natura cõtractus, & res in contractum deducta. ſi enim forma verborum non patitur, non tranſmittitur efficaciter. ff. de ver. ob. l. eum, qui ita 2. reſponſo. Item ſi natura contractus nõ patitur, vt ff. pro ſo. l. actione. §. morte. Item ſi impedimentum perueniat ex natura rei deductę in contractu, vt inſti. de vſufru. §. finitur. hac ratione videtur, quòd pactum prędictum cum iure immunitatis dicti Marchiones tranſmiſerint in hæredes, & deſcenden-
2 tes. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. † Nam ipſa immunitas iſtius eſt naturæ, quòd tranſeat in poſteros ſucceſſores. natura enim nõ eſt aliud, niſi quædam aptitudo, & certę immunitates habent iſtam aptitudinem: licèt quandoque non tranſeant. ff. de iure immu. l. 1. §. perſonis. & not. C. de excu. mune. l. ſordidorum. lib. 10. Et proprie illa immunitas nõ eſt priuilegiũ, ſed quoddam pactum, & ſic fides ſeruanda eſt. ff. de iure immunitatis. l. 1. Cum prȩſupponatur potentia ex parte poteſtatis pacientis, & ſic non obſt. quod no. C. de decurio. l. vacuatis. lib. 10. immo talis contractus etiam vim legis ſortitur, vt C. de don. inter vir. & vxo. l. penult. ff. de publicanis. l. Cęſa. de decre. ab ordi. faci. l. quod ſemel. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. plane.

p... hoc accedat, quòd perſona non fuit immediata cauſa
iſtius immunitatis, ſed mutua præſtatio, & ſic non extinguit
cum perſona, vt ff. de in integr. reſtitutio. l. non ſolum. argu-
men. C. locati. l. viam veritatis. nec eſt iſta gratia, cum veniat
ex pacto: certe non beneficium præſtat, qui ſoluit debitum. ff.
de ritu nupt. l. proxime. ff. de hæredit. inſtitut. l. ſi ſeruo fidei-
commiſſaria. Et ſaltem de vrbanitate includitur hæres eiuſ-
dem ſanguinis. ff. de aqua quoti. l. 1. §. permittitur. quia etiam
ſi eſt beneficium, debet latiſſime interpretari. ff. de conſtitu.
principum. l. beneficium. Item certæ verba, quæ proferuntur
a recipiente, debent ſecundum veriſimilem affectionem eius
intelligi, vt not. Barto. in l. Gallus. §. etiam. de liberis, & poſth.
Sed certum eſt, quòd ſtipulator eſt ille, qui per prios verba
profert, & per poſterios promiſſor. ff. de verborum obligatio.
l. 1. vnde licèt ſcripturæ tenor proferat quaſi prolata a poteſta
te laniæ in recipientem, tamen cum fuerit ſtipulatio appoſi-
ta, ordo intellectus eſt, quòd fuerint verba ſtipulatoris princi-
paliter, & conſequenter promiſſoris. ff. de pactis. l. veteribus.
Itē ſi nos conſideremus iſtam immunitatē, iſta immunitas eſt
cōceſſa circa res. quod patet ex eo, quia munus, a quo eximit
eſt munus collectæ, quod pro rebus imponitur poſſeſſoribus.
ff. de mune. & honor. l. reſcripto. §. fina. ſed talia tranſmittun-
tur ad ſucceſſores, dum modo ſint tales ſucceſſores, de quib.
fit veriſimiliter cogitatum, vt not. Dyn. in capitulo priuile-
gium perſonale. de regulis iur. lib. 6. Præterea ex coniunctio-
ne duarum naturarum tranſmiſſibilium fit aptior tranſmiſ-
ſio, ſed hic natura pacti eſt tranſmiſſibilis. C. de contrahen. &
committen. ſtipulatio. l. veteris. & ibi plene per Cyn. & natu-
ra immunitatis concernentis munus reale, vel mixtum. de
cenſibus. l. forma. §. quanquàm. & altera extremitas perpetua,
quia ciuitati conceſſa per comites debet, & alteram reducere
in caſu dubij ad intellectum perpetuæ: aliàs neutra deberet
eſſe perpetua. ff. de arbitris. l. ſed interpellatur. §. ſi ex altera.
Item ex qualitate perſonæ, & expreſſione huius qualitatis (co-
mes) videtur præſumenda conceſſio realis ad omnes comi-
tes ex illis naſcentes, & hæredes. ſecus enim, ſi non eſſent hæ-
redes, quia de illis non intelligitur, vt dicta l. ſi pactum. nec in
telligi poteſt, quia in reciproco contractu non poſſunt inclu-
di perſonæ, quæ in eo non participant, vt in Authentica de
de non alien. §. emphyteo. & quia extraneo paciſci non potuit
eorum ad recipiendum, vt plenè no. ff. de pactis. l. idem in duo
bus. itaque duo requiruntur, quòd ſit de genere, & quòd ſit
hæres. facit quod not. ff. ſoluto matrimo. l. etiam. & ff. de ſer-
uitu. lega. l. pater. per Barto. & ita teneo in hoc puncto, quòd
ſit reale quo ad comites hæred. ex radice ſtipulatoris. vidi-
mus de extenſione circa perſonas, videamus de extenſione cir
5 ca res. igitur &c. † Venio ad ſecundum punctum, & videtur,
quòd iſtud pactum, ſiue immunitas non extendatur ad bona
poſtea quæſita. hoc enim videmus, quòd verba ſimpliciter ꝓ
lata in contractibus reſtringuntur ad bona præſentia: vnde ſi
vendo, vel dono tibi omnia bona mea, non intelligitur, de fu-
turis, vt no. in l. fina. C. quæ res pigno. ob. poſ. Et idem in ſen-
tentia, quando quis ſaluo ſtatu perſonæ condemnatur in adē-
ptione bonorum, vt ff. manda. l. ſi tibi mandauero. §. is, cuius
bona. quia præſens tempus in contractibus, & ſimilibus in-
ſpicitur. ff. de contrahen. emptio. l. rupulia. & l. in l. ea enim,
quæ de nouo emergunt, noua ſtipulatione, & noua promiſ-
ſione indigent, vt ff. de damn. infect. l. damn. in §. ſi is, qui vi-
cinas. Et idem de pedagio videtur dicendum, ſi locus, in quo
colligebatur eo tempore pedagium, poſtea eſt mutatum,
vt ff. de aqua quoti. & eſti. l. hoc iure. §. ſi aqua. vel ſi eſt aug-
mentatum pedagium, vt ff. de ciuis. l. 1. ad finem. verſicu. ſed
ſi eundem. Hoc tenet Petr. C. de ſacroſanct. eccle. l. placet. in
fine. Præterea diſpoſitio ſimplex, & pura non debet reduci ad
intellectum conditionalem, ſed ſi contineret res futuras, re-
digeretur ad intellectum conditionalem. l. ſi ita acciderit. ff.
de conditioni. & demonſtratio. & l. 1. in fine. cum igitur deſſe
et in princip. ſtipulationis, futura contineri non debent, ne
ſtatus obligationis immutetur, argumen. ff. de verborum ob-
ligatio. l. inſulam intra biennium in ratione ſui. Præterea non
eſt veriſimile, quòd in infinitum ſit ſenſum de rebus, quæ
quandocunque erunt in acculatione, argumentum. ff. de le-
gatis tertio l. oſtilins. Nam ſi hoc eſſet, poſſet commune ſa-
nuæ eſſe deceptum vltra dimidiam iuſti precij. & non eſt ve-
riſimile hoc argumentum. C. de tranſactio. l. ſi de certa. ff. eo-
dem. l. cum Aquiliana. facit quod not. ff. de ſuperfi. l. 1. §. 3. ff. de
4 rebus dubijs. l. 1. † Hoc accidit dictio, eorum. quæ eſt prono-
men poſſeſſiuum, ſicut dictio meorum. ff. de auro, & argen.
lega. l. ſi ita. in contrarium eſt ſubtiliter conſiderandum, quid
eſt præſens, & futurum. & certe præſens eſt eius iuriſditio, qui
immunitatem conceſſit ab ea. exigere autem quando caſus at
tulerit, non eſt iuriſditio, ſed eſt fructus, & acceſſio illius iu-
riſditionis, vt notat Innocen. de reſtitutio. ſpolia. capitu. in li-
teris. & in pluribus alijs locis. conſtat autem, quòd fructus de
futuro veniunt in contractu ſuper re præſenti. ff. de actio. em-
ptio. lege Iulia. §. ſi fructibus. ſed iſte contractus eſt de præſen
ti, ſcilicet ſuper iuriſditione non exercenda in exigendo: er-
go venit in contractu, vt dicto §. ſi is, qui vicinas. verſicu. ſi au
tem. Item pro hoc facit doctrina Petri, quòd quando id, ſu-
per quo contrahitur in vniuerſale, vt peculium, & hæreditas,
veniunt futura, vt ipſe notat dicta l. fin. quæ res pigno. ob. poſ-
ſunt. & eſt expreſſum. ff. de hære. vel act. ven. l. ven. ex hæredi-
tate. facit quod nota. in l. Lucius. ff. de fundo inſtruc. ſed iuriſ
ditio eſt quid. vniuerſale. ff. de iuriſditio. omnium iudic. l. ſo-
let. & l. prætor. ergo remiſſa ea eſt remiſſio vniuerſalis, & por-
rigitur ad res quæſitas, vt ff. de ſeruitu. vrbano. prędio. l. ſi ſer-
uitus. ſicut ſi dominus concedit ſeruo ſuo liberam peculij ad
miniſtrationem, intelligitur etiam in rebus, quæ poſtea in pe-
culio eſſe ceperunt. ff. de pec. l. quam tuberionis. §. alia. ſed in
remiſſione iuris patronatus generali, & vnico verbo omnia re
miſſa eſſe videntur. C. de bo. libe. l. fina. Nam liberatio pręſu-
mitur generalis, vt nota. ff. de pactis. l. emptor. & l. Lucius.
præterea hoc videtur expreſſum extra de priuileg. capit. quia
circa. licèt enim vna vniuerſitate expreſſa non veniat alia vni
uerſitas connexa, & ſubalterna, vt ff. de hæredi. vend. l. 2. §. il
lud. tamen quæ eiuſdem vniuerſitatis ſunt partes, bene ve-
niunt, quaſi eidem vniuerſali ſubiecto inhæreant, argumen.
dictæ legis ſi ſeruitus. facit quod notat Petr. & Cyn. C. de ſer-
uitu. l. nec modus. Dici poteſt, quòd ad bona poſtea quæſita
poſt ſtipulationem immunitatis extendatur ſuprascriptus cō
tractus, ſed ad bona quęſita per hæredes eius non extendatur,
vt ff. de pigno. l. Paulus. & ita teneo: & hoc de ſecundo pun-
cto. Et hoc verum eſt, niſi hæredes iſtam immunitatem po-
ſtea ex conſuetudinem præſcripſerunt. Et tunc prodeſſet eis
præſcriptio libertatis. Nam licèt contra fiſcum Cæſaris non
procedāt iſtæ pręſcriptiones, quia ex abſoluta, & ſuprema po-
teſtate Cæſarica diſponit, vt C. de præſcriptio. triginta anno. l.
competit. tamen ſecus eſt in alijs ciuitatibus quantumcunq;
illuſtribus, vt not. Innocen. de poſtu. pręla. capit. bonæ. & per
5 Barto. in l. publicanus. ff. de publicanis. † Si ergo talis conſue
tudo, ſiue præſcriptio interuenerit, ne ſoluat collectas, & col-
lecta, & factum ſit tributum ex forma ſtatuti: quæritur, vtrū
ſolui debeat, necne. cuius etiam puncti ob conſultan. reueren
6 tiam inueſtigationem non omittam. † Sciendum eſt ergo,
quòd quoddam eſt munus ſolenne, & ordinarium lege perpe
tua, vel etiam temporali introductum, verbi gratia, quòd qui
libet poſſeſſor pro quolibet ſtario frumenti pręſtet in commu
ni vnam coppam: vel quòd quilibet poſſeſſor præſtet vigeſi-
mam, vel pro quolibet iugere terræ pręſtet decem ſol. annua-
tim, & iſtud appellatur tributum reale ſimpliciter, ſicut erat
Romæ de tributis, quę per luſtra pręſtabantur, vt no. C. de in-
ditionibus. in rubri. Et ita etiam eſt, ſi diceret, vſque ad 5. vel
10. ann. in hoc enim non eſt vis, ſcilicet in tempore, ſed in for
ma. de iſto loquitur lex omnes. C. ſine cen. vel reliquis. de infi
nitis ſini. Quoddam eſt munus repentinum, & extraor. quia
pro neceſſitatibus temporis variatur: & eſt magnum, quan-
doque paruum, quandoque nullum. Et iſtud munus per glo.
appellatur collecta. & eſt mixtum, quod imponitur ex permiſ
ſione iuris communis pro rebus, vt not. in d. l. reſcripto. §. fin.
& C. de muneribus patrimoniorum. in rub. & in l. 1. illius ti-
tu. lib. 10. & l. 1. §. quibus. quod cuiuſque vniuer. nomine. &
per Inn. in c. grauem. de ſen. excom. & per Bar. in l. 4. actor. ff.
de re iudi. & de priuile. c. cum & plantare. & ibi per Inn. Sed
in c. licèt. de conſib. dicit Inn. ꝙ quędam eſt collecta pſonalis.

quædam realis. & ſic nomine collectæ etiam tributum con-
tinetur, vt in Auth. de collationib. in rubro, & in nigr. de hoc
etiam tangitur per Inn. de præſcrip. c. ſi diligenti. & eſt gl. or.
relata ad tex. ꝙ tributum dr̃ collecta. C. de apocis pub. l. j. ſup
verbo, inopes. Sed poſito, ꝙ non cõtinetur, tamen ſtatutum
in præiudicium exẽpti non poſſet facere poſſeſſiones eius col
lectuarias, immo certe verbis generalibus non cõtinentur exẽ
pti. glo. eſt not C. de ſilentiarijs. l. decurionibus. li. 12. deficit
ergo poteſtas, ac etiam voluntas. facit de bonis auth. iud. poſ.
l. cum vnus. §. is, qui. cum ſi. Præterea iſtud tributum ſubroga
tum fuit loco collectæ, ergo ſapit naturam collectæ. ff. de do.
inter vir. & vxo. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. de condi. & dem. l. fi-
liæ. §. a Titia. Prĕterea ſtatu. quod afficit poſſeſſiones pro mu-
neribus, & collectis, nõ facit collectas eſſe munera ordinaria,
quia non imponuntur lege, vel ſenatuſcõſultis, vel conſtitu-
tionibus principum, nec ſunt certa, vt not. C. de via publica.
numeris. l. 1. lib. 10. & ff. de vaca. munerũ. l. in honoribus. §. q
numerus. Et ideo huiuſmodi munera ex improuiſo indicta ꝓ
prie loquendo, non ſunt tributa, licèt ecõtra omne tributum
ſit collecta. & de multis generibus tributorũ not. de annonis,
& tribu. in rub. Et eſt verum, ꝙ Bar. dicit, ꝙ ſtatu. & conſuetu
do poteſt facere, ꝙ collectæ extraordinariæ ſint munus mere
reale ad inſtar tributi. Et per hoc poſſeſſores teneantur etiam
eccleſiæ, vt ipſe not. in d. l. reſcripto. Nam ſtandum eſt conſue
7 tudini. ff. de admi. tut. l. ſiue hæredum. l. Lucius. † Sed rarò be
ne loquitur, qui contra omnes loquitur. vnde eccleſia non di-
cit verum: quia ciꝰ, quòd eſſet tributum, debet intelligi poſt
indictionem, & ſpecificationem, & non ante. quæ indictio nõ
poteſt fieri, poſtquàm ad dominum eccleſiæ, vel exemptis res
fecit plenum tranſitum. arg. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. & in
c. quia cunctis. de conceſ. præben. lib. 6. Et ita eſſet in propoſi
to caſu, ſuppoſita exceptione præſcriptiua: quia præſcriptio,
& peccatum æquiparantur. l. nam ſatis. §. ſi ego. quemadmo-
dum ſerui. amit. & no. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. & l. hoc iure.
§. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſti. Et ideo cautela, quã dat
8 ibi Bar. non valent vnam feſtucam, niſi indictio ſit certa. † Su
per 4. puncto de gabellis conſiderãdum eſt, quod gabellę quo
tidie naſcuntur, cum caſus ſe offert. Et licèt ſit data certa for-
ma tamen illa forma non eſt in materia, niſi cum caſus dat:
nec ita præſcribitur, ſicut immunitas collectæ realis, vel mixtæ
quia illa libertas concernit libertatẽ prædij, quæ facilius præ-
ſcribitur. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de ſeruitu. vrban.
prædio. lege hæc autem iura. ſed non ita in iſtis gabellis, quæ
habent cauſam omnino diſcontinuam, & ex facto hominis
pendentem, vt l. foramen. de ſeruitũ. vrba. prædio. & ideo re-
quiritur ad præſcribendum tempus, cuius initij, & contrarij
memoria non exiſteret. Et ex vi pacti, vt dixi in prin. non cadit
iſta immunitas, quia non continetur in pacto. ff. de pactis. l. ſi
vnus. §. ſi ante. ff. de annu. leg. l. ſcio. ff. de peric. & commo. rei
vendi. l. ſi vina. Item gabella ſoluitur pro contractu, & ante-
quàm res tradatur, & ſic non pro re. Præuenit enim cõtractus,
& obligatio gabellæ tranſlationem dominij in ſuſcipientem
perſonam: & ſic non prĕſtatur ex parte emptoris, maxime pro
re ſua: ſed ſibi debita, facit. ff. de publicanis. l. licitatio. §. mer-
cato. & exceptio regulam, ſub qua cadit, cõfirmat, ſed ad alia
non extendit, quę ex natura verborum non includuntur. ff. de
vſufr. leg. l. in generali. §. vxori. Et ſic ſequitur, quòd ad gabel-
las iſti nobiles teneantur. ad hoc. C. de imponen. luc. deſcrip-
tio. l. prima. lib. decimo. & per Guli. de pactis. l. ab emptio.
niſi præſcriptio iuuet, de verborum ſignificatio. capitu. ſuper
quibuſdam. Ego Baldus.

CONSILIVM CXIII.

Non poteſt ſe defendere, quia non ſoluit com-
muni pecuniam, quam debebat:
ſed boues, qui erant ſui, & ſic ſibi ſoli, & in re ſua facta eſt in-
iuria. C. loca. l. damnum. tamen commune, quod abſtulit bo-
ues, fecit damnum, & iniuriam intrinſeco ſuo, non ex ſuo
& ideo commune debet emendare. dictus autem debitor ad
ſimplicem dictam quantitatem tenetur creditori: quia odio
creditoris non licuit debitori tenere boues, & ſic non ob-
ſtat. l. non curabit. de actione empt. cum ſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CXIIII.

1 *An filiæ poſſint ſubſtitui in dote.*
2 *Quis non poteſt grauari in plus, quàm fuerit ſibi relictum.*

1 Dictæ † Leliæ ſuccedit hæres inſtitu. ab eo, & non di-
ctus Petrus: niſi in 100. ſoldis. in dote enim Le-
2 liæ, & in alijs eius bonis ſubſtitutio † non tenuit, qui non po-
tuit in plus grauari, quàm fuerit ſibi relictum in teſtamento,
ad Treb. l. Lucius. §. maritus. ff. de vulga. & pupil. l. cohæredi.
§. fin. C. de fideicom. l. ab eo. Ego Baldus.

CONSILIVM CXV.

1 *Vſura non poteſt peti.*

1 Dictum † Coptunũ nõ poteſt peti per Panleſinum
a Petrutio: quia fuit promiſſum vltra ſor-
tem. & ſic eſt vſura. l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi certum peta. & quic-
quid accedit ſorti, eſt vſura; & vſura peti non poteſt, extra
de vſuris per totum. & quod ex dicto Coptuno percepit credi-
tor, extenuat debitum principale. ff. de ſolutio. l. Titiam. C.
de pignoris actio. lege ſecunda. cum ſimilibus. Ego Bald.

CONSILIVM CXVI.

1 *An ſpurius poſſit emancipari, & an poſſit aliquid ei donari.*

1 Spurius † non poteſt emancipari, quia non eſt in po
teſtate. Item non poteſt aliquid a patre ei do-
nari. C. de naturali. liber. l. 1. & Authen. licet. niſi vſque ad ali-
mẽta de benignitate canonica, vt extra de eo, qui duxit in ma
trimonium. c. cum haberet. quando non habet aliunde, vnde
ſe alat: & in caſu neceſſitatis permittitur, in alio caſu non per-
mittitur. Ego Baldus.

CONSILIVM CXVII.

1 *Qualiter tutor, vel hæres eius teneatur reddere rationem pu-
pillo de adminiſtratis.*
2 *Tutor non tenetur de omnibus facere inſtrumenta publica.*

1 Tutor, & † hæres tutoris tenetur reſignare rationẽ
pupillo, & hæredibus pupilli de reb. ſcri-
ptis in inuentario tutoris: quia ſtandum eſt inuentario tuto-
ris contra tutorem, & hæredem tutoris, vt C. arbitrium tute-
læ. l. fina. Et ideo res immobiles facile reſtituuntur pupillo:
quia ſeipſas oſtendunt, & exhibent. C. quãdo, & quibus quar
ta pars debetur. l. 2. res autem mobiles, vel ſe mouentes, ſi
quidem extant, reddi debent pupillo, & hæredibus pupilli. Si
autem non extant, debet inquiri, quid de eis factum eſt. Et ſi
ſunt venditæ, precium debet reddi pupillis, & hæredibus pu-
pillorum, & debent in medium perduci rationes, & ſcriptu-
ræ inde confectæ tam publicæ, quàm etiam priuatæ. ff. de cõ
ditio. & demonſtra. l. cum ſeruus. ff. de tutelis, & rationibus
diſtra. l. 1. officium iudicis autem eſt æſtimare, an diligenter,
& bona fide ſit geſtum, auditis hincinde partibus. ff. de ad-
miniſtra. tuto. l. ad inſtruendum. C. de donatio. l. ſi quis pro
redemptione. C. de iure deliberan. l. fina. §. in computatione.
2 facit quod not. per Cyn. C. de epiſcopis, & cler. l. nulli. † nec
de omnibus ſunt conficienda ſumptuoſa, & publica inſtru-
menta, neque de iure, neque de conſuetudine, & ideo etiam
ſimplices, & priuatę ſcripturę perſpiciendę, & conſideran-
dę ſunt: & an vero veriſimilia dicant, necne. ff. de nego. geſt.
l. Neſennius Appolinarius ad examen. ergo veritatis, & con
ſcientiæ ſuper ſcriptis iſtis calculator, ſeu indicator recur-
rat, & veriſimilia approbet, & non veriſimilia non admittat
in calculo rationis, extra de accuſatio. capitulo qualiter. in
glo. ſecunda, vnde non omnibus, nec nullis rationibus eſt cre-
dendum, sed inſpectis perſonis ſcribentium, ac producen-
tium. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. primo. ff. de manu-
miſſis teſta. l. qui filium. & priuſquàm ad ſententiam, vel ad
laudum veniatur, dilationes dandæ ſunt ad probandum, &
ipſæ probationes in medio eſſe debent. C. de iudi. l. properan-
dum. §. cum autem hæremodicium. Et in cauſa iſta fuit pro-
ceſſum hucuſque, ſed non plenarie diſcuſſum. Et ideo aliter
cauſam conſilio meo declarare nõ poſſum, ſemper tamen
clado rationem iuxta inuentarium eſſe reddendam omiſſis
friuolis, quæ obijciuntur in contrarium. Ego Baldus.

CON-

CONSILIVM CXVIII.

1 *Aliquis porrexit petitionem coram iudice exiſtente in camera ſua, alius coram eo ſedente pro tribunali; quis dicatur præuenire.*

2 *Quæ ſint illa, quæ iudex poteſt explicare extra banchũ iuris.*

3 *Stante ſtatuto, quòd non poſſit opponi de nullitate ſententiæ, ſi eſt ſententia ipſo iure nulla, debeat mitti executioni.*

4 *In omni inuaſore, & turbatore præſumitur dolus, nec titulus excuſat, niſi habeat poſſeſſionem.*

5 *An officium excuſet maleficium.*

6 *An prohibita appellatione poſſit dici de nullitate a ſententia lata occaſione maleficij, & poſſit appellari a taxatione damnorum, & expenſarum, vel intereſſe.*

7 *Dictio, occaſione, qualiter accipiatur.*

8 *Cauſa proprie quæ dicatur.*

9 *Fideiuſſor ſimpliciter datus an teneatur de fructibus, damnis, & intereſſe.*

1 Punctus † quidam ſer Nardus curator dominarũ Gulminæ, & Ioannæ filiarum, & hæredũ Venturutij comparuit coram iudice exiſtente in camera ſua, & produxit quandam petitionem, per quam petijt quandam ſcriptam manu Petri copiatam per ſer Iacobinum :in qua continetur, q dictus Venturutius fuit confeſſus habuiſſe a Beneamato eã cauſa depoſiti 1451. & promiſit ipſas reſtituere dicto Beneamato poſt mortem ſuam, & fuit facta dicta ſcriptura producta in forma publi. inſtrumenti anno 1361. tamẽ verum eſt eam eſſe fictitiam, & ſimulatam, & in fraudem venientium abinteſtatu factam. & fecit in d. camera committi nuncio, q citaret Lucam habẽtem iura dicti Beneamati, q eo mane compareret coram dicto iudice ad videndum produci dictam petitionem, & hęc omnia abſq; dicto Luca, qui habet dicta, prout videbitis in actis contineri, deinde ſtatim cum iudex ad banchum comparuit, dictus Lucas produxit dictũ inſtrumentum donationis ſibi factæ de ipſo debito præſeruato dicto ſer Nardo cura. & petijt fieri per dictum iudicem executio. dicti inſtrumenti, prout etiam in actis videbitis. poſtea dictus ſer Nardus produxit dictam ſuam peti. quàm primo produxerat in camera facta ratione dictę citationis. quæritur, uũc quis præuenerit, an dictus ſer Nardus, qui duxit prædictã productio. factam in camera, & commiſſionem actionis abſque parte, an dictus Lucas, qui petijt execu. dicti inſtrumenti. viſis actis, & viſo ſtatuto de inſtrumentis fictitijs. † Præparatoria iudiciorum videntur etiam in camera iudicis expediri poſſe, vt ff. de inter. act. l. voluit. §. 1. & no. eo. titu. in rub. & maxime cum prima citatio fiat ſine cauſæ cognitione: quia omnẽ cauſæ cognitionem præcedit, vt inſti. de pœn. temere lit. §. fin. Et quia ordinarius poteſt ius dicere in quolibet loco honeſto ſui territorij, vt C. quomodo, & quando iudex. l. ſi vt proponis præſes prouinciæ. cũ cer. locum. & in c. cum epiſcopus. de offi. ord. lib. 6. In contrarium vr, q iſte actus non poſſit fieri, niſi apud tribunal l. nam mos maiorum ſeruandus eſt, vt ff. de iuſti. & iur. l. pe. debet ergo fieri in loco, vbi ſeruato more maiorum poſſit procedi, vt no. in Spe. de dila. §. fi. verſi. ſed cum a procedente. niſi actus fieret de conſenſu partium. d. l. voluit quia tunc videtur fieri per modum voluntariæ iuriſditionis, & valet, & not. Cy. & Pet. C. de confeſ. l. 1. in 3. q. & in Spe. de ſenten. §. iuſtam. ver. Item q nũ eſt nulla ratione loci. Item iſta citatio, prout reſidet in iudice, eſt pars iuriſditionis contentioſæ, & eſt principium litis, ſeu cauſæ, C. de tranſactio. l. cauſas, vel lites. & ideo debet fieri in loco, in quo totum iudiciũ peragi poſſit. ff. de iudi. l. vbi ceptum. prætertim cum in caſu noſtro ſit magni præiudicij. Item ſiue ſit ſententia diffinitiua, ſiue interlocutoria, debet fieri in loco, in quo conſuetum eſt pronontiari, vt not. C. de ſen. & interlo. l. cum ſententiam præſidis. locus enim iudicij debet eſſe locus publicus, & ibi patet. ad hoc facit, quod not. Cyn. C. de contrahen. & com. ſtip. l. optimam. in 1. oppo. concludo, q niſi ſit ſeruatus locus maiorum, non tenet actus, nec eſt inducta præuentio: quia non intelligitur vſus, ſed abuſus iuriſditione, pro hoc facit. ff. qñ appe. ſit. l. 1. §. edendi. & ff. ſi quis ordo in bono. pol. ſeruetur. l. 2. §. dies. & vno loco certo, & determinato iure reddẽdo præfixo a conſuetudine, alia omnino loca cenſentur interdicta. ff. de iudic. l. ſi locus. ſed ſi ex conſuetudine locus eſſet arbitrarius, tunc valet actus, & eſſet inducta præuentio, & hoc in iudicibus ſecularibus. in eccleſiaſticis non operatur dictum capitu. cum epiſcopus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXIX.

1 *An fructus, damna, & intereſſe nominatim debeant peti in libello.*

2 *Sententia incerta valet in acceſſorijs, & lata etiam ſub conditione iuriſiurandi.*

Statuto cauetur, quòd turbans aliquem in ſua poſſeſſione puniatur in centum lib. & poteſtas omnia damna, fructus, intereſſe, iniuriam faciat reſarcire paſſo ſine mora, quæ ei contigerit venire occaſione prædicta integra iter, de quibus ſtetur ſacramento eius. Alio vero ſtatuto diſponitur, quòd cum interdum poteſtas in fin. officij gratiã faciens alicui proceſſus, & ſententias annullat, cuius occaſione commune Peruſi. defraudat, & delinquentes pœn. euadũt, ſtatuimus, quòd poteſtas, & capi. & maior ſyndicus, vel aliter eorum non poſſit audire, nec intelligere aliquem, qui diceret aliquem proceſſum, condemnationem, exbannimentum, vel ſententiam factam contra aliquem per quoſcunque offi. communis Peru. de aliquo maleficio, ſeu occaſione alicuius maleficij, quod diceretur eſſe commiſſum, vel iniquum, vel nullum, nec ſuper ipſis cognoſcere poſſit: & ſi cognouerunt, non valeat ipſo iure. Alio vero ſtatuto diſponitur, vt maleficia eſficacius puniantur; ſtatuimus, quòd ſi quis fuerit per poteſtatem, vel capi. vel iudi. iuſti. pro aliquo maleficio condemnatus quacunque pęna, per huiuſmodi ſententiam, vel condemnationem non poſſit ab ipſa condemnatione appellari, nec recurſum habere: & ſi appellauerit, vel recurſum habuerit, non valeat ipſo iure. & ſi per præſens capitulum iuriſdictioni, & officio maioris ſyndici, & iudicis iuſtitiæ quo ad ciuiles cauſas non intelligatur aliqoatenus derogari. Alio vero ſtatuto cauetur ſic, a ſententijs, & condemnationibus, & proceſſibus 1
eorum, de, & pro maleficijs commiſſis, non poſſit appellari, nec recurſus haberi ad iudicem iuſt. & dictus iudex non poſſit aliquem audire, nec cognitionem habere de prædictis, & nihilominus ſententia abſolutoria, ſiue caſſationis, & annullationis, ſi qua fieret per eum de prædictis, vel ſuper prædictis, non valeat, nec teneat, & nullum præiudicium communi Peruſi. faciat, non obſtanobus aliquibus ſtatu. ſeu ordinamentis loquentibus de officio dicti iudicis, & de recurſibus habendis, vel appellationibus interponendis: & non obſtat aliquo alio in contrarium loquente. Alio ſtatuto cauetur, quòd accuſato ſtatuatur terminus 8. dierum ad ſuam defenſionem faciendum, & poſtmodum poſſit procedere iudex ad receptionem teſtium abſente accuſatore, & non monito præſente, tamen accuſatore, vel eo abſente, tamen monito, vel citato ad receptionem teſtium, vel ad publicationem eorum, ad alios actus procedere poſſit, & ſuper his accuſationibus recipere poſſit omnes teſtes, quos accuſator dederit in accuſatione tẽpore dictæ accuſationis in ſcriptis, & non aliter ad petitionem accuſatoris: poſſit tamen poteſtas ex ſuo officio recipere quos voluerit, & crediderit ſcire veritatem de maleficio, non obſtante, quòd eos non dederit accuſator. Alio vero ſtatuto cauetur, quòd ſi quis ſuper aliquo maleficio teſtes producere voluerit, poſſit tempore productionis, accuſationis, & non poſtea inducere teſtes, quos voluerit, & quos crediderit ſcire maleficium: & ſuper accuſatione maleficij non poſſit plures, quàm decem teſtes ad iuramenta dicta producere. Si vero teſtes inducere voluerit ſuper aliquo maleficio, vel accuſatione vltra decem pro quolibet teſte, quem induxerit, antequàm iuret dicere veritatem, duos ſolidos communi Peruſi. ſoluere teneatur: quos ſi non ſoluerit, iudex tales teſtes non recipiat ad iuramenta, & ſi receperit, non valeant eorum dicta. Titius accuſauit Gayum, quòd turbauit ipſum in quadam ſua poſſeſſione, & ponit qualitates delicti in illa mẽtione facta de dãnis, expenſis, fructib. & intereſſe. & in cõclu-

ſione petit ipſum puniri, & condemnari ſecundum formam iur. & ſtatu communis Peruſi. Qui Gayus negauit prædicta. qui Gayus monitus fuit per iudicem, quòd ſingulis diebus, & horis interſit ad audiendum iuramenta teſtium, & alios actus fiendos vſque ad ſententiam: & licentiam dedit procedendi vſque ad ſentẽtiam, & aſſignauit ſibi iudex terminum dierum 8. pro quo fideiuſſit Sempronius. teſtes iurant ſuper dicta accuſatione poſt dictum terminum 8. dierum, & vltra numerum tn. plures 6. facta ſolutione pro quatuor, ſed confuſe. Et quidam recepti fuerunt ex officio iudi. non aliter requiſito dicto Gayo. Et quidam depoſuerunt vera eſſe contenta in accuſatione: non aliter interrogati de cauſa ſcientiæ. & teſtes dicti Gay dicunt, quòd dictus Gayus dixit, quòd tempore introitus poſſeſſio. dictæ rei intrabat tanquàm fideicommiſſarius teſtamentarius Martini. Iudex condemnauit dictum Gayum in centum lib. communi Peruſi. & in damnis, & intereſſe, & fructibus, & expenſis dicto Titio. a qua condemnatione dictorum damnorum, & intereſſe, & expenſarum, & fructuũ dictus Sempronius fideiuſſor appellauit ad iud. iuſtitiæ, & ad appellatio. vel ſaltem appellauit a taxatione eorum: in qua taxatione dictus Titius iurauit de prædictis. Modo quæritur; vtrum iuſte fuerit condemnatus Gayus. ſecundo, an procedat appellatio interpoſita per dictum fideiuſſorem a dictis damnis, intereſſe, expenſis, & fructibus: & an iudex appellatio. in prædictis procedere debeat. Et pro parte dicti fideiuſſoris dicitur, quòd ſententia non valet: tum quia teſtes iurauerunt poſt terminum: tum quia eorum probatio non eſt luce meridiana clarior, cum rationem non reddant teſtimonij, quæ poteſt eſſe multiplex. & ſic opinatur, vel quia ſic audierunt dici, vel ſic fama laborat &c. tum quia nõ fuerũt ſoluti ſolidi duo: tum quia fuerunt accepti plures, quàm iuriſdictio poſtulat: quia cauſa fideicommiſſariæ excuſat eum a dolo: tum quia dictus fideiuſſor non videtur fideiuſſiſſe in dictis damnis, expẽſis, intereſſe, & fructibus: tum quia iſta eſt criminalis: tũ quia iſtud iuramentum probatorium debuit præſtari ante ſententiam: tum quia nõ poſtulatum, nec deductum aliter de dictis fructibus, damnis, expenſis, & intereſſe. quæritur, quid iuris

1 ſuper quolibet prædictorum per ſe. † Quo ad primum punctum, vtrum fructus damna, & intereſſe nominatim peti debeant in libello: glo. ordin. dicit, quòd damna petita veniunt, quando ante litem conteſtatam contigerunt. ita dicit glo. in l. ſi quis miſſum. §. fin. ff. de damn. infec. Cyn. dicit plus, quòd ſi ſunt talia damna, quorum quantitas poſſit ſpecificari, quòd debet ſpecificari in libello. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. cum propria. per Cyn. Guliel. de Cu. dicit, quòd intereſſe, poſito, quòd veniat de natura iudicij, tamen non venit, niſi petitum ſit in libello, per l. 4. §. hoc iudicium. de damn. infec. ff. de ædil. edi. l. ediles. §. Item ſciendum. ita not. Guliel. in l. 2. ff. de eo, quod cert. loco, quia ſic ſuppleret de facto, quod non poteſt. C. vt quæ deſunt aduoca. partium. l. 1. Multo fortius oportet peti, ſi non veniat ex natura iudicij, ſed extraordinaria diſpoſitione ſtatuti, vt eſt in caſu noſtro. Sed his obſtat, quòd in criminali non requiritur petitio, id eſt concluſio, vt not. Cyn. C. de fal. l. nec exemplum. quia lex concludit. Item quia vbi agitur contra violentum, non eſt neceſſaria ſpecificatio fructuum, vt no. Inno. in cap. grauis. de reſtitutio. ſpolia. Et quando pœna criminalis, & damni refectio veniunt ex eadem l. iudex incidenter facit damnum emendari ex eadem inſtantia. ff. de calumni. l. ſi ab eo. ff. de var. & extraor. cogn. l. medicus. nec apparet ex illis legibus, quòd fuerit hoc petitum in libello. Præterea ſatis videtur eſſe petitum, dum petijt puniri, & condemnari ſecundum formam ſtatut. ſicut ſi diceret, iuſtitiam fieri peto, vt extra de or. cog. c. cum dilectus. Sed reſpõdeo, eſto, ꝙ non fuerit neceſſe concludendo ſpecifice petere, fuit tamẽ neceſſe proponere, quia facti ſunt, & in facto conſiſtunt, & ſe habent ad eſſe, & non ad non eſſe. Et hoc, ꝙ ſit verum, oſtẽditur, quia probare eam oportet ſaltem per iuramentum: ſi oportet probare, ergo & proponere. quod certe ante ſententiam fieri debet, aliàs eſſet opus nouo iudicio ſuper intereſſe, & dãnis: & noua probatione citata parte, ſicut dicimus in l. 1. in prin. ff. de actio. emptio. de rei vend. l. qui reſtituere. vel eſſet ſopita petitio eorum, vt l. terminato. C. de fru. & li. expen. Primum eſt verius, quando iure actionis veniunt. ſecundum vero procedit, quando officio mercenario tantum veniunt. l. Paulus. de re iudi. in omnibus enim acceſſorijs eſt idem, quod in expenſis. vt not. ff. de arbit. l. quia arbiter. Reuertor ad propoſitum, & dico, quòd ante ſententiam probari debuerunt damna de præterito, ſaltem per iuramentum, vt ſtatutum diſponit. hoc patet ex not. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentum. quia lex dicit, quòd iudex concludat condemnationem taxatæ quãtitatis. C. de inuti. ſtipu. l. 3. aliqua ergo fides debuit fieri prius

2 de intereſſe. † ſed dicet aliquis, verum eſt, quòd iudex debuit ita facere, tamen ſi tulit ſententiam incertam, valet in iſtis acceſſorijs, vt not. inſtitu. de actio. §. curare: & potuit etiam ſententiare ſub conditione iuriſiurandi. Quia eſt conditio intra naturam iudicij. C. de rebus credit. l. generaliter. & not. C. de ſententijs. l. cum iudex. mihi videtur, quòd cum non ſit neque neceſſarium, neque petitum, neque probatum, quòd condemnatio ſit nulla, quia lata ſuper eo, de quo non fuit ventilatum, nec intentatum. C. de fideicommiſ. libe. l. fin. † Et licèt

3 ſtatutum impediat cognoſci de nullitate, tamen quando nullitas apparet ex recitatione ſententiæ, & libelli in ipſa recitati, iſtud non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe, nec audire, ſed auditum eſſe. Cum igitur ſententia non habet eſſe, nec figurã eſſe, ille, qui nõ poteſt audire ſuper nullitate, quæ indiget probatione facti, de ea tamen, quæ per ſe patent, habet ſuam conſcientiam informatam, & ea tali ſententia ius reddere nõ põt. ff. de ferijs. l. ſi feriatis. ff. de pœnis. l. 2. hoc apparet in executore, quia videns ſententiam ipſo iure nullam non debet exequi. ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus. quandoque facit vt iudex, quandoque non facit vt iudex cognoſcens, ſed vt bonus vir. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. fina. facit quod no. Innocen. de iudic. cap. de cætero. Item cum ſententia loquitur, videtur loqui tam victor, quàm victus: quia vtriuſque partis confeſſionem, ſeu aſſertionem continet. & ideo ſi non facit pro actore, actor videtur fateri, quòd non facit pro eo. & quicunque eam producat, communis eſt, ſicut dictum teſtis. vnde ſi non auditur agens de nullitate vt agens, tamen ſententiam debet iudex legere, & vires ſuas diſcutere, coram quibus eſt quæſtio: quaſi ipſa ſententia habeat vim viuæ vocis vtriuſque partis, vt C. de edendo. l. is, apud quem. ſi eſt nulla, non exequetur, & iudex ad quem pronuntiabit ſupernacue actum de nullitate coram ſe, cum ipſe de hoc iudicare non poſſit. ſubdet tamen, ꝙ per hoc non confirmat, nec infirmat eam: quia vbi iudicialis audientia denegatur, quicquid proponitur, extra iudicium proponi videtur, cum ad iudicij vigorem pertinere non poſſit remoto iuſdicente. Certe aduertendum eſt, vtrum ſententia lata in criminali fundetur ſuper ſtatuto, vel per ſe, vel de ſimilibus ad ſimilia: an non fundetur ſuper eo, vt quia iudex dicit, quoniam inuentus eſt Titius ire de nocte, condemnatur ad mortem. Primo caſu non auditur appellatio, vel recurſus. Secundo caſu auditur actor: quia iudex, qui pronuntiauit, fuit in hoc priuatus, & non iudex: quia non habuit autoritatem publicam, quæ a ſtatuto naſcitur. facit quod no. in c. 1. de ſequeſtra. poſ. in clemen. porro. alius iudex non debet eſſe executor patentium errorum. ff. de teſta. tuto. l. 1. videtur modo & nouus iudex noua conditio. ff. de iudi. l. edi. & not. in l. 1. de iuris, & fac. ignoran. per Petr. & Cyn. Item in iſto ſtatuto fit mentio iniuriæ, & ſacramenti: & tam ex primo, quàm ex ſecundo videtur requiri dolus. primo patet. ff. loc. l. ſi quis ignorans. ff. de abigeis. l. 1. in fin. ff. de libe. cauſa. ergo de ſecundo patet. l. ſi quando. C. vnde vi. c. fina. quod metus cauſa. per Innocen. inſtitu. de verbo. obligat. §. penulti. per glo. ff. de in lit. iuran. l. in acti. nam contra culpabilem ceſſante dolo vero, vel præſumpto opus eſt teſtibus circa probationem intereſſe, & damnorum. ff. ad legem Aquiliam. in l. Aquilia ſi delatum. ff. de eden. l. ſi quis ex argentum. cum autem & de iure communis vis turbatiua non videtur puniri, niſi rationi doli, vt not. ff. de actio. & oblig. l. ſeruus. ſuper verbo facinus. in omnibus ergo iſto in ſtatuto requiritur dolus, & condemnatio facta, vbi non eſt dolus, non fundatur in iure communi, nec in ſta-

4 tuto. † Sed cõtra hoc apponitur, quia in omni inuaſore, & turbatore præſumitur dolus. C. vnde vi. l. fin. nec excuſat tit. niſi habeat poſſeſſionem. ff. de acq. poſ. l. qui ex ſtipulat. nec excu

ſat oſti.

ſat officium, vbi actus includit maleficium: quia certe id non
videtur mandatum, nam turpe, & pœnale indafinito manda-
to nõ includitur; nemo enim ad crimina exequutoré, vel procu-
ratorem conſtituiſſe cenſetur, ſed ad ea tantum, quæ põt de
5 iure mandari. ff. de condi. indeb. l. ſi procurator. † ſed reſpon-
deo, q officium non excuſat maleficium, ſed tñ inducit præ-
ſumptionem, q non ſit maleficium, niſi tñ euidẽter appareat
contrarium, vt not. ff. de rei ven. l. ſi rem. §. tignum. ff. de inſa.
6 l. athletæ. §. calumni. C. vnde vi. l. meminerint ſcũ ſi. † Dubitat
aũt, vtrum prohibita appe latione, & prohibitione de nullita
te a ſententia lata occaſione maleficij poſſit appellari a taxa-
riona damnorum, & expenſarum, vel intereſſe. Conſiderandũ
eſt hic, q quandoqua ab æſtimatione accuſatio formatur, &
condemnatio moderatur, vt ſi quis fecerit furtum a decem li.
ſupra fuſtigetur, & ex ea ſententia taxationis iſtius ſummæ nõ
poteſt appellari: quia ſuper ea fundatur pœna criminalis. quã
doque venit acceſſorie, & examinari poteſt ſeorſum a crimi-
ne: quia eſt quæſtio calculi magis, quam maleficij. ff. de dolo.
l. ſabinus. & eſt incidens, tũc q poſſit appellari tanquàm ab in
terlocutoria, vt ſic dicamus, quòd taxatio iudicis ſit quædam
interlocutoria. hoc ponit in ſimili Gul. de Cu. ff. de mino. l. ſi
ex cauſa. §. nunc videndum. ſimiliter poſt decem non appella-
tur a ſecunda ſententia, quæ eſt exequutio primæ, niſi propter
exceſſum modi. iuxta not. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exce.
§. hæc autem actio. ad hoc facit. ff. de confeſ. l. cum fideicom-
miſſum. nec obſt. ff. de rei vendi. l. ex diuerſo. §. 1. vbi dicit eo
dem errore de fructibus: quia illud eſt verum, niſi appelletur,
iuxta not. in l. fin. C. quando prouo. non eſt neceſ. Si confeſſus,
& conuictus non appellat, niſi confeſſi tantum in confeſſione
perſeuerant, vt in c. Romana. de appellatio. lib. 6. niſi ab exceſ
ſu modi. de verbo. ſigni. l. aliud. §. inter malum. & l. ſi qua pę
na. Quæſtio denique expenſarum, & damnorum eſt ciuilis in
cidens criminali, & ideo appellatio prohibita fauore reipubli
cæ diſciplinæ in criminali non videtur prohibita in ciuili: etiã
etiam hic interueniat procurator, & ſapit naturam ciuilium
7 cauſarum. C. ad l. Flauiam de plagia. l. præſes. † ſed contra hoc
facit illa dictio, occaſione &c. nam hæc dictio latiſſime patet
vnde dicit textus, non ratione, ſed occaſione contigit. ff. de iu
reiuran. l. Labeo. omne enim, quod ordinatur ad aliud per ſe,
vel per accidens, vel ordinatur ab aliquo per ſe, vel per acci-
8 dẽs, dicitur occaſio. † Cauſa vero proprie dicitur id, qđ ad ali
quid per ſe ordinatur. l. verum eſt. ff. de fur. & l. ſi mulier. ff. re
rũm amota. ſed reſpondeo, quædam eſt pœna propria malefi-
cij, quædam eſt pœna contumaciæ relata ad maleficium, & a
neutra iſtarũ poteſt appellari, licèt ſecunda veniat occaſiona-
liter, & non principaliter. ſed quædam non concernit punibi
litatem, ſed rei perſecutionem, & ſi in hac iudex errore, vel in
iuria tranſit terminos rationis, ęquum eſt, quòd reducatur ad
modum, argu. ff. de vſur. l. placuit. quia vt dixi, in hoc ſenten
tia eſt ciuilis, & parit ciuilem actionem in factum, vt not. Inn.
in c. fin. litibus de dolo, & contu. cum ſi eſſet mera criminalis
ciuilem actionem ita male pateret parti, ſicut pirum neſpilam.
ff. de pact. l. ſi vnus. §. pact. ne peteret. verſi. ſed ſi pactum con-
uentum. hæc ſententia æquitatem habet, & eſt ciuilis, quia
in poſſeſſorio non appellatur, tamen ab iniqua taxationa, &
iuramento appellabitur: quia non appellatur a condemnatio
ne, ſed ab exceſſo modi, vt notat Inno. in c. fin. quod met. cau
ſa. vbi plene de hoc; hic tamen eſt conſiderandum, quia ſtatu
tum remouet omnem recurſum non ſolum a condemnatione
ſentẽtiæ, ſed etiam a proceſſu. iſta taxatio eſt, quòd proceſſus,
& tanquàm proceſſus reuocatur contrario imperio, ſi eſt in-
iuſta. dicit ibidem Inn. ſecit. de accuſa. c. qualiter. el 1. Sed val
de ob. quia ſecundum hoc iudex appellationis poſſet declara
re nihil intereſſe. Nã quod nihil eſt, minus eſt, ſi nihil intereſſe
accuſatio turbatæ poſſeſſionis nõ proceſſiſſe ſe declaratur. ff.
ad l. Aqui. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi olim. ſed ad hoc tamen, q il
la loquitur in ciuili, hæc in criminali; ſatis eſt enim contra te,
ſi mihi iniuriam facis me turbando. ff. de iniur. l. iniuriam. §.
fi. & ſic per iſtam appellationem non venimr ad pęnæ crimi-
9 nalis retractionem. † Super vltimo de fideiuſſore conſideran-
dum eſt, vtrum fideiuſſerit determinate, an in omnẽ cauſam,
quæ ex iudicio naſci poſſet. ff. loca. l. quæro. ff. de fideiuſ. l. pro

ea. §. ſi nummos. l. fi. ff. de in lit. iur. & l. 1. ff. de eo, quod cert.
loco. l. centum capuæ. & l. fi. §. 1. ff. ad municipales. l. libertus.
§. fin. cum multis ſimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXX.

1 *An ſubſtitutio facta per verbum, accipiunt. ſit directa, vel obliqua.*

In facto proponitur, q Thomas Iacobini de Treuio
ſuum condidit vltimum teſtamentũ, in quo
inter cętera reliquit Roſæ vxori ſuæ ſer Lucæ Vannis de Tre.
a 5. flo. auri. Item fecit ſuos executores Maſcium Nic. manen-
tem Petrutij, & prædictum ſer Lucã, & in omnibus alijs ſuis
bonis Margaritam eius filiam ſibi hæredem vniuerſalem inſti
tuit, & fecit. & ſi dicta Margarita eius filia deceſſerit in pupil-
lari ætate, vel poſtea quandocunque ſine filijs legitimis de ſe
natis, reliquit de bonis ſuis ſupradictis maſchio Nicolao ma-
nenti, & ſer Lucę fideicommiſſarij. 100. floren. auri pro quo-
libet eorum iure inſtitutionis. & in his ipſos, & quemlibet ip
ſorum ſibi hæredem inſtituit, volens, quòd de bonis ſuis plus
petere, ſeu habere non poſſit. & omnia alia ſua bona voluit, &
mandauit dictus teſtator, quòd vendantur, dentur, & diſtri-
buantur inter pauperes Chriſti de Treuio, vel eius diſtrictus,
vel partem ipſorum, & pro pia loca dicti diſtrictus Treuij, vbi
melius videbitur, & placebit eis fideicommiſſarijs. Poſt quæ
mortuo dicto teſtatore deceſſit dicta Margarita in pupillari
ætate ſine filija ſuperſti. Roſa, & ſer Luca prędictis eius auo,
& auia, & in gradu proximioribus. Modo quęritur, an prædi-
ctus ſer Lucas, & Roſa vltra ſupradicta relicta eis facta, poſ-
ſit aliquid conſequi, & habere de bonis, & hæredi. olim Mar-
garitę prędictę. pro quorum declaratione primo eſt videndũ,
an prędicta ſubſtitutio facta prędictę Margaritę per dictum
Thomam eius patrem fuerit pupillaris, vel fideicommiſſaria.
5 & videtur † primo, quòd dicta ſubſtitutio fuerit, & ſit pupil-
laris: quia in verbis ſupra poſitis in prædicta ſubſtitutione de
bet intelligi, quòd fideicommiſſarij accipiant dicta bona, &
vendant, dent, & diſtribuant inter pauperes de Treuio &c.
vt not. glo. in l. alio. in fin. primæ glo. de alimentis, & ciba. le-
ga. ſed illud verbum, accipiant. eſt verbum directũ, ergo &c.
Præterea fideicommiſſarij habentur loco hæred. vt not. glo.
in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcopis, & cleri. & in Spe-
cu. de inſtrumen. edi. §. nunc vero aliqua. verſicu. item pone,
quòd aliquis. cum pluribus verſic. ſequen. ergo videtur, quòd
cum dicti fideicommiſſarij capiant de manu ſua, & non de
manu alterius, quòd prædicta ſubſtitutio fuerit, & ſic pupil-
laris. & iſtam opinionem firmat domi. Barto. in l. fundi treba.
de vſufruc. lega. in vlti. quæſtio. & in l. centurio. ff. de vulga. &
pupilla. in 2. princip. quęſtio. In contrarium videtur, & iſtud
credo verius, videlicet, quòd prædicta ſubſtitutio ſit fideicõ-
miſſaria. probatur per tex. in l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vul-
ga. & pupilla. & ibi per Iacob. de Are. & per Cyn. C. de impu.
& alijs ſubſtitu. l. precibus. ibi, Si autem fiat iſta compendio-
ſa a pagano, ſi quidem per verba: rogo reſtituas, ſiue dicat per
hęc verba: infra pupillarem ætatem, ſiue quandocunque de-
ceſſerit, fideicommiſſaria eſt, & non directa, vt ff. eodem l. co-
hæredi. §. cum filię. & ibi per eum &c. Eſt enim facta prędicta
ſubſtitutio per verba mera obliqua, vt ſupra patet ibi, & om-
nia alia ſua bona voluit, & mandauit dictus teſtator, quòd vẽ
dantur, dentur, & diſtribuantur inter pauperes &c. quę ſunt
verba obliqua, per l. 2. C. communia de lega. & l. ſi quis lega-
uerit. ff. de vſufruc. & l. fund. treb. ff. de vſufruc. lega. & l. eam,
quam. C. de fideicommiſ. & quod in dictis legibus not. Non
obſtat, quod ſupra dicitur in prædicta ſubſtitutione, ſubintel
ligitur verbum, accipiãt &c. vt no. in pręallegatis legib. nam
poſito, ſed non conceſſo, q hoc eſſet verum: tamen nihil ad rũ
bum, cum prædicti fideicommiſ. non accipiant ad ipſorum
vtilitatem, cum ſint meri exequutores, vt l. ſi quis Titio. ff. de
leg. 2. & in Specu. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. verſicu.
item ſi teſtatori. præterea poſito, quòd accipiant, cum ſtatim
reſtituant pauperibus, non dicuntur accepiſſe, cum non dica
tur verſum, niſi duret verſum, vt l. ſi pro patre. §. verſum. ff.
de in rem verſo. & l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolu. non obſt. q dici-
tur, quòd prædicti fideicommiſſarij habẽtur loco hæredum.

nam dico, quòd non habentur loco hæredum quo ad omnia, vt not. in præallega. l. ſi quis Titio decem. & l. ſi quis ad declinandam. §. licentiæ. C. de epiſco. & cle. ſunt enim hære. nomine, non re, & ſic obſtare non habet prædictis ſer Lucæ, & Roſæ ano, & ſuiæ Margaritæ prædictę. argumen. l. 1. §. ſed ſi ſint. ff. ad Tertul. ibi, ne nudum nomen ſui hære. noceat matri &c. his præmiſſis dico breuiter ad quæſita de iure dicenda, quòd cum prædicta ſubſtitutio facta per dictum Thomã prædictæ Margaritæ ſuæ filiæ fuerit, & ſit fideicommiſſaria, quod prædicti ſer Lucas, & Roſa habere debent legitimam prædictæ Margaritæ debitam iure naturæ in bonis olim dicti Thomæ, quæ eſt pars tertia omnium bonorum olim dicti Thomæ prædicti. reliquæ autem duæ partes vendi, dari, & diſtribui debẽt per dictos fideicommiſſarios inter pauperes de Treuio, ſecundum voluntatem teſtatoris prædicti. iſta probantur per l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupilla. & in l. 2. §. fin. ff. de iure codicil. & C. de inoſ. teſta. Auth. nouiſſima. & in corpore Auth. de trien. & ſe. §. ſingula ſingulis referendo. Ego Bald.

CONSILIVM CXXI.

1 *Finito tempore deſtinato ad vſufructuandum non datur ad id aliud tempus, ſed intereſſe poſtulatur.*

1 Sublata † finali cauſa detentionis. i. finito tempore amplius non capturo nõ debet amplius detentator in poſſeſſione reſidere. ff. ſi certum petat. l. ſi quis nec cauſam. §. finali. ff. de vſufructu legam. l. ſi vſufruct. mihi biennium. & ideo in dicta detentione iam extincta curſu temporis non debet reponi: aut ſolo momento debet reponi, vt ſatisfiat ſtatuto. & ſi reponeretur ſtatim, & immediate, debet reſtitui poſſeſſio vero poſſeſſori, videlicet dictæ dominæ Helenæ: vt in c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſionis. & ſic vna manumittit agentem, alia extramittit. per hoc autem non præiudicatur hæredibus conductoris, quin a locatore, vel hæredibus eius poſſint petere ſibi debitum, ſi quod eſt, nõ autem poteſt petere ſe remitti ad poſſeſſionem per tantum tempus, quantum fuit conſtitutum: ſi conſtitutum iam ſit elapſum dictis iuribus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXII.

1 *An in cauſa matrimoniali habeat locum delatio iuramenti in ſupplementum ſemiplenæ probationis, et quid ſi cauſa ſit matrimonialis.*

1 Quia † vnus teſtis de veritate depouẽs implicat aliquã diuerſitatem: quia primo dicit, ꝙ dixit ipſi Nouercæ, ſi volebat dictum Ioan. pro ſuo legitimo viro: quæ reſpondit, & dixit, quòd ſic; etiam dixit dicto Cecho, ſi tibi placebat dicta Nouerca pro ſua legitima vxore, qui reſpõdendo dixit, ꝙ ſic. quibus dictis dicti Cechus, & Vanneta inſimul tetigerunt ſibi manus, & obſculati ſunt. quæ verba ſonãt fœdus matrimonij contractum fuiſſe, & poſtea ſubdit, promittẽs ſe inuicem, videlicet Cechus accipere dictam Vannetam in vxorem, & dicta domina Vanneta dictum Cechũ accipere in maritum. quæ verba ſonant ſponſalia de futuro matrimonio, & non de præſenti. huic teſti tanquàm non integro, & vacillanti, non do fidem: & maxime in cauſa tam ardua, ſicut eſt cauſa matrimonialis. & quia non interuenit annullus, nec aliqua conſueta fieri in forma eccleſiæ, & ideo iuramentum deferri non debet, iuxta not. de iureiurau. l. 3. §. quæcunque. & extra eo. c. mulieri. & in c. cum ſunt partium. de reg. iu. li. 6. in Authen. qui. mo. na. eſſi. lega. §. quant. col. 6. veritas tamen apud Deum mutari non poteſt, & ideo non eſt danda, nec denegãda mulieri, vel viro licentia nubẽdi, ſed ſuæ conſciẽtiæ relinquẽdi.

Ad idem. CONSILIVM CXXIII.

Cauſa matrimonialis eſt ardua, & in ea non fertur ſacramentum ex vno teſte, iuxta no. extra de iureiurau. c. mulieri. & c. ſi. & de reg. iu. c. cum ſunt partium. lib. 6. & l. 3. §. quæcunq;. ff. de iureiu. & not. ff. de ven. in poſ. mit. l. 1. §. ſi ea. dum gl. dixit vxorem. plene enim probari oportet. Hoſt. tamen dicit, quòd vnus teſtis multum honeſta perſona, & bonæ famæ, & ſimiliter actor, quòd poteſt deferri ſacramentum, in d. c. mulieri. & ibi Ioan. And. in addi. ſuis antiquis. & quia fama conſonans præſumitur vera, & addit credibilitatem dicto teſtis, & eſt quoddam veſtimentum eius, & calefacit ipſum dictum, vt aliquid pariat, vltra quàm pareret, ſi eſſet per ſe nudum. l. teſtium. §. eius debet quoque. ff. de teſt. Cõſideranda eſt etiam paritas perſonarum, & alia, quæ dicuntur bona exteriora matrimonij: puta diuitiæ, iuuentus, pulchritudo, ex quibus ſi ſe mutuo iuuant, epiſcopus informat in ſui motum, & poteſt procedere ad delationem iuramenti. & ſic eſt arbitrium ſecundum Hoſt. ſcrutetur epiſcopus arcana ſuæ cõſcientiæ, & ſequatur animi ſui motum: quia in arbitrarijs permiſſum eſt ſibi de facto ſupplere modo prædicto, & quibuſdam alijs. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXIIII.

1 *Emo mihi, & Titio, & emo pro me, & Titio. differūt inter ſe.*

1 Omnia Agsta habet ius, † quia multum refert, vtrũ verba ſic concipiantur. emo mihi, & Titio. & tunc loquitur lex fundus ille. ff. de contrahen. emptio. per antea alleg. per vos. an verba ſint ita concepta. emo, recipiendo pro me, & Titio. & tunc etiam in perſona Titij valet, ſi ratificat: quia procuratorem eius me fecit. ff. de actio. emptio. l. Iul. §. ſi procurator. de hoc not. de actio. & oblig. l. quæcunq; gerimus. ff. de lega. 1. l. huiuſmodi. in princip. in l. 1. ff. de ſtipu. ſer. & in §. alteri. cum ſimilibus. Et ita fuerunt verba concepta in caſu noſtro. Vnde contractus valuit in vtriuſq; perſona, nec eſt hic ſimulatio, ſed volũtas fratris conſulentis ſoluti ſuę, cui etiam poterat expreſſe donare. & ſic non ob. quod no. ff. de do. inter vir. & vxor. l. vxor marito. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXV.

1 *Conſuluit de iure circa ſubſtitutionem quandam, an ſit directa, vel obliqua, ſed non apparet de forma ſubſtitutionis.*

1 Ego † ſuper iſto puncto ſcripſi in l. Centurio. recitando Bar. & tenendo, quòd ſi dicta diſtributio temporũ eſt facta, & alia verba patiuntur, quòd ſubſtitutio ſit directa: tunc cenſebitur eſſe pupillaris ante tẽpora puberta. & ad hoc poſſunt induci omnes rationes, quas ponit Ioan. And. in c. ſi pater. de teſt. lib. 6. Et not. Cyn. in additio. in l. precibus. formans quæſtionem abſque temporum diſtinctione, teneo eam eſſe fideicommiſſariam per multas rationes. & quia iſta quæſtio ſtat finaliter ſolum in intellectu capituli cum tibi. extra de teſtamentis. vbi dicitur, quòd qui voluntatem ſuam in alterius diſtributoria diſpoſitione committit, videtur illum hæredem tacite inſtituiſſe. quæ vltima volũtas vocatur diſtributio diſtributoria ad pias cauſas, interpretata ſecundum Inno. Et non dr̃ inſtitutio hęredis ſimpliciter: quia nullum commodum, vel incommodum inde ſequitur. & ſi nõ facit inuentarium, non ideo tenetur inſolidum creditoribus, & alijs legatarijs. Tamen ſciendum eſt, quòd quandoque iſte executor relinquitur nullo alio inſtituto hærede, & tunc loquitur c. cum tibi. quandoque alio inſtituto hęrede vniuerſali, & tunc certe iſte non eſt hæres, ſed nudus miniſter. ff. de lega. 2. l. ſi quis Titio. cum ſimilibus. Ita autem fuit hic, quia alius fuit hæres vniuerſalis inſtitutus, ſcilicet Margarita filia teſtatoris. conſidera; verum eſt, quòd in primis tabulis fuit alius inſtitutus, ſed in ſecundis tabulis nemo alius fuit vniuerſaliter ſubſtitutus: ergo executores intelliguntur in ſecundis tabulis inſtituti, & ſic ſubſtitutio eſt directa, & mater Margaritę pupillę excluditur per iſtam interpretatiuam pupillarem ſubſtitutionem, vt l. precibus. C. de impu. Et quia diſtinctio temporum debet aliquid operari, vt ibi not. Sed ad hoc reſpondeo: quia nego, qđ hic fecerit ſecundas tabu. non enim apparet, ꝙ voluerit filio teſtari, nec de bonis filij: licèt in expreſſa directa tacite accedat, vt not. in l. 1. ff. de vul. ſub. & l. ſi ita. §. ſi filio. de ſecundis tabu. tamen in dubia ſubſtitutione ſecus eſt, pręſertim quãdo mater eſt in medio: cui iure naturę deberetur legitima, a qua eſt iniquum ipſam excludi, & cõtra omne ingenium pieta. ff. de inoſ. teſt. l. nam & ſi parentib. nec ob. temporũ diſtributio, quia nihil operatur in fideicommiſſaria, ſed in directa dubia. item omnia verba partitiua, ſeu diſtributoria rerum, vel quã-

titatum

titatum fideicommiſſum ſapiunt.ff.ad treb.l.cogi.§. generaliter.preterea ſi iſta legata intelligerentur relicta ſecundũ tabu.ergo ſi pupillus contraxiſſet debita, reſecarentur iſta legata,quia non dicuntur niſi deducto ære alieno teſtatoris.ſed ipſe pupillus dicitur teſtari, ergo &c. ſic pupillus poſſet curata iſta legata.de hoc in l.1.de tut.& ra.diſtra.Item ſuper debitis teſtatoris pone,ꝙ iſti executores tranſigerent: certe vr, ꝙ ſibi retinerent tanquam ex induſtria.ff. ad l. fal.l.3. ſed poſſet reſponderi,ꝙ iſti ſunt nudi miniſtri,& ſic pauperibus proſunt. C.de tranſac.l.ſi præſes. finaliter ſic dico,iſti non poſſunt eſſe hæredes pro pauperibus,quibus ſingulariter debet diſtribui. C.de hære.inſti.l.quotiens.nec poſſunt eſſe hæredes pro ſeipſis,ergo ſubſtitutio non eſt directa . Sed ad hoc reſpondetur, quia iſti diſtributores poſſent diſtribuere per quotas hæredita.imo etiam totam hęreditatem ea Trebel.dari vni pro loco,pura eccleſiæ, vel hoſpitali : ergo ſunt hæredes non ad retinendum,ſed ad reſtituendum. porro nemo hæreditatem ex Trebel.reſtituit,niſi hæres ſit.ff.ad Trebel.l.mulier.§.fina.reſpondeo,imo fideicommiſſarius,fideicommiſſario.ff. ad Trebelli.l.1.§.de illo.& §.ille vero.Sic ergo & commiſſarij, & fideicommiſſarij.Moueor etiam, quia in themate noſtro teſtator voluit vti verbo inſtitutionis,niſi in certis rebus,& reſpectu certarum perſonarum, & quibus ius accreſcendi prohibuit.ff.de hæredi.inſtitu.l.quo.§.ſi duo. de vulga. ſubſtito.l. cohæredi.§.fin.ex quibus, quanquam iſta quæſtio ſit ſatis dubia,arbitror iſtam ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam.& ita teneo,quicquid per Bart. & quoſdam alios dicatur in hoc paucto . Ego Baldus.

CONSILIVM CXXVI.

1 *Hypothecaria non agitur niſi facta excuſſione.*
2 *Vniuerſitas pauperum licèt ſit ſub epiſcopo, non trahit actorẽ ad epiſcopum.*
3 *Argui poteſt de cauſa ad perſonam.*

1 Vxor † agens hypothecaria occaſione dotis, ſi tantum agit ꝯ tertium poſſeſſorem, non debet audiri, niſi
facta excuſſione bonorum,quę poſſidet maritus, vt in Auth.
de fideiuſ.§.ſed neque. & auth.hoc ſi debitor.C.de pig. cum
ſi.Epiſcopus tanquam pater pauperum vẽdidit factis citidis,
& bannis generalibus. per hoc non pręiudicatur mulieri, in
dote maxime,quia non fuit nominatim citata,& quia ſciebat
ius ſuum durare.ff.de re iud.l.de vnoquoq;.de maior.& obe.
c.humilis.per Inno.C.ſi vt ſe ab hæred.abſtineãt.auth.ſi om-
2 nes.in Auth.de hære.& fal.§.ſi vero abſunt.† vniuerſitas pau
perum eſt ſub protectione eccleſię de foro eccleſiæ 1 tñ ſi no-
mine vniuerſitatis pauperum oporteat ad defenſionem acto-
ris comparere , non poterit trahi hęc cauſa ad epiſcopum in-
uito actore.ff. de iudi.l.venditor.C.vbi in rem actio.l.1. poſ-
ſunt tñ defenſores pauperum aſſiſtere liti, ne colludatur . ſed
non poſſunt clerici ſuſcipere in ſe iudicium animo nouandi,
ita intelligitur quod no. 11.q.1.c.clericum nullus. & in ſpe.
de.1.decreto.§.reſtat.ver.quid ſi dominus clericus eſt.& ver
ſic.ſeq.& facit quod tangitur per Bat. in l.procurator ad exi.
3 §.1.ff.rem ra.babe.poteſt † etiam dici,ꝙ procurator pauperũ
exceptiones , quas opponit pro ſuo intereſſe in foro ſecula-
ri,poſſit petere remitti probandas apud epiſcopum : non ta-
men ꝙ epiſcopus pronunciet arguendo de cauſa ad perſoná.
de or.cog.cap.tuam. Ego Bald.

CONSILIVM CXXVII.

1 *An fructus extenuent dotem, vel ſint loco alimentorum, vel veniant reſtituendi.*

1 Quoniam † quicquid accedit ſorti,eſt vſura.vt l.
rogaſti.§.ſi tibi.ſi cer.pe.& dictũ Cor-
tumum fuit in fraudem vſurarum . certe quicquid percepit
dictus Paulellus,diminuit ſortem. nam etiã in dote reſtituen
da fructus percepti ex pignoribus ſortem diminuunt.ff.de ſo
lu.l.titia.ſed ꝯ hoc facit: qa vxor, & filij eius matrimonij dñr
ali ex dote,vt C.de rei vxo.act.l.rem in præſenti.§. exactio. &
vulgariter iſta appellantur alimenta dotis : & de conſuetudi-
ne præſtantur.Sed iſtud eſt verũ conſtãte matrimonio in ca
ſu l.ubi adhuc.C.de iure do.Item in caſu ſoluti matrimonij,
ſi vxor,& filij non haberent alias, vnde ſe alerẽt, ſed vbi filius
eſt robuſtus,& habeat vnde ſe alat,dicit Bart. in l. inſulam.§.
uſuras.ſol.mat.vſuras,ſeu alimenta non deberi . quicquid ſit
in caſu pignoris,extenuat debitum,& ſi deberentur alimenta
dotis,primo extenuant alimenta,deinde dotis corpus. ſi autẽ
non debentur,extenuant id,quod inueniunt extenuandum.i.
ipſam ſortem principalem . In alia cauſa quàm dotis non eſt
dubium,quòd fit extenuatio,& compenſatio fructuum cum
debito principali.iura ſunt vulgaria . Item in caſu noſtro pa-
ter non eſt in mora,quia ante emãcipationem plenum vſum-
fru.pater habebat.C.de bonis,quę libe.l.cum oportet.§.cum
autem conſtantiniana . & in omnibus aduentitijs vndecun-
que peruẽtis ad filium,dum erat in poteſtate patris,eſt idem .
Ego Baldus.

CONSILIVM CXXVIII.

1 *An debitores expulſorum, vel bannitorum ſoluentes fiſco liberentur a creditoribus.*
2 *Quomodo intelligatur , quòd hodie non præſumitur nouatio.*

Factum tale propoſuit, uidelicet ꝙ Bernardus Blan
ciciniis Monteflaſconi erat creditor Allegu
tij Salomonis ex cauſa mutui in quadam quantitate flor. pro
quibus a dicto Allegutio habuit pignora Valẽtia dictam quã
titatem,& ultra contigit etiam,ꝙ dictus Bern.fuit contentus
reſtituere dicta pignora,& illa reſtituit pro eo, qđ dictus Alle
gutius ordinauit volente dicto Bern. ꝙ tres ciues Montiſfla-
ſconis.ſ.Bar.magiſtri.Ioan.Bar.Cechis,& Antonius Iutij con
fiterentur ſe habere in depoſitum a dicto Bern. 150.flor.auri
ex cauſa depoſiti,illoſq; promitterent dicto Ber. reſtituere ad
omnem ipſius Bern.petitionem,& voluntatem.Bar. magiſtri
Ioan.Barth.Cechi,& Anto. Iutij licèt nullum depoſitum ha-
buerint, intrauerit promiſerunt uel alia cuiuſcunq; pecunię
numeratio,uel ſolutio facta fuerit: & tunc facta promiſſione
prædicta per prædictos Bar.magiſtri Ioan.Bar.Cechi,& Ant.
Iutij,dictus Allegutius pręſens,& intelligens,& audiente di-
cto Bern. recognouit ad eorum inſtantiam debitum dictorũ
115.flore.eſſe dicti Allegutij & eos pro ſe Allegu. confeſſio-
nem,prouiſionem de dictis 115.flore.feciſſe, quamuis nulla
numeratio,uel ſolutio pecuniæ tunc ante,uel poſtea interue-
rint inter dictos Bern.Bar. & Anto.poſt menſam, uel circa p̃-
fatus Bern.qui prius fuerat per plura tempora,& tũc erat ha-
bitator ciuitatis Montiſfla.cum licentia officialium ciuitatis
Montiſfla.de ciuitate prædicta receſſit,& iuit ad dictum ca-
ſtrum marthę: in quo caſtro ſtetit continue pluribus annis,ẽt
durante guerra inter britones,commune,homines,& habita
tores caſtri marthæ,ex parte una,& Romanam eccleſiam , &
cõe Montiſfla.ex parte altera. Cumq; dictus Bern.durante ip
ſa guerra ad Montemfal.locũ ſuæ citadinantię nõ rediret,ſed
potius continuam reſidentiam faceret in dicto caſtro marthę
rebelli,ut prædicitur,& teneret dictus Bern.prout tenuit,per
plures annos rochã dicti caſtri,ut caſtellanus dicti caſtri mar
thæ: reperitur,ꝙ idem Bern.per iudicem maleficiorum curię
generalis patrimonij fuit propter rebellionem ipſam,& occu
pationem dictorum caſtri, & rochæ condemnatus ut de cri-
mine læſæ maieſtatis:& ob cauſam dictę condemnationis, &
confiſcationis bonorum Bernar. ſententia per officiales dictę cu
rię,ꝙ dictus Allegutius erat principalis, & uerus debitor di-
cti Bern.compulſus,prout apparet in inſtrumento quietatio-
1 nis ſibi factę.† Antiqua quęſtio eſt, nunquid debitores expul
ſorum,uel bannitorum compulſi ad ſoluendum fiſco liberen
tur a proprio creditore.Et veritas eſt,ꝙ ſi quidem bona debi-
toris erãt confiſcata,ꝙ debitor liberatur,ſiue coactus ſoluat ,
ſiue ſpõte: quia in ius creditoris fiſcus acceſſerat,& ideo fiſco
ſolui debebat,cum fiſcus hr̃ loco hæredis,ut ff.de fideiuſ.l.ſi
debitori deportato.& no.eo.titu.l.ubicunq;. & ff.de noua.l.
quo.& l.nouatio.pro ſocio.l.actione.§.publicatione . C.ad l.
Iul.de oi publica.l.motoris . Si uero bona debitoris non erant
confiſcata, tunc aut ſoluit ſponte,& non liberatur.ff.de ſolu.
l.qui hominem.§.ſi nullo. & l. ſi creditor , aut debitor ſoluit
coactus,

coactus, & tunc aut fuit coactus per priuatam perſonam, & non liberatur, ſed habet regreſſum contra compulſorem. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. fi. aut fuit compulſus per cōe, vel publicos officiales, & tunc liberatur. ff. de leg. 3. l. Paulo Caliſmacho. §. fi. de annu. leg. l. liber. §. Lucius. ff. de leg. commiſſoria. l. fi. & ita no. per Cy. quod me. cā. l. 2. & per Barto. in d. l. creditor. & certe non eſſet dubium, ſi aliquis dictis Bern. vel Ant. ſoluiſſet, q eſſent a dicto Bern. liberati. ſed dubium eſt, quia nō ſoluerant ipſi obligati, ſed Allegutius olim debitor principalis, cuius debitum in ſe transtulerant dicti duo Bern. & Ant. per quorum obligationem, & cauſam debiti mutatā vr̃ facta nouatio. cum. n. prima cauſa eſſe mutui, fuit trāſlata in cauſam prætenſi depoſiti, quod fieri potuit accedente ſtipulatione ſolenni. C. ſi cer. pe. l. ſi ex pretio. ſit igitur Allegu. debitor principalis ex promiſſoribus datis, ſatisfecerat Bern. ſuo creditori, de pig. act. l. ſolutum. §. ſatisfactum. ſignum etiam liberationis fuit traditio pignorum, licèt hoc per ſe ſolum non liberaret debitorem, vt ff. de pac. l. poſtquā. ſi igitur Allegutius in nullo eſſet debitor Bernar. iniuria fuit facta Allegutio, non Bern. & officialis, qui perperam proceſſit, tenetur Allegutio. ff. de euic. l. ſi pignora. ff. de peri. & commo. rei vend. l. lectos. vel ſi pecunia perueniſſet in fiſcum, teneretur fiſcus. ff. de ad-
2 mini. rerum ad ciui. perti. l. 3. §. graui. † Et ſi dicatur, q hodie non præſumitur nouatio, vt C. de noua. l. fi. Reſpondeo, verū eſt cauſa non mutata, & eadem forma ſeruata: aliàs tacita nouatio præſumitur. ff. locati. l. cum in plures. §. lege in dicta. & ff. de preto. ſtipu. l. Valerianus. & no. ff. de noua. l. omnes. ſi igitur Allegutius non erat debitor, & illi, qui erant veri debitores, nihil ſoluerunt, ergo liberati non ſunt. ff. de condi. & de. l. ſi peracta cauſa. §. 1. & per conſequens Bern. in ſuo ſtatu repoſito pōt efficaciter conueniri. conſidera, q ex eo, q Allegutius non erat debitor Bern. erat debitor debitorum Bern. quia Bernar. habebat obligata bona dicto trium ex promiſſorum, & ſub hac hypotheca includebatur nomen Allegutij debitoris debitorum ſe, & ſua obligante, vt no. C. de here. ac. l. hæredem. C. quæ res pig. obli. poſ. l. nomen. Itaq; Allegutius adhuc tenebatur Bernardo ex nouo capite, ſcilicet ex hypotheca nominis. quapropter ſoluendo liberauit tam ſe, quàm eos, quos ad promittendum adhibuerat, vt ff. de neg. geſt. l. ſi liber. ff. de except. doli. l. ſi opera. Ex quibus aperte concluditur dictum Bernar. in ſua petitione iuſtitiam non habere, cum dicti Bartho. & Anto. tanquam liberati ſibi nullatenus teneantur. & illa, quæ allegantur pro Ber. non valent vnam muſcam, cum notorie eſſet hoſtis, & pro viribus iuris ad ſoluendum fuerit facta compulſio, & bonorum confiſcatio negari non poſſit. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXIX.

1 *An filius natus ex ſoluta extra domum, quæ non tenebatur vt concubina, dicatur naturalis, & an legitimatio facta de eo tanquam de naturali per habentem poteſtatem valeat?*
2 *Cæſar de iure, & de facto legitimat, & alteri hanc poteſtatē, & autoritatem dat.*
3 *Duobus modis filius dicitur naturalis.*
4 *Quis dicatur nobilis.*
5 *Legitimatus ad inſtantiam an excludat agnatos.*
6 *Ex donatione magnæ quantitatis an præſumatur, quis prodigus.*
7 *Donatio an poſſit reuocari propter graues iniurias, & atroces cruciatus illatos donatori.*

1 Factum † proponitur in terminis inſtaſcrip. do. Petrus do. Reamis de Salimben. & de Senis carens coniuge, adhæſit cuidam mulieri ſolutę, & ex ea ſuſcepit filium nomine Anto. an tamen cohabitauerit cum dicta muliere, & ad eam habuerit indubitatum affectum, ita q poſſet dici fuiſſe concobina, non ponitur pro conſtanti, qui dominus Pet. in proceſſu temporis poſt prædicta accepit in vxorem quandam nobilem mulierem, ſed per plures annos, antequam vxorem acceperit, fecit dictum Ant. eius filium legitimari, & natalibus reſtitui per honorabilem virum dominū Fran. Banni de Florentia, comitem palatinum habentem autoritatem ad hoc attributam ſibi per Sereniſſi. d. Principem Carolum 4. Rom. Imperatorem ſemper Aug. Poſtea per plures annos moritur dictus d. Pet. ſuperſtite dicto Anto. & nullo ſuperſtite alio filio, vel deſcēdente ex eo. qui Ant. poſt mortem dicti Petri donauit inter uiuos nobili viro do. Ray. de Salimben. quadam caſtra, & res, quæ fuerunt dicti do. Pet. & in hęreditate remāſerunt. de qua donatione patet in publico inſtrumento manu Ser Munelis Ser Iacobi Signato, & inſtrumē tum donationis, & ēt inſtr̃m legitimationis conſultori tranſmittuntur. proponitur autem, q dictus Anto. tpe dictæ donationis compleuerat annum 25. & q bona donata tranſcendabant quantitatem, & ęſtimationem 1000. flo. auri. In primis conſiderāda eſt comitis legitimantis poteſtas, ſiue autoritas. ſecūdo ipſius filij cōditio, ſiue qualitas. tertio patris militia, & nobilitas. quarto ipſa forma, ſiue actus legitimandi. quinto ius ſuccedendi. ſexto conſiderandum eſt, an talis, & tanta donatio valuerit, & maxime conſiderato ſtatuto cōis Senarū,
2 de quo in puncto fit mentio a me uiſo, & lecto. † Circa primum ſciendum eſt, q Cęſar de iure pōt, & de facto cōſueuit tam legitimare, quàm alteri hanc poteſtatem, & autoritatem dare, ut no. in Aut. qui. mo. na. eff. ſui. §. fi. coll. 7. extra qui fi. ſint legi. c. per venerabilem. facit quod no. in l. 1. de tu. & cura. dandis ab his. & tm̃ habet comes poteſtatem, quantum tenor literarum Cęſarearum concedit, vt extra de priui. c. porro. ff. de uulg. & pup. ſubſti. l. ex facto. in prin. debemus. n. verbis reſcripti ſeruire, & maxime cum limitant, vel modificant ipſius Principis beneficium. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito. extra de auto. & vſu pal. capi. ex
3 tnarum. Circa ſecundum ſciendum † eſt, q filius naturalis dr̃ duobus modis: vno modo legaliter, & tunc requiritur, q concubina ſit indubitato affectu in domo retenta in ſtigmate cōcubinę ab uxore parum diſtans, niſi in honore. ff. de cōcubi. l. in concubinatu. ff. de ritu nup. l. in libertis. de leg. 3. l. itē in legatis. §. patrui. & hoc introductum eſt propter habendā certitudinem prolis: alias de facili poſſent mulieres ſe confingere habere filios ex aliquo magno, & nobili viro, & ſucceſſiones noſtræ deuenirent ad extraneos, & alios, argu. ad hanc rationem de his, qui ſunt ſui iuris. l. filium: & C. de repu. l. conſenſu. §. 1. Alio modo dr̃ filius naturalis ſecundum vulgarem conſuetudinem loquendi. ſ. omnis baſtardus, qui naſcitur ex ſoluto, & ſoluta, etiam ſi naſceretur ex furtiuo amplexu, extra de elec. c. innotuit. nā in rei veritate non attenta iuris fictione iſte eſt naturalis, ſi vterq; parentum contentat de eo, quod ſit eorum filius, & pater cum indubitato effectu tenet eum in filium ſuum, & paterna eum proſequitur charitate nempe quantum ad deum, qui iudicat ſecundum veritatem. item ſecundum canonicam æquitatem iſte non debet dici ſpurius, & per matrimonium legitimatur. inſti. de nup. §. fi. extra qui filij ſiat legi. c. tanta. iſte ergo alius, de quo quæritur, ſecundū iuris ciuilis ſubtilitatem non eſt filius naturalis, ſed ſpurius, & ſecundum veram naturalitatem, & canonicam ęquitatē, & cōem vſum loquendi dr̃ naturalis. Et ideo pater, qui fecit eum legitimari ſub nomine appellatiuo filij naturalis, nō intelligitur eius tacuiſſe effectum, vel obrepſiſſe prętori, ſed naturaliter verum dixiſſe. & ſic legitimatio ualet uoluntate, po-
4 teſtate. ac forma concurrentibus actum. † Circa tertium ſciendum eſt, q in quibuſdam priuilegijs excipiūtur filij nobiliū, ut legitimari non poſſint. & tunc qui dicantur nobiles, an illi, qui dicuntur uulgo nobiles, an ſolummodo habētes dignitates, uel ex eis nati, poſſet diſputari, tamē ſatis puto inter nobiles computari eum, qui habet iuriſdictionem, & merum, & mixtum imperium ex priuilegio, uel ex conſuetudine non tyrannica. ſed de hoc non proſequor, cū in iſto priuilegio nō fiat iſta exceptio. Circa quartum dico, q forma, & actus legitimandi bene ſe habent: itaq; iuuenis iſte patris, & Principis dono legitimus eſt filius effectus. C. de na. li. auth. ſi qs. Circa
5 quintum dico, † verba iſtius priuilegij multum videntur eſſe diuerſa a ſimilibus priuilegij conſuetis: ſi quidē princeps hic voluiſſe vr̃, q per talem legitimationem non præiudicaretur agnatis, quominus proximus agnatus ſuccederet vnà cum legitimato, & ſic eueniret, q legitimatus haberet cohęredem quendam agnatum patris, ēt ad decimum gradum, ſi nō eſſet alius

alius agnatus proximior. quod multum exorbitat ab omni pa
tris intẽtione: & quia filius debet excludere vlteriores. in Au-
then. de hære. ab inteſt. in princi. nam prima cauſa eſt libero-
rum. ſed certe abſit, ꝙ ſanctiſſimus, & iure religioſiſſimus Cę
ſar errauerit. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. item pater Mar-
chus. qui enim circa Cęſarem ſunt, conſueuerunt eſſe ſapien-
tiſſimi, & de facto ita eſt ſemper. Vt ergo intelligamus verba
reſcripti, ſecundum quod eius nuntius. i. vicecomes. Impera-
toris legitimauit hunc non ſolum patri, ſed toti generi agna-
torum, vel tãquam agnatus ſuccedit alijs agnatis ſimul cum
patribus agnatis. patri vero ſuo ſuccedat ſimul cum filijs fra-
tribus ſuis, & deſcendentibus eorum, ſi qui alij ſint legiti-
mi patri ſuo: alias ſuccedat ſolus, & ſic ſub recto conſtructu
nihil ſequitur abſurditatis. ergo iſte legitimatus ſuccedit
inſolidum patri ſuo in bonis patrimonialibus, & in feudalib.
non ſuccederet, nec in dignitatibus, vt in col. ſi de feudo fue-
rit cõtrouerſia inter dominum, & Vaſſallum. naturales digni
tates potius retinentur beneficio Principis, quàm ſucceſſiona
parentis. Et ideo forte in mero, vel miſto Imperio non ſucce-
deret: quia omnis male natus eſt quadam facti infamia anno-
tatus: & dignitates nolunt polluí, ſed cum de conſuetudine
iuriſdictiones ſint patrimoniales, ita certe & tranſmittũtur,
6 ſicut reliquum patrimonium. † Nunc venio ad ſextum. ſ. ad
donationem: & videtur, ꝙ non valeat tanquàm facta notorio
prodigo. quis enim eſt maior prodigus iſto, qui tot, & tãta in-
conſulte effundit? ipſa ſui euerſione patrimonij totam ſuam
ſubſtantiam conſumens, & furioſum ſibi inueniens exitum,
nec patitur lex, ꝙ quis male vtatur ſubſtantia ſua. Sed reſpon-
deri poteſt, ꝙ omnium bonorum donatio ualet, ut not. C. de
pac. l. ſi. C. de reuo. dona. l. ſi quis. & l. ſi totas. nec dicitur ex
hoc prodigus inhabilis ad damnum, quia nõ erat ei per prius
bonis ſententialiter interdictum, de ver. ob. gl. l. is cui bonis.
cum ſua materia. Et ideo dolo, & machinatione ceſſantibus
talis donatio facta ab homine perfectę ętatis, ſanę mẽtis, apud
acta pręſidis, & in actis inſinuata valuit, & tenuit a principio.
7 † tamen aduertendum eſt, ꝙ propter atroces iniurias, vel cru
ciatus illatos donatario poſſet reuocari donatio non obſt. pa-
cto de non reuocando propter ingratitudinem: quia illud nõ
extenditur ad materiam delinquendi. C. de reuo. dona. l. ſi. C.
de decu. l. ſi ille. lib. 10. futura enim atrox iniuria pacto remit
ti non poteſt ſecundum quoſdam. Alij aliter dicunt. de hoc
non dico ultra, quia non facit ad factũ, nec voce viua aliquid
mihi fuerit narratum. Item eſt aduertendum, ne ſi iſte dona-
tor ex legitima vxore procrearet liberos, ne illi reuocarent ali
quo tempore, de reuo. don. l. ſi vnquàm. Et ideo bonum eſt in
hac cauſa inter iſtos dominos Magnos de Salimbenibus com
ponere, quia hincinde multa dici poſſunt. porro ſtatutum nõ
facit ad propoſitum, quia loquitur in minore 25. annis, ſecus
ergo in maiore, vt ff. de nouat. l. doli. §. diuerſum. & pro nunc
hæc dixiſſe ſufficiant. & uidetur mihi, quod alias fuerim in-
terrogatus, tñ non bene recordor, nec potui inuenire in meis
memorialibus. Et eſt aduertendum, ꝙ licèt donatio valuerit,
tamen poſſeſſione non tradita donatarius non fuit effectus do
minus, ut C. de pac. l. traditionibus. tamen ex iure ceſſio. i. ex
ceſſis actionibus agi poteſt ẽt ſine traditione. ff. de rei vẽd. l. ſi
culpa. præſuppoſita valentia donationis. & hoc ſi inſtrumen-
tum facit mentionem de ceſſione actionum, uel in donatione
ſufficit titulus ſine ceſſione, ut no. C. de act. & ob. l. 2. niſi ceſ-
ſio, ſeu donatio eſſet facta potentiori ratione officij, vt C. ne li
ceat potentioribus. l. 1. Et ita dico, & conſulo ego Baldus
de Peruſio iur. vtriuſque doctor &c.
Inuolutæ allegationes iuris ſine narratione facti.

CONSILIUM CXXX.

Dominæ Siluaſtræ debet fieri eius ſummarium ſe
cundum formam reformationis, ipſa. n.
habet iuſtitiam, quia emit ab indigno, & habuit poſſeſſionẽ
ex vi pręcarij. C. de rei vendi. l. quoties. & ideo Franc. oblata
ſummaria petitione, ſeu narratione debet cogi ad relaxãdum
poſſeſſionem probato, ꝙ Ardigus tempore venditionis factæ
dominæ Siluelſtrę poſſideret, niſi France. aliter probaret ad ſe
pertinere. & idem dico de Ser Ioanne: quia d. Siluestra prius
emerat, & erat effecta domina. ff. de pub. l. ſiue autẽ. §. ſi duo-
bus. ff. de ac. emp. l. ſi ea res. §. ſi. Ego Baldus.

CONSILIUM CXXXI.

1 *Statutum an extendat vires ſuas ad bona iacentia in alieno territorio. nu. 4. & 5.*
2 *Statuta poſſunt diminuere ſucceſſionem filiorum, ſed non in totum tollere.*
3 *Nepotes non exiſtentes in rerum natura tempore mortis alij an poſſint venire ad ſua bona.*
5 *Statutum, quo prohibetur, ne filia dotata ſuccedat, non habet locum in bonis extra territo. poſitis.*
6 *Aſcendentes tranſmittunt hæreditatem, non aditam ad filios ſuos.*

1 Circa prędicta videndum eſt † primo de bonis ſuis in
territorio montis Sanctę Mariæ, & in prædi. dic,
ꝙ non video, quo iure filij prædictæ Bar. aliquid poſſint pete-
re. nam ex perſona matris nihil, quia excluſa fuit ex ſtatuto.
nam ſtatutum, ꝙ mulier dotata non ſuccedat &c. ualet, & li-
gat intra iuriſdictionem, & territorium caſtri montis, etiam
ſi dotes fuiſſent min' legitimę. & iſta fuit antiqua diſputatio,
de qua tangit Dy. c. indultũ. extra de re. iu. li. 6. & Cyn. C. de
2 inop. l. ſancimus. † & Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.
& omnes tenent, ꝙ ſtatuta bene poſſent diminuere ſucceſſio-
nem filiorum, ſed non in totum tollere: quia iura aliquando
in maiori parte fecerunt legitimam filiorum, & aliquando in
minori: nunquam tamen totum abſtulerunt filijs, ut patet in
Auth. de trien. & ſemiſ. & C. de inoffi. teſt. auth. nouiſſima. &
perſonalia iura, quæ ipſi allegant in locis prædictis, quæ ſi re-
petere vellem, eſſet longiſſimum: & ſic ex perſona matris do-
tatę nihil poſſent petere de bonis prędictis, quia dotes datę di
ctæ dominæ Bar. ſuccedunt in loco partis bonorum, quæ pe
tere poterat in bonis poſitis in territorio caſtri mõtis, in qui-
bus ſtatutum habet uigorem, ut l. 1. §. hæc actio locũ. in ſi. ff.
ſi quis teſta. li. eſſe inſ. fu. & ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniu-
riarum. nec obſtant verba inſerta in ſtatuto, donec &c. quia
iſta conditio nunquam extitit uiuente dicta domina Bartho.
& ideo nunquam competijt ſibi & actio, & per conſequens tã
3 ad filios tranſmittere non potuit. † Item nec filij dictæ domi-
nę Barth. poſſunt uenire ad bona Guiducij ſui aui: quia licèt
forſitan ipſi ſi contineantur ſub diſpoſitione ſtatuti, ut forte
de iure probaretur, matre excluſa tantum uenire nõ poſſunt,
ex quo non erant in rerum natura tempore mortis dicti Gui-
ducij, ad bona ipſius uenire non poſſunt aliquo iure, ut l. Ti-
tius. in ſi. ff. de ſuis, & legi. & l. 1. §. ſi quis proximior. ff. unde
cognat. cum ſuis ſi. & iura, quæ allegantur in contrarium, lo-
quuntur in filijs, nepotibus, & alijs, qui erant in rerum natu-
4 ra tempore mortis defuncti, de cuius rebus agitur. † Nunc ve
nio ad bona ipſius Guiducij ſita extra territorium caſtri mon
tis: & dico, ꝙ in prędictis bonis ſtatutum non tenet: nam ſta-
tuta, quæ prohibent, ſeu prohibitionem faciunt odioſam, nõ
ligant, nec ualent extra territorium, ut l. ex ea. ff. de poſthu. &
quod ibi no. & extra de ſent. excom. c. ſi omnia. lib. 6. ex quo
infert do. Bar. in l. 3. C. de ſum. tri. in 6. principali quęſtione.
5 in proprijs terminis, † ꝙ ſtatutum, quo cauetur, ꝙ mulier do
tata non ſuccedat, non habet locum in bonis poſitis extra ter
ritorium illius ciuitatis ſic ſtatuẽtis: quia talis prohibitio, &
ſtatutum eſt odioſa, ſeu odioſum, ut l. maximum. C. de libe.
pręte. & ideo non habet uires extra territorium, ut iuribus p̃-
dictis. hoc etiam tenet Cy. Pet. Iac. de Are. in d. l. 2. C. de ſum.
tri. in quadam quęſtione, ubi incipit, tractare quomodo ligẽt
ſtatuta in his, quę non ſunt delicta, uel cõtractus. & quia om-
nes doc. moder. tenent hoc. & ſic iura, quæ in contrarium ui-
derentur loqui, loquũtur prohibitione fauorabili, & nõ odio
ſa, ex partibus concludo, ꝙ dicta domina Bartho. ſucceſſit ab
inteſtato dimidia omnium bonorũ dicti Guiducij ſui patris
poſitorum extra territorium dicti caſtri montis, non obſtante
dicto ſtatuto. & ſi dicatur, ꝙ dictus Ioannes uẽdiderit de bo
nis prædictis ſitis extra dictum territorium caſtri montis. ad
hoc dico, ꝙ ſi dicta bona nondum ſint præſcripta ſpacio 10.
anno. uel 20. filij dictæ dominæ Bartho. poterunt petere di-
cta bo-

cta bona a poſſeſſoribus rei vendi. quia ipſa ſucceſſit di. Guidutio ab inteſtato in dimidia dictorum bonorum, vt dictum eſt. & probatur in autentica in ſucceſſione. C. de ſuis, & legi. non obſtãte ſtatuto prędicto, per iura ſuperius allegata. & iſtã

6 ſucceſſionem tertiam non agnitam tranſmiſit ad filios ſuos pdicta domina Barth. vt l. hereditatem. §. filius. ff. de caſtren. pecul. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. & ideo potuerunt vendicare dicta bona, ſi præſcripta non ſunt. ſi vero præſcripta eſſent, tunc dico, q prædicti filij dominę Bartho. poſſunt habere ratam dictam vẽditionem, & repetere dimidiam precij ab heredibus prędicti Ioan. vt eſt tex. & gl. & plena materia in l. mater. C. de rei ven. & ita videtur mihi Bonacurſio Cechi de Saxo Ferrato legum doc. & ita prout conſultum eſt per præfatum dom. Bonacurſio videtur de iure dictum mihi Vgoni de Saxo Ferrato minimo legum doctori omnibus, & per omnia, ſaluo, & quia dum dicit, q in bonis exiſtentibus in monte Sanctę Mariæ non ſuccedant prædicti filij dictę Bar. puto attento ſtatuto prædicto, & eius verbis non excludi filios pręfatæ do. Bar. & licèt tex. in d. l. legibus. alleg. & finaliter in l. ſi quis filio. ff. de iniur. & irri. teſtã. videatur cõtrarium innuere, attamen recte intelligendo non dicit: nam longa eſt differentia, dicunt verba ſtatuti, quandiu, & donec filius maſcu. exiſtat, fęminæ non ſuccedant, aut exiſtenti maſculo, non ſuccedant. vt primo caſu fęmina non ſit totaliter excluſa, ſed habet impedimentum temporale veniendi ad ſucceſſionem: & ideo non eneruat ſtatutum ei totaliter ſucceſſionem; argumen. ff. de libe. lega. l. Aurelio. in princ. ff. de pac. l. epiſtola. §. fi. ff. de excu. tut. l. Titiæ. ſic in ſimili nos habemus, quod no. Bar. l. ſi ſequitur. §. ſi ma. ff. de vſuc. vbi dicit non eſſe differentiam, ſtatutũ dicit, non audiatur, aut ipſo iure ſit priuatus creditor per lapſum certi temporis: non arguendo, vt primo caſu non ſit ſublata naturalis, nec ciuilis obligatio. ſecundo ſic, ſi in propoſito iſta do. non fuerit totaliter excluſa a ſucceſſione, ſed fuerit ſucceſſio eliſa per temporalem impedimentum, unde ſublato de medio impedimento tollitur iuris diſpo. ar. de iure patro. l. adigere. §. quamuis. nec obſtant iura prædicta in cõtrarium alleg. quia dicit Dy. in propria quæſtione, q etiam nepotes nati poſt mortem aui admittemus ad ſucceſſionem. vt ipſe not. in l. Gallus. in fi. d. ff. de li. & poſth. & hanc opi. tenuit Cy. ff. de iniuſt. ru. & irri. te. l. ſi quis filio. in prin. in addi. & aſſeruit optimus dominos meus do. Bal. per ęquitatem ti. C. de his, q ante aper. tab. & idem tangit C. de inof. teſt. l. ſi quis filiũ. hoc etiam refert tenere d. Bar. ff. ad l. Iul. l. 2. §. ſed videndũ. & l. fi. & videtur mihi veritas ſaniori iudicio, in quorũ teſtimoniũ me ſubſcripſi, & ſigillo ſigillaui.

Ad idem. *CONSILIVM CXXXII.*

1 *De triplici modo ſuccedendi, & quando quis venit ex perſona ſua, quando ex perſona alterius, & quando hæreditas nõ adita tranſmittatur, vel non, & eſt ſubtile conſilium.*

Quanquam ſuper puncto prudẽter ſit ſcriptũ per alios, tamen ad euidentiorem intellectum eſt, q triplex eſt ius, quoddam eſt ius per ſe ueniẽdi immediate, quoddam eſt ius ueniendi ex ſucceſſorio edicto, quoddam eſt ius veniendi ex tranſmiſſione in eum facta per alium. Ius per ſe veniẽdi eſt, quod quis a principio, vel ex poſtfacto ſublato aliquo obſtaculo, quod interim ſibi obſtabat, uocatur, ut ff. ad ſille. l. qui poſthu. & ita fuit cauſa Ioan. Bartholucię, de qua in puncto fit mentio: quia ibi maſculi viuente filia a patre præterita obierant, & ſic ipſa ad ſuum ius commune redit, remoto obſtaculo, quod obſtabat. Succeſſorium edictum eſt, quotiens extincta perſona, quę pręcedebat, ſequens vocatur, puta deceſſit filius uiuo patre, uenit nepos ex ſucceſſorio edicto, inſt. de hęre. ab inteſt. §. cum filius. vel remotus eſt prior agnatus morte, uel repudiatione, uenit ſequens in ordine, uel gradu, inſti. de leg. agna. ſuc. §. placebat. ff. de inoffi. teſta. l. pater filium. & l. ſi is, qui. C. de ſucceſ. edic. l. 1. & 3. cum ſimil. & in iſto ſucceſſorio edicto ſciendum eſt, q non continẽtur nepotes poſt mortem aui generati: quia eis iure proximitatis, neq; iure ciuili, neq; iure pretorio, neq; iure ...ſſorum defertur ſucceſſio. ff. de ſuis, & legiti. l. item pręter. & l. Lucius. C. de inoffi. teſta. l. ſi quis filium. in prin. per gl. C. unde libe. l. qui ſe patris. per doc. ff. de iniu. teſta. l. ſi quis filio exhęredato. in prin. quia extinctionem aui. extinctio autẽ nihil reſtat in natura. qui igitur naſcendi principium uiuo auo non habuit, quæ natiuitas in cõceptione initiatur, auo ex ſucceſſorio capite non ſuccedit in caſu noſtræ quęſtionis; filij d. Bartholomeæ ex ſucceſſorio ordine, qui ſumuntur a priori extincto, uel remoto, uenire non poſſunt, nec ſuccedere auo, in cuius vita ſeminati non erant, & ideo non erant in linea aui tempore mortis aui: quia linea eſt quantitas quædam habens principium, & extremitatem: ſed quod nihil eſt, non dicitur aliquid pars lineæ. non prodeſt eſſe quãtitas ad ſucceſſionem inteſtati. Supereſt uidere de tertio. ſ. de edicto tranſmiſſorio: tranſmiſſiones enim quarundarum hæreditatũ non eſſent de ſtricta ratione, niſi leges tranſmiſſionis, iura, & beneficia tribuiſſent. & eſt duplex ratio: quia animũ, ſeu animus, in quo cõſiſtit diuiſionis ſubſtantia, non trãſmittitur, ſeu moritur cum defuncto, ut l. 4. ff. loca. ſecundo, quia ex tranſmiſſione oportet, q ſecundus hæres faciat fingi tranſmittentem hæredem, & in ſubiecto iam extincto fingit. C. de hære. inſti. l. fina. & in iſtis rationibus fundatur regula, quæ dicit hæreditatem non aditam non tranſmitti. C. de cadu. tol. §. nouiſſimo. ſed regula prædicta fallit in hærede, cui eſt acquiſita hæreditas ipſo iure, ut in ſuo hærede. ff. de mil. teſta. l. ex militari. §. fi. cum l. ſeque. & in l. apud hoſtes. cum ſua materia. eodem enim modo tranſmittitur illa hæreditas, ſicut legatum: & ipſo iure acquiritur ſecundum communem opi. doc. licèt glo. aliter dicat in l. ſi infanti. & in multis alijs locis. nam & in ſuo animus tranſmittendi requiritur. ff. de acqui. hære. l. cum bonis. & iſta voluntas eſt quædam potentia animæ ſuæ, quam nemò trãſmittere poteſt: ſed de iſta naturali ſubtilitate non debent curare legiſtæ: quia nimia ſubtilitas non eſt a iudicibus admittenda. ſtemus ergo contenti, q lex ſic ſtatuit, quia eſt mihi bonum, & æquum. Item fallit in alijs caſibus ſuccinte notatis per gl. in l. uentre. de acqui. hære. calculatis ibi extenſa per Bart. ſiue tamen fallentiæ non cadunt hic. ſciendum eſt enim, q quandoque hæreditas non eſt aliquo modo delata, & tunc eã tranſmitti impoſſibile eſt. prępoſterum enim eſt prius tranſmittere, quàm habere, & prius tranſmittere, quàm a iure cognoſci: unde iſta domina Bartholomea, quæ de iure municipali erat cognita, immo quod fortius eſt, prohibita ſuccedere maſculo eam omni tempore excludente, quod non habebat tranſmittere, non potuit; quia conſequentia tranſmiſſionis nõ poteſt eſſe ſine ſuo antecedente. itaq; non tranſmiſit, quia nõ habebat tranſmiſſibile. Ioan. autem tranſmiſit, & libere: q tranſmiſſio fuit facta in re perpetua, & inſeparabili, extincta domina Bar. quæ ſi feciſſet partem: extincta autem partem non facit. ff. de hære. inſti. l. quo loco. §. 1. & ſi dicatur valde ſubtiliter, q filia erat ad tempus ſuſpenſa ab actu adeundi, non ab habitu exiſtentiæ ſui hæredis, & ideo tranſmittit. Reſpondetur, q ille habit⁹ vel erat a ſtatuto remotus interim radiciter, uel erat mortificatus. & inutilis. Aduerte, quę eſt intentio ſtatuti, dum excludit fęminam, quãdiu maſculus ſupereſt. certe per fęminam ſignificat iura fęminæ, quæ ſunt duo. ſ. ius ſuccedendi; & ius tranſmittendi: ergo naturalis excluſio fęminę excludit eam interim, etiam iure tranſmittendi. & ſic nõ tranſmittit: quod not. Dyn. in l. Gallus. in fi. magnę diſtinctionis. Preterea quantum ad impediendam tranſmiſſionem idẽ operatur ſuſpenſiua dilatio, quod perpetuum obſtaculum. ff. ad Silla. l. ſi quis in graui. §. fi. cum l. ſeq. Preterea tranſmiſſiones ſunt aut actuum, aut potẽtiarum. i. aut iuris actu quęſiti, aut quod poteſt ſine ullo obſtaculo quęri. ſed neutrum eſt in iſta Barth. & ideo de ſtricta ratione iuris ciuilis eam trãſmiſiſſe impoſſibile eſt. & de hoc iure ſtricto, & ſcripto, ut dixi, not. C. de lib. pręte. l. 3. ubi hunc punctum examinaui, licèt non ita plene ſicut modo: quia tantum filij Bartho. ingrediuntur gradum maternum, & mater per iniuriam. i. per nimium fauorem maſculorum fuit impedita, & nõ pręciſe excluſa perpetuo: nam nimius fauor unius generat odium alterius, ut l. maximum uitium. de lib. pręte. & quia ſtatutum, ſi hunc caſum cogitaſſet, uerisimiliter prouidiſſet nepotibus, & filiæ, nec in natura pari, & ſexu vtriq; mulier induxiſſet prelationẽ,

congruum

congruum eſſent, ꝙ arbitri ſi contingeret compromitti, ita ꝙ de iure, & de facto, & de ueritate, & proprij capitis æquitaté haberent decidere, huic morbo aliqualiter mederentur: ſaltẽ ſupplendo uſq; ad legitimã debitã iure naturæ matri eorum, nec credo, ꝙ ex hoc eſſent reprehẽdendi in viã, ẽt cõſcientiæ. ad hoc optime facit in rõne ſui. ff. de le. 3. l. Paulo Calimac. §. pomp. eurip. perſuaderi ẽt põt facilior tranſmiſſiu legitime, ſi put hæres fieri, iuxta nu. in l. Pap. §. 4. cum ſi. tñ iſtud, quod dixi de cõpromiſſo, qđ fit Peruſij, ex forma ſtatuti conſiſtit in facto, nõ ĩ iure, & ideo ſup hoc nõ ſundo. in alio aũt puncto de ſtatutis dico in diuerſa patria diuerſa ſeruanda ſtatuta, iuxta materiam. l. cunctos populos. ubi ponitur. aliàs ẽt plene dixi, ubi ſi ex ipſa lege municipali immediate deſeritur ſucceſſio, quia diuerſa ſtatuta ſucceſſionem conſerentia uice diuerſorũ teſtamentorum iunguntur: qm̃ vnuſquiſq; ſuo patrimonio legẽ imponit. ſi vero facto teſtõ quis deceſſiſſet, cũ teſtm̃ vnius hominis ſit vnicum & indiuiſibile, vbiq; principio valido aſſumptu ſuas vites extẽdit, ut ibi dixi poſt alios doc. Ex his apparet. ꝙ vbi ſtatutum non viget, filia. i. do. Bartho. tranſmiſiſſet ius ſuum, vt l. ſancimus. §. fi. C. de inoffic. teſtam. ſed hic in omnibus locis viget, & ceſſatio cauſæ excludentis non facit reuiuiſcere effectum, quando non inuenit perſonam, cui poſſit prouideri.

CONSILIVM CXXXIII.

1 *In nomine domini amen, l. municipali cauetur, quòd propter pronuntia. vel mandatum iudicis factis debitori de ſoluendo, ſi pars non comparet, quòd ex tunc iudex poſſit procedere ad dationem tenutæ de bonis debitoris. modo pars fuit citata, quòd veniret coram iudice ad ſoluendum &c. dicitur ergo, an iſtud ſit mandatum, ita quòd ſi pars non comparuit, & fuit accuſata eius contumacia, poſſit procedi per iudicem ad dationem tenutæ.*

In Chriſti nomine Amen.

1 †mãdatum dr̃, ſiue fiat pręſenti, ſiue abſenti per nuntium, vel epiſtolam, dirigatur. nam iſtud mãdatum eſt interlocutoriũ, ut no. ff. de iudi. l. ſi debitor. & C. de bonis, quæ lib. l. fin. §. neceſſitatis. in glo. magna. interlocutoria poteſt dirigi per nuntium, vel epiſtulam, licèt ſecus ſit in diffinitiua, ut not. ff. de offic. procon. & legati. l. nec quicquam. §. niſi decretum. nec etiam interlocutoria ſemper, eſt verum, ſed quandoq;, ut no. ff. de re iu. l. viuam. quandoq; facit, quod no. ff. de no. op. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. non igitur eſt dubitandum, an ſit mandatum factum, ſed eſt dubitandum, an valeat. & hic eſt conſiderandũ, an is, cui fit, eſſet debitor ex cõtractu, vel quaſi ex delicto, vel quaſi per ſententiam, vt l. nam poſtea. §. fi. de iureiuran. nam alij non dicũtur proprie debitores, ꝗ reali actione tenentur, vt inſti. de ac. §. 1. item eſt conſiderandũ, an iſtud mandatum fuerit factum præcedente confeſſione, vel ſententia, necne. mandatum enim, quod pertinet ad expediti ſolutionem per viam interlocutoriç, non poteſt fieri abſenti, vt C. comi. vel epi. l. fina. vbi debitum ſit liquidum aliter de tribus modis, ſ. uel per confeſſionem, vel per iuſiuran. vel per ſententiam. tunc enim fieri poteſt, quia eſt mandatum exequutiuũ. & de tali mandato debet intelligi ſtatutum. ſ. quid iuris ſit, vt ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum. & de hoc loquitur de re iudi. l. debitoribus, arg. tamen. C. de compenſa. authẽ. hoc autem. ff. quibus ex cau. in poſſeſ. ea. ſi ergo liquet modis prędictis, ualet mandatum. ff. de mino. l. au prætor. §. pręmittitor. alias ſi non eſt prohibitum, non ualet mãdatum, ut not. Inno. in c. ſolet. in fi. de ſen. excom. illud non eſt dubium, ꝙ contumax in ſoluendo, & compromittendo patitur miſſionem, qa hoc vnum de remedijs prætor. ſ. contumaciç, vt ff. de in ius vocan. l. ſatis. & no. ff. de re. iur. l. non poteſt dolo carere. C. de iudi. l. properam. §. ſin autem reus. cum ſi. ad id, quod dixi, ꝙ iſta monitio eſt interlocutoria, facit, quod no. in Auth. de hęre. & fal. §. is quis autem non implens. alibi tamen requiritur præſentia, vt in c. 2. de confeſ. lib. 6.

Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio iuris vtriuſque doctor &c.

CONSILIVM CXXXIIII.

1 *An de relictis fraternitatibus diſciplinatorum, vel ſimilibus epiſcopus debeat habere canonicam: & an talia loca ſint ſubiecta epiſcopo, & an talia legata dicantur ad pias cauſas.*

1 Factum †ſuper quo conſilium petitur, eſt tale, Iolus Vagoli de Aſſ. & prior Sancti Ruffini ſuum condidit vltimum teſtamẽtum: in quo inter alia in omnibus bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, iurib. & actionibus Franc. & Angelum ſuos filios ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, & fecit, & voluit, iuſſit, mandauit, ꝙ ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum deceſſerit ſine filio, vel filijs legitimis, ut ſupra dictum eſt, ꝙ eius bona omnia deueniãt in priorem, & fraternitatem diſciplinatorum Sancti Vitalis de Coſta Sancti Sauini communitatis Aſſij, qui modo ſunt, vel pro tempore fuerint eiuſdem fraternitatis, dicta bona reliquit, & legauit adueniente caſu prædicto. deceſſerunt prędicti Franc. & Angelus ſine filijs, & euenit caſus ſubſtitutionis prædictæ. inſurgit quæſtio inter dominum Epiſcopum Diocęſanũ, & dictũ priorem, & ſubpriorem de quarta canonica portione. dr̃ pro parte dicti dñi Epiſcopi, ꝙ de dictis bonis, ſuper quibus petit canonica portio, ꝙ debetur canonica portio, & dicti prior, & ſubprior dicunt, ꝙ nõ debetur quarta de dictis bonis, nec debetur quarta canonica. ſuper qbus petitur viſis prædictis modo conſilium declarari: an de dictis bonis debeatur quarta canonica portio dicto dño Epiſcopo, necne. Ratione congregationis lucrorum iſta fraternitas non ſubeſt epiſcopo: quia ab eo nulla ſpiritualia iura recipit. & epiſcopus non inſtituit ibi eorũ priorem, nec deſtituit. cum igitur non ſit collegium eccleſiaſticum, epiſcopo non debetur quarta. ad quod facit, qđ no. in c. per literas. de reſcrip. in cle. de dona. c. inter dilectos. per In. de ſepul. c. 2. per Barba. quarta. n. eſt de iure epiſcopali. ſed ibi epiſcopus non habet iura epiſcopalia, ex quo ibi nulla exercet, ut no. Arch. de conſecra. diſtin. 1. c. nemo. Fede. de Senis in opere ſuo conſi. 125. quod incipit. factum tale eſt. q̃dam dumus &c. & iſtud relictum, licèt ſit factum ex quadam deuotione, non tñ ẽſt ad pias cauſas. ff. ad Treb. l. omnibus. & ſic nec ratione perſonarũ, nec ratione cauſæ epiſcopus debet habere quartã, licèt Car. de Tuderto dixerit ꝯ, & male, & not. Fede. de Senis in dicto ſuo opere conſi. 145. quod incipit. cũ aliqui boni viri. nec ob. ꝙ facit mentionem de eccleſia Sancti Vitalis, quia prior fraternitatis nõ regit illam eccleſiam, cum ſit laicus. & ſic non eſt relictum rectori eccleſiæ. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peru. &c. 1

CONSILIVM CXXXIIII.

1 *An valeat ſecunda emphyteoſis durante prima.*
2 *Prælatus ſi recuſat recipere ceſſum, an ſufficiat offerre, & deponere ſuper altare.*

Quidam dñs Creſcentia eccleſiæ Sancti Angeli de Can. membri abbatis Sancti Sani dedit, & conceſſit cuidam Vangolo de Camerio pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis, & fęminis vſq; ad tertiam generationem titulo renouationis in emphy. quandam domum iuxta ſua latera. qui Vangolus dictam domũ poſſedit per plures, & plures annos vltra ſpacium 40. an. demũ mortuo dicto fratre Creſcentia, & Vangolo, exiſtentibus filijs: quidã frater Iacobus prior, & ſucceſſor dicti dñi Creſcentiæ eodem iure, & titulo ceſſit, & conceſſit dictã domũ cuidam Rutio Ioli de dicta ciuitate uſq; in ipſius Nutij tertiam maſculinam, & fęmininam. hæres vero dñi Vãgoli proteſtatus eſt pluribus vicibus, & annis dicto fratri Iac. & cẽſum dictæ domus debeat recipere in ſuis manib. & ſic eſſet proteſtatus alijs ſucceſſoribus ſingulis annis, quibus recuſantibus recipere ipſa hæres dictũ cẽſum poſuit ſuper altare dictę eccleſiæ præſentibus notario, & teſtib. ac ẽt rogans eoſdem, ut de prędictis proteſtationibus conficerẽt publicum inſtrm. modo dictus frater Iac. mortuus eſt hæres dicti Vangoli, & mortuus eſt dictus Nutius, cui fuit dicta domus ſecundario cõceſſa, ex qua Nutio eſt nepos, uidelicet filius filij ipſius Nutij, & hæres. quæritur, nunquid prior, qui nũc eſt, poſſit dictã domũ alteri concedere: aut dictus nepos

d. Nutij

d.Nutij poſſit dictã domum iuridice poſſidere, necne. An ſi
rector eccleſiæ recuſat recipere cenſus, ufficiat emphy. offer
1 re,& deponere.† Hic conſiderandum eſt, ꝙ primus emphy.
habuit vtile dñium, quod trãſiuit in ſitum.ff.ſi ager vec. vel
emphy.pe.l.1.ff.de ſuperfi.l.1.§.quod ait.quo durante ſecun
da ceſſio in emphy.alteri facta non tenuit in pręiudicium eccle
ſiæ,ſed bene tenuit in præiudicium ſuæ. Rectoris enim eccle
ſiæ adminiſtratio non porrigitur ad bona, quæ ſunt eccleſiæ,
ſed vtile dñium non erat tpe ſecundæ emph.& ideo ſecunda
conceſſio fuit nulla durante prima. ff.de act.emp.l.ſi ea res.
ff.de pub.l.ſine autem.§.ſi duobus.C.de rei uẽ.l.quod.& C.
de do.ante nup.l.ſi ante. Nam ius vtile vni ceſſum alteri cedi
non põt prima ceſſione durante.ff.de le.1.l.non quocunq;.§.
qui Gayũ.Ex his apparet, ꝙ ſi primo mortuus fuit dictus Ser
Iac.hæres Vangoli, ꝙ emph.libere reuerſa eſt ad eccleſiam,&
ideo nouus rector eccleſiæ poteſt emphyteoticare cui vult. &
illud eſt expreſſum 10.colla.qui ſucceſſores teneantur. capi.
2 1.illud conſtat,† ꝙ hæres Vangoli,qui ſingulis annis obtulit,
& depoſuit,non ceciderit ad emphyteoſi,ſed mors eius cum
eo extinxerit. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXXV.

1 *An iniuſtus poſſeſſor ſi ſpolietur, ſit reſtituendus.*
2 *Iudex non rite procedens non facit quem verum poſſeſſorem.*
3 *Vbi non eſt matrimonium, ibi non eſt dos.*
4 *Pro debito in diẽ, vel ſub cõditione nulla iudicatio fieri põt.*
5 *Sponſus, qui nondum eſt maritus, ſi ſubſtinet onera, an poſſit petere dotem.*

In cauſa egregij medicinæ doc. magiſtri Vernaritij
intentantis poſſeſſorium recuperandæ poſ
1 ſeſſionis,ꝗ dicit ſe decreto iudicis meruiſſe: † eſt ad euiden-
tiam prænotandum, ꝙ non ſolum poſſidens iuſtiſſime,ſed ẽt
iniuſtiſſime,ſi de facto ſpoliatus eſt, debet in poſſeſſione re-
poni.& hoc caſu prędo habet actionẽ: vt C.ad l.Iuliam de vi.
l.ſi quis ad ſe fundum.& plene no. ff.de iu.l. ſi vi.de furtis.l.
itaq; fullo.Dy.in c.qui ad agendum.Secundo eſt ſciendũ, ꝙ
licèt imperator, vel dñs quicunq; tẽporalis, vel ſpiritualis de-
diſſet alicui licentiam, nõ valet: vt C. vnde vi. l.meminerint.
& no.eo.ti.l.ſi quis in tantam.& C.ſi p vim, vel alio modo.l.
2 ſi.Tertio tñ ſciendum eſt, † ꝙ autoritas iudicis non rite pro-
cedens non conſtituit ipſum verum poſſeſſorem.ff.de re iu.l.
ſi cum nulla.ff.de acq.poſ.l.iuſte.ff.ne vis fiat ei.l.1.§.hęc ver
ba.Et ideo hoc caſu dñs, qui ſuam poſſeſſionẽ continuat, non
dr̃ ſpoliare immiſſum in tenutam. ff.ne vis fiat ei.l.1.§.ſi quis
ideo. nã vt quis conſequatur poſſeſſionẽ p iudicẽ, requiritur, ꝙ
decretũ iudicis valeat, & ſi nõ valet, & eſt miſſus de facto te-
nẽdo, non vr̃ poſſidere, quia non vr̃ habere animũ poſſidẽdi,
niſi tanq̃ miſſus. Et ſic voluntatẽ rationi ſupponit. & fortius
3 poſſideret prædo,ꝗ iſte miſſus. Quarto ẽt eſt ſciendum, † ꝙ
vbi non eſt matrimonium, nõ eſt dos, nec actio de dote.ff.de
iur.do.l.ſtipulationem.& l.tali.& l.promittendo. tacitam.n.
4 conditionem habet dos, ſi matrimonium ſequatur.† Quinto
eſt ſciendum, ꝙ pro debito in diem, vel ſub conditione nulla
iudicatio fieri poteſt.ff.quibus ex cauſis in poſ. eatur. l.fulci-
5 nius.§.ſi in diem.† Sexto,& vltimo eſt ſciendum, ꝙ poſt con
tracta ſponſalia, licèt non ſit perfectum matrimonium impo
diẽte defectu ætatis, tñ ſi vir, vel ſocer ſuſtinet onera illius ma
trimonij, iſta quaſi dos peti põt, ſi hoc actum eſt, vt ante peti
poſſit, vt no.ff.de cond.& dem.l.Titio.§.Titio genero. ff.ſol.
ma.l.ſi ante.Et cum ita ſit in caſu noſtro: quia dictus doctor
tanq̃ ſocer onera matrimonij ſupportauit, vt patet ex actis,
vr̃, ꝙ tã ex laudo, q ex æquitate onera ſupportauit, & ſuppor-
tat,& ꝙ iuſte agere potuerit,& mereri iudicis decretum, niſi
p uim eſſet dos promiſſa, vt l.ſi mulier.§.ſi dos.quod met. cã.
nam tunc decretum iudicis poſſeſſionem cõcedentis eſſet ir-
ritum, quia vigore irritæ, & inanis obligationis interpoſitũ.
de fideicom.liber.l.cum vero ſubuenium. ff. ad Carbonia.l.
3.§.pubeti.& no.p Cy.C.de teſta.mili.l.ignorare.Sed certe ẽt
ſi per vim fuit permiſſa, quod in dubio non eſt præſumendũ:
tñ ſi poſtea placuit, conualeſcit, quod factum eſt. ff.de condi.
ob tur.cauſam.l.ſi ob turpem.C.quod me.cauſa.l.2.extra.c.
c.1.Ego quia non vidi acta vtriuſq; partis, non poſſum aliud
concludere, niſi ꝙ ſi dictus magiſter Venãtius nominib. qui-
bus agit, fuit rite factus poſſeſſor, tunc tanq̃ ſpoliatus eſt reſti
tuendus,& reponendus in poſſeſſione, vt ff. ne vis fiat ei. l.ſi
quis.miſſum. ff.de acqui.poſ.l.qui vniuerſas.§.Item cum prę
tor.ad officiũ iudicis pertinet miſſum in poſſeſſione defende
re.ff.de iure i.l.3.§.proderit.ibi, ne vt vim patiatur in poſſeſ-
ſione.qui tex. multum facit pro dicto Reuerendo magiſtro,
cuius mores,& vitã ſemper cognoui optimam. & in hoc ca-
ſu non obſtante contrario reſcripto domini, ad poſſeſſionem
reintegrari.d.l.meminerit. Ego Bald.

CONSILIVM CXXXVI.

1 *Si vulneratus moriatur poſt 20.dies, & percuſſor probet per medicum, ꝙ vulnus non erat mortale, & ꝙ primo fuit inſultatus, an veniat decapitandus.*
2 *Si vulneratus moriatur, an præſumatur, ꝙ a prin. vulnus fuit mortale, & quando dicatur mortale. & nu. 5.*
3 *Vulnus non mortale efficitur mortale, ſi non curetur.*
4 *An, & quando agitur de peritia, vel iudicio artis, ſtetur dicto vnius periti in illa arte.*
6 *Quando inſpiciatur euentus, & quando euentus incidat in cauſam.*

Proponitur, ꝙ Titius percuſſit cum vna ma-
naria Seyum in brachio, qui per-
cuſſor fuit captus per officiales poteſtatis, & detentus, eo ꝙ
dubitabatur per curiam, an vulnus eſſet mortale. tñ ad inſpi-
ciendam qualitatẽ vulneris non fuerunt miſſi medici ſecun-
dum formam ſtatuti, poſteaq̃ dictus vulneratus vixerit fere
20.dieb. tãdem deceſſit. Qui vulneratus ſteitiſſe dr̃ ſine medi-
co,& ſine cura quaſi diebus 16. tandem ſe medico curandũ
ſubiecit: qui medicus deponit, ꝙ uulnus non erat de ſe mor-
talẽ, ſed pp incuriam uulnerati putrefactum induxit febrem,
qua tandem mors ſecuta eſt. Alius teſtis dicit, ꝙ percuſſor pri
mo inſultatus a percuſſo fuit, ſicq; ad defenſionem ſuam, ac
per formam ſtatuti licitum,& impune fuit, quod fecit. curia
poteſta. uult decapitare iſtum Titiũ, quia ex forma ſtatuti pœ
na homicidij eſt præciſe capitis. Ex aduerſo dicit ſe, quia ad
defenſam fecit, abſoluendum. uel ſaltem de ſimplici uulnere
pecunialiter puniendum, ſecundum alia ſtatuta loquentia de
1 uulneribus. quæritur, quid iuris.† Et ut, ꝙ ſit decapitandus,
quia ex qualitate inſtrumenti pręſumitur grandis, & morta-
lis plaga, ut extra de homi.c.ſignificaſti. ex qualitate ẽt inſtru
menti præſumitur animus occidendi.ff.ad l. Corne. de ſica.
2 l.1.§.ſed ſi claua.C.eo.l.ſi is, qui cum telo. † Ex morte ẽt ſe-
cuta ur̃ conſtare, ꝙ a prin. uulnus fuit tale, quale per effectum
declaratur. arguendo ab effectu, ut in proęmio.ff.§.penult. nã
exitus acta docet.ff.de adul.l.ſi quid a deo. qa iuris interpre-
tatione tunc dr̃ exhumatus, cum fuit percuſſus, ad l.aquil.l.
huic ſcripturæ.ff.de confeſ.l.ſi is, qui ſtichũ. Ex tribus. ſ. con
iunctis. ſ. ex animo, qualitate inſtri, & effectu rei. iſte ur̃ iudi-
candus homicida, quia quod fecit, expectet. C.de epiſ.au.l.3.
In 9rium eſt ipſa ueritas, quæ probatur per generalem expe-
rientiam, per regulas ar. medicinę, quas ĩ. huiuſcemodi indi
cijs ſacrę leges non dedignantur imitari. ff. de ſta. homi.l.ſe-
ptimo menſe. in Auth.de teſti.& ea, quæ parit.§. unum. coll.
4.per teſtem unum, & in arte peritum: & ex qualitate loci
corporis percuſſi, quia in brachio. Circa primum ſciendum
eſt, ꝙ experientia fecit artem. Multa.n. experimenta cognitiu
ueritatis inſequitur. extra de elec.c.upiẽtes.& c. qua ſit. unde
imperator dicit, ex rerum experientia inuenimus. in Authẽ.
3 de appel.& intra quæ tpa. in prin. † Sed certum eſſe expertũ,
ꝙ uulnus non mortale efficitur mortale, ſi non curatur, 29.
diſtin.c.neceſſe.& no.ff.loca.l.maritus. hoc idem patet p ca-
nones medicinæ, ꝙ uita abbreuiatur, ſi morbus non curatur.
uita breuis &c. Et ideo dicit tex. antidota morbis conuenit p̃
parari. ut in Aut. hæc conſtitutio innotat. in prin. & extra de
iuramento calum.c. ceterum.& ideo dicit decretum, experi-
mẽta morborum multas nos medicinas inuenire compellũt,
4 Dy. † ut cõſtitueretur per unum medicum peritum, qui hoc
expreſſe deponit. ſimiliter probator, ꝙ uulnus nõ fuerat mor
tale.

ale. Et ſi dicitur, q vbi de peritia artis teſtimonium reddit, ſicut vbi de cenſibus, non ſufficit vnus teſtis, ſed requiruntur plures, vt in Auth. de non alie. §. vt neq;. in verbo, architect. & in l. ſemel. de re mili. lib. 12. in verbo, medicis. ff. de uẽtre inſpi. l. 1. §. 1. in verbo, omnes, vel duæ. & C. de ſecun. nup. l. hac ed. ſtati. §. mobilium. in verbo, arbitros. Reſpõdeo, q illud eſt verum, quando plures fuerunt adhibiti ad iudicandum de tali actu peritiæ, nam tunc per plures probanda eſt, quia p plures probari poteſt. Sed vbi vnus tantum fuit adhibitus, & alterius iudicium haberi non poteſt, ſi ille vnus ſit notæ fidei, i. in arte probatus, iudex poteſt conformare ſe cũ dicto illius, argu. ff. de verbo. obli. l. 1. in fi. imo certe in caſu noſtro ſtatutum expreſſe diſponit, q niſi adhibitis medicis modo poſſit indicari vulnus eſſe mortale. & verba ſtatuti ſunt clara. Item non debet infirmus ſubtrahere aduerſario facultatem probãdi nullum medicum, vel unum tm̃ adhibendo. & ideo vulneratus non ſtringit ad probandum impoſſibile: quia ei mã. defenſionis ſubtrahi non potuit, vt C. de poſt. l. prouidendum. in fi. vt autem firmiſſimo pede procedamus, ſtatutum de mã. loquens ponderamus. Primo namq; ſtatutum mãdat iudici, ne procedat, niſi pręmiſſo iudicio medicorum. Secundo ſtatuitur, q relatione præcedente non poſſit fieri punitio, niſi de vulnerato. Tertio ponit, qñ qui, & ad quid mittantur. Quarto diſponit, quid ſi miſſi non fuerint admiſſi de vulnerato tm̃, tunc poteſt fieri punitio. Quinto tractat de ſalario medicorũ. Sexto, & vltimo proceſſus ſecus factus annullat; partes in litera ſtatuti patẽt. Si igitur conſideramus datũ ordine, ſine quo pęna pſonalis imponi non põt. ſi cõſideramus datiuos teſtes, datiui. n. teſtes ſunt medici inſacculati, qui dantur a ſtatuto ſicut in vſib. feu. dantur pares curtis. etiã ſic eſt. C. de aduo. diuer. iu. l. nemini. §. iuriſperitos. ſine aliquibus pęna Duci non poteſt. Si conſideramus concluſione ſtatuti concludentis ad ſugendum vulneris ſimplicitatem, quaſi in dubio eligentis benignitatem: proculdubio non eſt deueniendum ad corporalem ſeueritatem, ſed via clementior eſt ſequenda. ſiquidem ſanctius, & tutius eſt minus dãnare, q̃ terminos ſeuiendo mutare. ff. de pę. & l. interpretatione. præſertim ubi de vita hominis agitur. C. de appel. l. additos. vbi requiruntur probationes luce clariores, quę vocatur lux veritatis. ff. de teſt. l. ob carmẽ. §. fi. C. de prob. l. ſciant cuncti. Quapropter nullatenus eſt dubitandum, q hic non habet locum pęna gladij. ex qualitate ẽt loci, quia in brachio fuit facta percuſſio, qui locus percipit p maxima vulnera, & tamen hoc non moritur: & de raro contingentibus eſt, q moriatur, ſi infirmus bene curet, & ex magna diſtãtia temporis. nam qñ percuſſus multis diebus viuit, non omne vulnus pręſumitur mortale, ut no. C. de emen. ſer.

5 l. 1. Conſiderandum eſt ergo, † q quædam ſunt vulnera, quæ non requirunt cõſilium medicorum, vt vulnera capitalia, vt cerebri, vel alia, ex quibus quis ſtatim moritur. & iſta appoſita morte plectuntur. nec habet locum ſtatutum, quia tempus non patitur deliberandi cõſilium. quędam ſunt vulnera, quæ habent in ſe moras vitę, & iſta contẽplari oportet. ff. ad l. aql. l. itẽ mella. §. ſi plures. ff. de tri. l. in hac. & dixi, & dico, q vbi cum teſtimonio vnius medici concurrit longitudo vitæ p aliquod notabile ſpacium in curia infirmi, uel alia, quæ dictum medici inuenit, ſicut eſt hic, proculdubio teſtimonio vnius medici eſt credendum ad abſoluẽdum. ad hoc facit, quod no. Bar. ff. de ſica. l. ſi in rixa. in fi. perſuadentes igitur pręſumptiones cum vno teſte de ueritate concludunt iudici, ut no. in roſario. 6. q. 1. c. oues paſtorem. nec obſtant allegata in cõtrariũ, ſi animus: quia in pęnis ſtatutorum conſideratur plus ictus, quàm animus. d. l. is, qui cum telo, per Cyn. ita etiã tenet Spe. & omnes. Item qualitas inſtrumenti, quia iſta cõiectura reprobata eſt, & eliſa per multas, & alias coniecturas. nam cõiectura elidit coniecturam. ff. de iu inte. reſti. l. diuus. de rit. nup. l.

6 non ſolum. cum ſi. † Item non obſt. euentus rei, quia quidam eſt euentus pollicens ſalutem, & ex illo ſumitur ar. ab euẽtu. ff. de pę. l. aut facta. §. euentus. Quidam eſt euentus noxius, & tunc aut procedit a cauſis proximis, & immediatis, tunc attẽditur euentus reſpectu illarum cauſarum. ſi autem non ſunt cauſæ immediatæ, ſed potius quædã occaſio, tũc euentus nõ attribuitur illi principio remoto, ſed cauſis propinquioribus, ut l. ſi mulier. rerum amo. & l. huic ſcripturæ. ad l. aquil. & ibi ar. ab euentu concludit ſolum cum cauſis immediatis. Facta igitur non ab euentu, ſed a cauſis uocanda ſunt, cum de cauſis habemus coniecturas per probationem unius teſtis, q fecerit ad defenſam, non pondero, quia non ſufficit. Concludo igit de uulnerato, non de homicidio puniendũ &c. Ego Bal.

CONSILIVM CXXXVII.

1 *An in feudo cõceſſo alicui pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fęminis ex eo deſcendẽtibus præferatur quo ad ſucceſſionem nepos ex filia neptibus ex filio.*

In Chriſti nomine Amen.

Dñs Iordanus fuit inueſtitus de quodam feudo ab habẽte ius inueſtiendi hac forma, uidelicet, dictus inueſtiens ipſum inueſtiuit pro ſe, & heredibus ſuis in [illegible], & [illegible]. ex eo deſcẽdentibus: ita q maſ. deficientibus fœminæ ſuccedant &c. hic Iordanus mortuus eſt relictis tribus filijs maſ. uidelicet d. Bõfranciſco, Marco, & Vitaliano. euenit Vitalianum mori nulla recognitione facta: quia opus non fuit. Item d. do. Bonfranciſcus curſu ipſis deceſſit, nulla ẽt recognitione facta. reliqt tñ unum filiũ maſculum noĩe Iordanum. Itẽ unã filiam noĩe Io. dictus Ior. unã cũ Marco patruo ſuo recognouit dictũ feudũ ſecundũ capitula cura, qa uenit tempus. contingit dictũ Ior. decedere: ita q feudũ remãſit totũ Marco patruo ſuo, cũ nullus alius maſculus ex linea maſculina ſupereſſet. Poſtmodum dicta do. Ioan. tradita fuit marito, de quo marito habuit filiũ maſ. qui pręſentialiter viuit. poſtmodũ ẽt euenit dictum Marcũ unum ex tribus fratribus, in quo conſolidatum erat totũ feudum, decedere nullo maſculo relicto, ſed ſolum duabus filiabus, q̃ maritatę ſunt, & ſuperſtite filio maſculo ex dicta Io. dubitatur, ad quem debeat pertinere dictũ feudũ attẽtata forma conceſſionis, an ad dictas filias, an ad dictũ filium maſculum dictę do. Ioã. In q̃one iſta dubiũ facit, quia certum eſt, q mortuo Vaſſallo, ad quem feudũ peruenit, q feudi ſucceſſio primo uadit ad filios. & ſi eſt actũ ad filias proximiores, uadit ad filias, priuſquàm ad alias remotiores, ut to. col. de ſucceſ. feu. c. 1. in prin. & §. filia. Et p hoc uĩ, q iſtud feudũ de quo q̃ritur, mortuo dicto Iord. totũ peruenit in Marcũ, qui deceſſit ſuperſtitibus duabus filiabus, q̃ ipſi uaſallo erãt proximiores, unde cũ iſtud feudũ eſſent fęmininũ, quia in prima inueſtitura actũ fuit, ut maſculis deficientibus ſuccederent fęminæ, & nullus maſculus ſupereſt dicto Marco: uĩ, q filiæ pdictæ tanquã proximiores ſuccedant in dicto feudo dicto Marco: non aũt perueniant in filiũ prædictæ Io. filię Bonfran. fratris dicti Marci, pro quo facit de gradibus ſuccedendi in feudum. capitu. 1

2 uerſi. mortuo. In Chriſti nomine Amen. † De iure dico, q ex quo tempore mortis dicti Marci, qui fuit unus ex filijs Iord. primi inueſtiti, ſuperat filius maſculus ex Ioã. nepte, ex filijs dicti Ior. primo inueſtiti, uidelicet ex Bonfiã. filio primi Ior. inueſtiti: quis ſupereſſet ipſi Marco filio fęminæ, q dictus maſculus ex Ioan. attenta conuentione feudi debet in iſto feudo ſuccedere, & p̃dictis filiab. Marci præferri. & patet, quia in feudi ſucceſſione non attenditur proximitas reſpectu pſonę eius, a quo uacat feudũ, ſed reſpectu proximitatis, uel pacti, ſeu conuentionis eius, a quo incepit feudum, ut colligit. to. col. de ſucceſ. feu. §. j. ibi, ſi moriat ſine hęrede maſculo &c. Sed attẽtata conuẽtione, & pacto appoſito feudo, quo cõuenit, q maſculis deficiẽtibus ſuccedant femi. patet, q filius Io. q̃uis ſit deſcendens ex fęmina, tñ eſt de deſcendẽtibus primi inueſtiti. ergo q̃uis non ſit proximior Marco, a quo uacat feudũ, ſed ſibi ſint proximiores filiæ, tñ attento pacto inueſtituræ dẽt ipſe maſculus in hoc pferri ipſis filiabus. & pro hoc facit, qa feudi ſucceſſio potius fit ex 9ctu inueſtiturę, ſeu ex pacto, q̃ ex ſucceſſione, ut 10. co. an agnatus, uel filius, defuncti. ca. j. Et ſic non debet attendi, q Marco, a quo defertur feudũ, ſuccedat: qa eſſent filiæ: ſed debet attendi pactũ factũ cũ primo inueſtito, quo diſponit, q quouſq; ſupereſt aliquis maſculus, q non ſuccedãt fęminę. & q iſta opi. ſit uera, q maſculus ex dicta Ioã. pferat in ſucceſſione totius feudi, probatur, qa cõſtat, q ubi feudũ ab initio inueſtituræ eſt cõceſſum

pro

pro ſe, & hęredib. maſculis, & fęminis, vel pro ſe, & hęredib. ſuis maſculis, & his deficiētib. fęminis, q̄ quis feu ſū deficiētibus maſculis ſemel peruenerit ad fęminas, & ſemel extiterit conditio ſucceſſionis fęminarum, q̄ ſi poſtea decedant, ad quos ex poſtfacio peruenit feudū, vnus relicto filio, alter relicta filia, vel filiabus, q. in feudū non ſuccedunt, ēt in parte patris filiæ decedentis, q̄uis ipſi decedenti ſint proximiores: ſed ſuccedit maſcul⁹, q ſupereſt ex alio conuaſſallo, vt 10. coſū. de eo, q ſibi, & heredi. ſuis maſ. &c. ca. vnico. ergo multo magis debet maſculus decedenti remotior filiabus ſuccedere, quaſi feudū tale nullo caſu deuenit ad fęminas, nec vllo caſu extitit cōditio fęminarū ſucceſſionis in feudo, qd eſt in caſu nſo: quia vt patet ex ſuprapoſitis, q̄uis feudū conceſſum fuerat primo maribus, & his deficientib. fęminis tñ nullo caſu effectū fuit feudū femininū, imo ſemp peruenerit maſculinū vſq; ad mortē vltimi ex fratribus, q deceſſit. vnde ſi feudū conceſſum p maſculis, & fęminis effectū fęmininū exiſtente maſ. fuiſſet remotiori defuncto, a quo vacat feudū inſolidū, vel pro parte, nō pōt remittendo ſuā naturā feudi tranſire ex ſucceſſione ad fęminas proximiores: imo excludūtur p maſculū ſupeſtitē, q̄uis defuncto ſit remotior. ergo multo magis in caſu noſtro tranſibit ad maſculū ſuperſtitē Ioan. q̄uis ille maſculus Marco, a quo vacat, ſit remotior, cū nullo caſu fuerit effectū fęmineū, nec conditio ſucceſſionis fęminarum extiterit vllo caſu. Pro iſta cōſequentia facit, qa facilius res, q̄ aſſumpſit vnā naturā, ad illā redit, q̄ nouā aſſumat: vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactū. ver. q in ſpe. cū ſi. pro hoc facit, qa facilius res continuat eſſe ſuū q de nouo fiat, vt l. ſi pluribus. ver. q ſi vna. ff. de ver. ob. cū ſi. itē pro hoc facit gl. in d. c. j. quę quærit, nunquid in tali feudo, vt eſt in caſu noſtro, & illius c. maſculus. remotior excludat fęminā proximiorem ei, qui primo inueſtituram recepit. Et reſpondetur, q ſic. qd intel. gl. Iaco. de Bel. fore verū, qn̄ feudum nō erat adhuc qſitum fęminæ proximiori, puta amitæ, cū ſupererat germanus, & amita. quod directum eſt in caſu noſtro. nam in caſu noſtro tpe mortis dicti Marci feudū adhuc non erat quæſitum filiabus Marci, trāſibit ergo ad maſculū ex Ioāna prædicta, & per prædicta dicta qō determinatur euidenter. Modo non ob. ɔ̄rium, quia ſublatū eſt ex præmiſſis. nā hic non quæritur de ſucceſſione Marci, a quo vacat feudū, ſed de ſuccef. primi inueſtiti, & de ſuccef. ex pacto ex conuentione feudi, ſecundū q̄ quilibet maſculus, q̄uis ſit remotior, pfertur fęminæ quantumcunq; proximiori: quia impedit conditionē ſucceſſionis fęminarum extare. pro quo facit, quia qñcūq; eſt prioritas in ſexu, vel linea, remotior linea, vel ſexus pfertur cuicunq; proximiori poſterioris lineę, vel ſexus, ideo liberi remotiores pronepotes, q ſūt in tertio gradu, pferunt patri, qui eſt proximior in gradu: qa eſt in gradu primo, & nepos in tertiū aſcendētiū, & pater, & pronepos in tertio liberorum gradu facit homo. ad hoc faciunt no. in l. nā & ſi parentibus. ff. de inof. te. & inſti. de ſuccef. ab inteſt. §. 1. cū ſi. & facit. ff. vnde lib. vnde legi. vñ cognati. & de ſucceſſorio edicto. l. j. cum ſi. & p hoc ſublata ſunt ɔ̄ria. Ita conſuluit d. Philip. de Caſaris de Regio. & vlita ipſum. 16. doc. Et ego ſubſcripſi Gaſpar de Caldarinis. Ad idem.

De quæſtione iſta, de qua eſt q̄ſtio, caſus eſt iudicio meo in capi. 1. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis. in 10. colla. vbi expreſſe dicitur, q factum noui ſucceſſoris non poteſt alterare naturam feudi antiqui. & hoc pōderetur, quia eſt q̄ſtionis, de qua quæritur deciſio. Nam licèt Franciſcus de Caldeno renuntiauerit feudo, non propterea alterauit naturam feudi, vt patet ex textu præal. in verbo, nō de paterno. & alijs ſuper hoc latius allegatis, ſuppleat ergo prudentia conſulitoris. Et ad prædicta facit, quod habetur. 10. col. de duobus fratribus a capi. inueſti. capitu. 1. & ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & agna. vaſſal. capitu. naturales. & in capitu. vnico. an agnatus, vel filius, &c.

CONSILIVM CXXXVIII.

1 *Qualiter intelligantur illa verba, fiat iuſtitia, videlicet per quem debet fieri.*

a *Quibus partes tenentur compromittere, ſi non ſit expreſſum, in quem, & quo loco, qualiter debeat intelligi.*

In ciuitate Venetiarum ad officium Petitionum Magnificus d. Fran. Iunior agit contra Milanum de Malabambris habentem domicilium in Venetijs, & in Lombardia, familiarē, ſubditū, & ſequacē illuſtris Principis, & excelſi. d. d. noſtri in tractatu pacis. pro parte dicti d.

1 Quæritur per capitula, q lis ipſa remoueatur de dn̄io Ven. & reducatur. laudq; arbitri pronuntiant in prima ſnia, videlicet, q de qōne Milani, quæ ſibi mouetur per dictū d. Fran. in Vene. fiat ſibi iuſtitia. poſtea in ſecunda ſnia addētes, & corrigētes pronuntiauerunt ſic, videlicet, Item in illa parte articuli, vbi dr̄, & q de qōne dicti Milani, q̄ ſibi mouetur in Vene. per dictum d. Franci. fiat ſibi iuſtitia: & addentes ſententiamus, & pronuntiamus, q de dictis q̄ōnibus dicti Milani quilibet procurator teneatur eligere amicos cōes, ſeq; ſubijcere eorū iudicio, & cognitioni, ac fideiubere de ſtando iuri, & iudicato ſoluendo.

1 † & ſi de hoc dictus Milanus non cōtentabitur, ſtet, & ſeruetur tenor prædicti articuli diſponentis, q fiat ſibi iuſtitia. Magnificus quotidie ſupplicātibus reſpondet, fiat iuſtitia, & ſi non dicit, per quem intelligitur remittere ad iudicem cauſæ. ff. de iu. l. vbi ceptum. de iu. om. iu. l. ſi. nam ius ēt

2 ipſum locum appellamus. ff. de iuſti. & iur. l. ſi. † Si autē mandat eis, q cōpromittant, & non dicit, vbi debet compromittā in loco æquo, & cōi, arg. l. vlti. C. de fru. & li. expen. & de ſolu. l. curo ſtichus. vel nullum eſt mandatum rōne incertitudinis. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. de officio. Sed vr̄, q in loco compromiſſi, & laudi, quia ibi eſt celebratus ɔ̄ctus. ff. de iu. l. hæres abſens. & in Auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & de act. & ob. l. ɔ̄traſſe. Eſto, q in loco teneatur eligere, non tñ de loco quis concordabit eos diſcordantes in arbitros. quęro de compulſore, quis dabit tertium. Dux non, qa non eſt vnus ex arbitris. & ſi dicatur, eſt dominus loci: ideo exequitur contracta in loco, & hoc ſatis placet de iure: quia promiſſio facti ſubmiſit eos iuriſdictioni, tamen tertius debebit eſſe amicus cōmunis, & de confida. partium. tñ mihi dubium mihi facit, quia dicit, quilibet procurator. ergo ſi nullus tamen eſſet procurator, nullus teneret eligere. & ſi eſt pcura. ad certū locum, non poteſt eligere alibi: quia non habet mandatum. & ideo iſtud capitulum vr̄ captatorium, & æquiuocum. & pendet ex forma mandati procuratorum. Nā illud dictum, q quilibet procurator. intelligitur de procuratoribus præſentibus, non futuris, vt l. item eorum. §. 1. quod cuiuſq; vni. no. vbiq; deberent cogi ad compromittendum. quapropter concluditur, ſi procuratores haberent mādatum generale ad compromittendum in Ianua, aliàs non poſſunt compromittere extra locum, vbi ſunt conſtituti, vt ff. de verbo obliga. l. qui Romæ. §. Calimachus. & de arbi. l. ſi cū dies. §. ſi arbiter iuſſerit. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXXIX.

1 *An ſtatutum loquens de ſolutione, vel ſatisfactione habeat locum in ceſſione, & q nomine contractus proprie non intelligitur donatio. nu. 4.*

2 *Magna differentia eſt dicere, cedo tibi omnem actionem tibi competētem occaſione dotis. vel omnem actionem, quam habeo contra talem.*

3 *Quomodo intelligatur illa clauſula, cedo, qcquid iuris habeo.*

5 *Nomine contractus proprie non intelligitur donatio.*

Factum tale eſt, d. A. poſt mortem B. olim eius mariti remanſit creditrix in hæreditate, & bonis quondam B. de lib. octingentis pro dote ſua C. pater ipſius dominæ, & ipſa domina patre, & filia conſentientibus, & iubente confeſſi fuerunt verſus notarium ſtip. & recipientē nomine hæredum quondam dicti B. ſeipſos patrem, & filiam, & vtrunque ipſorum accepiſſe, & habuiſſe certas res valoris, & æſtimationis de communi cōcordia lib. 344. vel circa, & tantam denariorum quantitatem fuerunt confeſſi dicti pater, & filia habuiſſe, & accepiſſe pro parte ſolutionis dotis ipſius dominæ &c. poſt hæc dicta domina A. fecit donationem

-uem iſto modo. qualiter ipſa domina A. ſua propria ſponte, & ex certa ſcientia, cum conſenſu, & decreto dñi conſulis iuſtitię per pactum expreſſum, & ſolemni ſtip. vallatum, remiſit, & remittit, d. C. eius patri oẽm actionẽ ſibi quoquo modo cõpetens, & cõpeten: ẽ exigend: doẽ prędictã: cedens, tradẽs, & transferens dicto eius patri titulo donationis inter viuos, & quolibet alio titulo, quo melius poteſt, de oĩbus, & ſingulis iuribus, & act. &c. Inſuper dicta d. A. pro maiori roboratione prędictorum dicens prius, & proteſtãs ſe maiorem eſſe ęta. anu. 18. iurauit ad Sancta Dei Euãngelia corporaliter manibus tactis ſcripturis, prędicta omnia, & ſingula vera eſſe, vt ſuperius per eam promiſſa, cunctis partibus habere, & tenere rata, & firma, & iurauit, vt ſuprà, ꝙ dictum inſtrumentũ dotis eſt verum, & non fictum, ſeu ſimulatum: & ꝙ de ipſo nõ eſt facta ſolutio, compenſatio, vel ęſtimatio, ſed re vera dicti hæredes quondam B. ſunt veri debitores, & dic. C. pater iurauit, ꝙ credit prędicta vera eſſe, ac ẽt iurauerunt, ꝙ nulla pecunia data eſt, vel numerata, aut danda vigore præſentis donationis: ac etiam iurauerunt in oĩbus, & per oĩa, prout iurare tenentur ſecundũ formam ſtatuti cõis Pap. &c. Modo E. hæres dicti quondam B. aſſerit ipſam d. A. periuraſſe propter ſuprascriptũ iurm, cõiũcta dicta cõfeſſione de recepto de dictis lib. 344. Et accuſauit dictam d. A intentando pœnam ſtatuti de ceſſionibus fiendis cuiuſq; ſtatuti. effectus ſequitur in hac forma, ꝙ ceſſio iurium aliquo titulo non aliter valeat, nec teneat ipſo iure: niſi cedens iuret proprio ſacramentu debitum, de quo ceſſionem facit, verum eſſe in toto, vel in parte, quando cedit: & quòd de eo non eſt facta aliqua ſolutio, vel ſatisfactio: ſed re vera debitor, contra quem cedit, eſt verus debitor &c. Demum ſubijciuntur in ipſo ſtatuto iſta verba: & ſi quo tempore repertum fuerit contrarium, vel ꝙ inſtrumentum, de quo facta fuit ceſſio, fuerit ſimulatum, vel nõ verum, vel ꝙ debitum fuerit ſolutũ, vel pro eo aliter ſatisfactũ. & ſicut contrahentes de periurio merito poſſunt conuinci, ꝙ ille, qui apparebit periurus, puniatur in duplum quãti. in ceſſione comprehenſa, cuius medietas perueniat in debitorem, & alia medietas perueniat in commune. Præſupponitur etiã, ꝙ ſtatuto cauetur, ꝙ filiusfa. & perſona exiſtens minor annorum 25. non poſſit bona ſua alicui obligare in contractu aliquo, vel diſtractu, niſi cum autoritate poteſtatis, vel eius iudicis, & duorum ſuorum parentum. &c. Et ꝙ prædicta ceſſent in aliquo contractu, qui fieret cum cõſenſu patris ſui, vel aui &c. Prę ſupponitur etiam, ꝙ tempore contractus iſta d. A. erat in poteſtate dicti eius patris, & minor 25. annis, ex quo credi-
1 tur, ꝙ contractus non valuit. †Ex prædictis quæritur, an prædicta d. veniat condemnanda ad pœnam dicti ſtatuti, vel ne, allegatur contra dictam dñam, ꝙ iurauit non eſſe factam ſolutionem, vel extenuationem, tñ ex dicta cõfeſſione apparet cõtrarium, videlicet, ꝙ pars ipſius debiti eſt ſoluta, vt ſuprà, & licèt non ſit debitum in totum ſolutum, tñ aliqua ſolutio facta eſt, & ſaltem propter dictam particularem ſolu. diminutũ fuit debitum: ergo fuit extenuatum. arg. l. qui hominẽ. ff. de adi. leg. Et dato, ꝙ contractus fuerit nullus, tamen periurium fuit, vt not. in l. ſi quis legis. ff. de fal. In contrarium allegatur pro dicta d. A. ꝙ non periurauerit, ſi autẽ inſpiciantur verba prædictæ confeſſionis, & iuramenti. Et primo conſiderato, ꝙ ſtatutum prędictum requirit, ꝙ reperiatur ɔ̃rium, videlicet ꝙ debitum ſolutum fuerit, vel ſatisfactum. Et ſic requiritur actus veræ ſolutionis, & ſatisfactionis, non fictæ ſolutionis. l. 3. §. hæc autem verba. ff. de neg. geſt. Sed ex dicta confeſſione non inſurgit actus verę ſolutionis, vel ſatisf. l. 1. §. ſi mutuam. ff. ſi quid in fraudem patroni. & l. ſi in fi. ff. ſi cer. pe. & in multis alijs locis not. ergo pœna ipſius ſtatu. ceſſat. Præterea verba ſtat. dicunt, ꝙ ceſſio non valet, niſi cedens iuret proprio ſacramentu debitum, de quo ceſſionem facit, verum eſſe in toto, vel in parte. & quòd de eo non eſt facta aliqua ſolutio, vel ſatisf. ſed re vera debitor, contra quem cedit, eſt verus debitor. & ſi repertum fuerit contrarium, vel ꝙ inſtrumentum, de quo facta fuerit ceſſio, ſit ſimulatum, vel nõ verum, vel ꝙ debitum fuerit ſolutum, vel pro eo aliter ſatisfactũ, & ſic ɔ̃hẽtes de periurio merito poſſint cõuinci, ꝙ ille, qui apparebit periurus, puniatur in duplum quantitate ceſſionis comprehenſæ, cuius medietas perueniat in debitorem, & alia medietas
a perueniat in commune. † Et ad euidentiam præmittendum eſt, quòd magna differentia eſt, vtrum ceſſio fiat hoc modo; cedo tibi omnem actionem mihi competẽtem occaſione do. an fiat hoc modo, cedo tibi omnem actionem mihi competentem, quam habeo contra talem in centum, quæ mihi deber. ſi enim non ſpecificatur quantitas, illud ius tantum creditur, quod re vera debetur. ſi vero ſpecificatur, tunc in eo, quod ſpecificatum eſt, oportet, ꝙ cedens probet ſe creditorem eſſe in ipſa quantitate ſpecificata, vt ff. de hæred. vel act. ven. l. ſi in venditione hæred. & probatur per ea, quæ leguntur, & notantur. C. de falſa cauſa adie. lega. l. ſi non deſignata. & ff. de leg. 2. l. meuio. §. a me. niſi cedens fuerit ſciens, & ceſſionarius fuerit ignorans, & cedens aſſeruerit ſibi plus deberi, quàm deberetur: quòd tunc cedens tenetur ratione doli, non ex eo, quòd ceſſerit, ſed ex eo, ꝙ cedere ſe finxit, ſeu ſimulauit, vt ff. de hære. vend. l. quod ſi nulla. decepit enim ceſſionarium ſimulans ſe integrum ius habere, cum non haberet: & quòd re vera non veniebat in ceſſione facta per hęc verba: quicquid iuris habeo. & propterea pondetãdum eſt,
2 quòd ſtatutum loquitur de inſtrumẽto ſimulato, de quo fuit
3 facta ceſſio, non de ſimulatione ipſius ceſſionis. † Item conſiderandum eſt, quòd in iſta ceſſione: cedo quicquid iuris habeo: non venit ius, quod non habeo, vt in l. ſi ſic. ff. de lega. 1. per Dy. Ex hoc infertur in quæſtione propoſita, quòd licèt fuerit periurium dicendo, ꝙ nihil erat extenuatum: tamẽ illud periurium fuit extra ceſſionem iuris, & nõ punitur virtute ceſſionis, ſed ex malitia commiſſa extrinſecus: quia non certiorauit ceſſionarium de eo, quod debebat ipſum reddere certum, ſcilicet de ipſa veritate, vt ff. de dolo. l. eleganter. §. non ſolum. quod tamen in caſu noſtro dici non poteſt, quia pater erat ſciens, & ſcienti non infertur dolus, vt no. in l. ſum-
4 ma. ff. de condi. inde. †Cum ergo verba ſtatuti dicant de periurio commiſſo circa debitum, de quo eſt facta ceſſio, & hoc non eſt periorium circa debitum, de quo eſt facta ceſſio, quia in verbo principali ex ceſſiuo ſunt hęc verba: omne ius, quod habeo? quæ reſoluuntur in conditionem l. ſi quod habeo, licèt poſtea ſequantur verba ennutiatiua, quæ reſpiciunt exequutionem, & illa ſint falſa: quia iurauit, quòd inſtrumentum eſt verum, & quòd de ipſo nulla facta eſt ſolutio, nec extenuatio. tamen ad euitandam pœnam ſtatuti ſufficit, ꝙ verba ſtatim ceſſent, cum ſtatutum diſponat de pœna extraordinaria, & præter ius commune, vt ff. de acquit. hæred. l. ſi ſeruum. §. non diat. Ea quibus apparet, quòd de eo, ex quo facta eſt ceſſio, valet de iure, quod habet, & deſuper eo nullum eſt periorium, licèt fuerit commiſſum periurium in verbis denuntiatiuis, quæ tam cedens, quàm ceſſionarius ſciebat vera non eſſe. & falſa demonſtratio nõ auget principalem diſpoſitionem, vbi vtraque pars ſcit eam falſam eſſe, vt ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtip. fuero hanc ſummam. Præterea ſtatutum videtur requirere certam formam iuramenti, ad hoc vt quis puniatur. & ideo illa forma prætermiſſa ceſſat ſtatutum: nec obſtant illa verba, ac ẽt iurauerunt in omnibus, & per omnia, prout iurare tenenter ſecundum formam ſtatutorum: quia in muliere, niſi ſit certiorata de ſtatu. iſta verba non officiũt, vt no. in l. ſciendum. ff. de verb. obli. Item iſta verba generalia non augent ſpecialia, vt ff. de verbo. obliga. l. ſtipul. commodiſſimum eſt ita componere? vt l. doli clauſula. ff. de pe. l. ſanctio legum. ff. de lega. 3. l. hæres meus. §. duæ ſtatuæ. ff. de alimen. lega. l. alimenta. §. Baſilicę. & l. Stichus nutri. ff. de verb. ſignifi. l. ſi non fraudem. ff. de vulga. ſubſtit. l. veniendi. §. qui. Præterea conſiderandum eſt, quòd ſtatutum loquitur de pœ-
5 na contrahentium, † ſed nomine contractus propriè non intelligitur donatio, licèt largo vocabulo contineatur, tamen forte in ſtatutis pœnalibus non contineatur, vt ff. de verb. ſig. l. labeo. §. contracturo. & C. de prædi. curia. l. fin. libro 10. & conſueuit de hoc notari in Authen. facta. publi. C. ſi aduerſ. vendi. tamen iſta ratio poſſet ex communi vſu loquendi impugnari. ſequitur alia ratio, valet ꝙ ſi ſtatutum requirit patris authoritatem, vel authoritatem coniunctorum, niſi interueniat, nõ habet locũ ſtatutum, nec eius pœna: quia ɔ̃hentes nõ peruenerũt ad plenũ actũ, vt ff. qđ quiſ. iu. l. 3. §. hęc aũt verba.

Et certè pater non pôt interponere autoritatem immedia. filio ſecum contrahendi: quia ad ſeipſum patrem inter authoritatem, & contrahétem debet eſſe diſtinctio perſonarum, vt in l. 1 ff. de autho. tut. Ex his, & alijs, quæ poſſent allegari, concluditur pœnam dicti ſtat. in caſu noſtro locum non habere. Ego Baldus.

CONSILIVM CXL.

1 *An quis poſſit ſibi inſtituere vniuerſalem hæredem fratrem ſpurium, & natum ex damnabili coitu.*

2 *An in hæreditate matris ſuccedant filij ſecundi matrimonij cum nepotibus ex filio primi matrimonij, & ſi ſic an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita. & concludit, quòd in ſtirpes.*

Caſus eſt talis, domina Dalia habuit duos maritos, Primum videlicet d. Laurẽtium, & ex eo nati ſunt Gualfredus, & Dyoniſius, & quinq; nepotes nati ex ipſo Dyoniſio. Item ſecundum maritum, videlicet vnum domi. Ioan. de liſta: ex quo nati ſunt Bellus, & Iaſet. qui omnes prędicti mortui ſunt, vt infra, patet, videlicet quia primo deceſſit dictus Laurentius, cui ſucceſſerunt ęqualiter Gualfredus, & Dionyſius. Secundo deceſſit Gualfredus, cui ſucceſſit Dionyſius, & cum eo d. Dalina, quæ etiam ex forma iuris municipalis hic admittitur in ſucceſſionem cum agna. Tertio deceſſit Dionyſius relict. quinq; filijs, qui ſibi ſucceſſerunt, & d. Dalida cũ eis. Quarto deceſſit d. Io. de Liſta, cui ſucceſſerunt Bellus, & Iaſet. Quinto deceſſit Bellus, cui ſucceſſerunt Iaſet frater ſuus dom. Dalida eius mater. Sexto deceſſit d. Dalida, cui ſucceſſerunt Iaſet filius ſuus, & illi qnq; nepotes nati ex Dionyſio. Vltimo deceſſit Iaſet viuentibus adhuc dictis quinque nepotibus natis, & legitimis ex dicto Dionyſio. & in teſtamento per ipſum Iaſet cõdito inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem quendam d. Guiliel. de liſta filium ſpurium dicti quõdam. d. Io. & fratrem ſimiliter ſpurium dicti Iaſet. Nũc quæritur, primo de hæreditate d. Daliæ, quõo in ipſa ſuccedant dicti Iaſet filius, & quinq; nepotes nati ex quondam Dionyſio primi matrimonij: & vtrum ſuccedant in capita, vel in ſtirpem. Secundo quæritur, vtrũ dictus Iaſet potuerit inſtituere ſibi vniuerſalem hęredem d. Guli. ſpurium, & natum ex damnato coitu in prẹiudicium cognatorum, vel agnatorum de legitima prole dicti Iaſet &c. Sup eo, † quod quæritur, an frater legitimus

2 poſſit fratrem ſuum ſpurium, & natum ex damnato coitu ſolum hęredem vtile inſtituere: ita q̃ etiam bona paterna ſpurius capiat per mediam perſonam legitimi inſtituentis ſpurium, necne, videretur dicẽdum prima facie, quod nõ poſſit, quia quod eſt prohibitum recta via, non debet per obliquum concedi, vt C. de nat. lib. l. 1. in verbo, per interpoſitam perſonam C. quod met. cau. l. ſi per impreſſionem. & ff. de vſuca. l. labeo. ff. de bon. lib. l. quęritur. ff. de auth. l. ſi pupillus. §. ſi per interpoſitam pſonã. in ꝯrium vř, quia qd per me nõ poſſum, p aliũ conſequor, qñ non ſum prohibitus propter vitium meũ, vt ff. quę res pign ob. poſſunt. l. Ariſto. & not. in d. l. labeo. de vſuc. ſed ſpurius non eſt prohibitus vitio ſuo, ſed paterno, vt C. de nat. lib. l. fi. vnde licèt non poſſit capere a patre, tamen nihil prohibet ipſum inſtitui ab extraneo. dicitur enim extraneus frater legitimus; & vt non teneamus diem in ſermone, iſta quæſtio determinatur per ipſum caſum legis. ff. de vulg. ſubſt. l. ſi is, qui. & per gl. in Auth. qui. mod. nat. eff. ſui. §. vlt. ſi quidem in glo. magna. in ver. item a patre. & in verſi. ſed quid ſi pater. & ideo abſque dubio frater legitimus poteſt inſtituere hęredem fratem ſpurium. nec obſt. quòd bona ſint paterna, quæ deſierant eſſe paterna per aditionem hæreditatis patris: cum fuerint vnita cum bonis filij, & totum ſit vnum patrimonium effectum, vt ff. de vulg. ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. filio. & ad hoc optimè facit quod not. per Bart. in l. fin. ff. de his, quib. vt indign. Et ratio eſt manifeſta, quia hoc non conſequitur iudicio patris tacito, vel expreſſo, ſed mero iudicio fratris, in quo non reperitur aliqua iuris prohibitio. Nec eſt verum, quòd hic quæratur per interpoſitam perſonam, quia frater non eſt miniſter alterius fratris, ſed eſt propriè, & principaliter ipſe teſtator. ad hæc bene facit. ff. de liber. lega. l. ſi in qui duos. & C. de donat. l. ſi auiæ. ex quibus firmiter concludo dictum teſtamentum valere: niſi probaretur, quòd legitimatus accommodaſſet tacitam fidem patri de inſtituẽdo ſpurium; quod in dubio non eſt præſumendum, vt no. ff. de leg. 1. l. Lucius. §. in teſtamento. & ff. de probat. l. cum tacitum. & l. qui teſtamentum. & idem de bonis maternis, & omnium aſcendentium: dico, quæ proceſſiſſent ad dictum fratrem te-

2 ſtantem. † Super eo autem quæritur, vtrum ſi ex primo matrimonio extat vnus filius, & ex ſecundo extent quoq; nepotes: patre pręmortuo ſucceſſio diuidatur in capita, vel in ſtirpes? Et dicendum eſt, quòd in ſtirpes, vnde filius habet dimidiam bonorum matris: alij quinque nepotes habent dimidiam bonorum auiæ, quia ingrediũtur locum paternum, & loco vnius habentur, vt inſtitu. de hęreditatibus, quæ ab inteſta. §. cum filius. & in Authen. de hæredi. ab inteſta. §. ſi quis igitur deſcendentium. nec quicquam facit hic tranſitus ad ſecunda vota, vt in Authen. de nupt. §. illud quoque. in fine tituli. colum. 4. & de hoc nulla dubitatio eſt. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CXLI.

1 *An in feuda conceſſa duobus fratribus ſimpliciter alter alteri ſuccedat, vel magna portio decedenti reuertatur ad epiſcopum concedentem.*

2 *An vaſſallus eccleſiæ interficiens aliquem ſacerdotem, aut verba iniurioſa dicens de epiſcopo ſit priuatus, vel priuandus feudo.*

Thema huiuſmodi ſubijcitur d Vgolinus quondam epiſcopus Parmę conceſſit in feudum honorifico dom. Anto. f. quondam Ilarij de Arcilibus abſenti, & cuidam ſuo procuratori pro eo recipienti, & Ilario fra. q. Bogatij fratris dicti do. Ant. pręſenti, & dictis nominibus recipienti vnam petiam terrę. & deinde d. Beltramus etiam epiſcopus Parmenſis ſucceſſor dicti epiſcopi Vgolini conceſſit in feudum dicto dom. Ant. ſeu confirmauit dictum feudum pręſenti, & recipienti pro ſe, & dicto Ilario abſente, pro quo promiſit de rato habendo ita, & taliter, quòd vterq; ipſorum dictum feudum habeat. deinde d. Ioan. nunc Epiſcopus Parmenſis mortuo dic. do. Anto. & ſuperſtite adhuc dicto Ilario poſt paucos dies dictum feudum cõceſſit Anto. de Ferro ciu. Parmæ tanquam vacans tam propter mortem dicti dom. Anto. quàm etiam propter ingratitudines, ſeu felonias cõmiſſas per dictum Ilarium: necnon per negligentiam non petendi, ac debitum iuramentum præſtandi infrà annum, & diẽ, prout debuit. Nam dictus Ilarius nunquam comparuit coram d. epiſcopo nunc pręſente ad cognoſcendum dictum feudum, & debitum iuramentum pręſtandum. quod feudum ex cauſis prædictis præfatus dic. epiſcopus in conceſſione facta prędicto Anto. de Ferro declarauit vacans, atque habuit pro vacante, & dictum Ilarium dicto feudo priuauit. & de qua petia terrę dictus An. de Ferro accepit tenutam. hic q̃ritur, quis eorum in dicto feudo potior ſit. & vt huiuſmodi quęſtio clareſcat, tangam, quę contra do. Ilariũ, & pro Ant. de Ferro faciunt: deinde econtra. vltimo. quid iuris ſit pręſenti con-

1 ſilio, concludam. † Reſpondeo ad primum: quia pro Anto. de Ferro aduertendum eſt, quòd cum feudum ſit antiquũ infeudari ſolutum d. epiſcopo, licuit eidem Anto. de per ſe infeudare, vt extra de feu. c. 2. Nec infeudationis vltimę p̃miſſę ipſe Ilarius ius aliqd in feudo videbatur habere, maximè quia d. d. Ant. erat in ſacerdotali dignitate conſtitutus, & prior, cũ clericus habere feudum non põt, immo ſi habet, & efficaciter clericus priuatur, vt 10. col. ſi de feu. fue. cõt. inter. d. & agna. c. qui clericus. itẽ quia ipſe d. Ant. ac ẽt ipſe Ilarius ſunt naturales, & nõ nati ex legitimo matrimonio, nec inde ſint aliqua dotalia inſtrumenta: quia naturalis in feudo non ſuccedit, vt eo. ti. c. naturales. inſuper alia ex cã pntia, quia Ilarius cõmiſit talia, propter quę ſuit priuatus dicto feudo: poſito, q̃ dictum feudum poſſet obtinere: nam interfecit vnũ ſacerdotẽ, & ſic grauamẽ iniuriatũ intulit d. d. epõ, & toti clero, ac detraxit d. d. epõ; quibus de cauſis feudũ reuerſum vř ad d. d. epm. necnõ quia non recognouit, nec iuſm pręſtitit fidelita. ĩ. annum, prout debuit. Ex aduerſo allegari poteſt contra conceſſionem

Ant.

Anto. de Ferro: primo, quia de feudo, quod alius detinet, iure
concedente nemo pure inueſtiri pôt, vt hr̃ 1 n. col. qui ſucceſ-
ſores teneantur. Præterea nec obeſſe videtur, quod dicitur, vi-
delicet ꝙ dictus Ant non potuit habere dictũ ſeudum, & qa
clericus, & in dignitate cõſtitutus. Nam illud eſſe verum vr̃,
qñ propter tale feudũ vacat a diuinis, vel eſſet talis naturæ, ꝙ
nõ poſſet facere vaſſallus id, quod eſſet de natura feudi, vide-
licet iſtud eſt feudũ honorificum, & qd non requirit talem fi-
delitatem, quę nõ poſſet bene pręſtari ab ipſo. ad illud, quod
obijcitur eos fore naturales, & quòd nõ poſſunt ſuccedere in
feudo, dr̃, ꝙ ſunt legitimati. Itẽ poſito, ꝙ non eſſent legitima-
ti; licèt d. epiſcopus potuiſſet recuſare inueſtituram, ex quo
eis conceſſit, valuiſſe vr̃, vt io t n. col. per quos fiat inueſtitu-
ra. §. perſonã. Ad illud vero, quod obijcitur, ꝙ Ilarius interfe-
cit vnum ſacerdotẽ, & quòd detraxit. d. epõ: negari vr̃, quini-
mo & ſi eſſet verũ, debuit priuari per ſententiã, hoc probato,
vel ipſo de hoc conuincto, & ſnia ferri ipſo citato: aliàs nõ va-
lere vr̃, vt C. quo. & quan. iu. l. ea, quę. Porro ad id, qd obijci-
tur Ilariũ non recognouiſſe infra annum, rñdetur, ꝙ d. epiſco
pus inueſtiuit d. Ant. de Arcillibus recipientem pro ipſo, ac
pro Ilario, & ſic non fuit negligens. Et ſi dicatur, ꝙ nõ iurauit
fidelitatem, rñdemr, ꝙ de hoc do. epiſcopus fuit cõtentus, nã
cum poſſet in totum remittere iuramentũ, vt d. ti. per quos fi-
at inueſtitura. c. ſi. multo magis per alium acceptare, & taliter
admittere. Præterea ſaltem ſi non iure ſuo admitteretur, ex p-
ſona fratris defuncti admitti vr̃ Ilarius: cum tpe vltimę inue-
2 ſtituræ eſſet infrà annũ mortis aggrauatus. † Ad vltimũ cõde
ſcendo. concluſiue aduertendũ exiſtimo, ꝙ feudum hmõi no
uum duobus ſimul ſimpliciter conceſſum ſine adiectione, ꝙ
vnus alteri ſuccedat, etiam ſi robur obtinuiſſet in eorũ perſo
na, non deuoluitur pro parte d. Ant. defuncti, & fratris Ilarij
in eundẽ Ilariũ, imo ipſo iure reuertitur ad eccleſiã, vt legit,
& hr̃ eadẽ col. de duo. fra. de nouo beneficio inueſti. c. 1. & de
ſucc. feu. c. 1. in fi. & de feudo marchię. c. 2. & de beneficio fra
tris. c. 1. vnde ſi, vt proponitur, facta fuit inueſtitura ipſis fra-
tribus ſine pacto, ꝙ vnus alteri ſuccedat, de dimidia parte feu
di non eſt dubium: nam qm̃ ad eccleſiam deuoluta fuit, quia
ſolita infeudari, vt dixi, licite extitit de ea inueſtitura facta
nouiſſimè Ant. de Ferro. quinimo congrue dici poteſt, etiam
pro reliqua parte dimidia originem nõ habuiſſe in perſonam
Ilarij, maximè quia naturales etiam legitimati ſi ſeruire poſ-
ſunt, non ſuccedunt in feudo, niſi nominatum ea lege eſſent
legitimati, vt in feudo ſuccedere poſſint: quaſi nõ ſenſerit do
minus de huiuſmodi ſucceſſoribus, ſed tantummodo de le-
gitimis, vt in eod. titu. cap. naturales. & in glo. quaſi ergo vi-
tio conductionis perſonæ, quæ non innotuit d. epiſcopo tem
pore inueſtituræ, & tanquam ſurreptitium cenſendum eſt ip-
ſum feudum, & inualidum, vt in titu. per quos fiat inueſtitu
ra. §. perſonam. ibi, niſi ignorantia prætendatur &c. Præterea
vaſſallus feudo priuatur ob graues, & inhoneſtas iniurias d.
illatas, vt titulo quæ ſit cauſa beneficij amittẽdi. §. porro. Ideo
dicit Odofre. in titu. quibus mod. feud. amitt. in quintadeci-
ma cauſa, & trigeſima in diſputatione. etiam ob iniuriam ver
bi vaſſallum feudo priuari. vnde ſi, vt aſſeritur, ſacerdotis ho
micidio nedum epiſcopum, ſed etiam totum clerum vitupe
rauit grauiter, & inhoneſte: ac etiam epiſcopo verbis iniu-
rioſis detraxit, beneficium perdidit. conſequens igitur eſt,
etiam eo non citato, feudum alij concedi potuiſſe, quãquam
de facto Ilarius detinebat, licèt poſſeſſione non eſſet, niſi cau
ſa cognita priuandus, argum. extra de præben. cap. licèt epi-
ſcopus. lib. 6. inſuper licèt etiam a præſenti epiſcopo, & cæte
ris nomine Ilarij infrà annum, & diem iuridice peti inueſtitu
ra, & fidelitas præſtari a fratre potuerit, & fuerit poſtulata, &
obtenta, indubitati iur. eſt, ꝙ ab Ilario ratihabitio celebran-
da erat: præſertim infra annum. argu. ff. rem ra. hab. l. bono-
rum. quæ cum obſeruata nõ ſupponatur, feudum amiſit. con
ſequẽs igitur eſt: quia poſſeſſio erat ſolita infeudari, vltimam
conceſſionem factam Ant. de ferro tanq̃ iuri congruã tenen-
dam fore, non obſtantibus contra allega. vt extra de feud. c. a.
Ego Chriſtophorus de Caſtellione ſubſignaui. ſuper dicto
puncto breuiter dicendum eſt, quòd portio dicti do. Ant. eo
mortuo ſine hęrede reuerſa fuit ipſo iure ad d. Epiſcopum, vt
10. colum. qui feudum dare poſſunt. c. 1. §. cum vero Conra-
dus, & de fratribus de nouo beneficio inueſtit. ca. 1. & ideo.
d. epiſcopus ſine aliquo dubio potuit illam partem conferre,
& eam inueſtituram facere in perſonam A. de Ferro, cum ta-
lis pars feudi eſſet aperte deuoluta dicto d. epiſcopo, vt in ti-
2 tulo qui ſucceſſores teneantur. c. 1. col. 10. † Sed ſuper partes
Ilarij poteſt eſſe dubium. & ſi quidem Ilarius, qui dicitur
interfeciſſe quendam ſacerdotem, ſi quidem de dicto homi-
cidio fuit condemnatus, in conſequentias venit priuatio feu
di propter maximam capitis diminutionem dicti Ilarij, vt c.
paſtoralis. de iudi. in clem. & quod not. Inno. c. verum. de fo-
ro compe. nam ſic condemnatus habetur pro mortuo, vt ff.
de bo. libe. l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. & C. de vſu fr. l. corru-
ptionem. & tunc etiam ſine alia citatione poteſt ſibi auferri.
poſſeſſio, quia iſta oblatio eſt quædam executio ſententię diſ-
finitiuæ, vt not. Inno. extra de appel. c. ex ratione. & patet C.
de bonis præſcript. l. ſi quis poſt hac. aut non fuit condemna
tus, ſed condemnandus, & priuandus, & tunc antequam ſit
priuatus, non vacat feudum, arg. ff. de iudi. l. qui ſe dicit. nam
ordo iuris eſt, vt prius vaſſallus conuincatur de culpa, & pri-
uetur, deinde feudum conferatur, vt in cap. 1. de feudo ſine
culpa non amittendo. tamen ſi epiſcopus primo inueſtiuit,
ſecundo priuauit, ſi eſt idem epiſcopus, & non ſucceſ. conua
leſcit inueſtitura, vt in c. 1. qui ſucceſſores teneantur. eadem
col. idẽ forte eſt ſi, homicidium erat notorium, quia pro tan-
to ſacrilegio ipſo iure erat priuatus, vt in cap. ſi quis ſuaden-
te diabolo. vnde non licèt ei poſſidere feudum eccleſiæ ad ſi-
1 militudinem hæretici. 8. diſt. cap. quo iure. & in Authen. de
priui. doti. §. 1. ad quod facit, quod no. Inn. de uer. ſi. c. ex par
te. & quod nota. Cyn. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Item ex
quo erat notorium, quòd infrà annum, & diem non petie-
rat inueſtituram, etiam ex officio epiſcopi ex hoc capite pri-
uari poterit, ut in cap. 1. quo tempore miles. colum. 10. hoc
tamen citato Ilario: quia etiam in notorijs neceſſaria, vt pa-
tet in d. cap. paſtoralis. tamen in excommunicatione iuris, de
quo dixi, cum ipſo facto infringatur, citatio neceſſaria non
eſt. & ideo ſecundum ea, quæ proponuntur, dictus Ilarius
non habet ius: ſed Anto. de Ferro: præſuppoſito, quòd di-
ctum feudum eſſet ſolitum infeudari, ut in c. 1. epiſcopum,
uel abbatem. colum. 10. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLII.

*1 Exempti a ſolutione alicuius oneris durante quadam deſcri-
ptione non cenſentur exempti renouata illa deſcriptione.*
2 Ex arbitramentis an ſumatur argu. a contrario ſenſu.
3 Argu. a contrario ſenſu an ſit lex.

Quidam Dominus Paſinus arbitrator inter infra-
ſcriptas partes ſic arbitramentando tulit,
valet: quia pronunciauit quoſdam fratres de Barbarica du-
rante quadam deſcriptione focorum facta in 1365. Menſe
Nouem. de foco, & laribus communium Brixianę non poſſe,
nec debere compelli, nec conſtringi per dictos cõe, & homi-
nes de barbarica ad ſoluendum, ſeu ſuſtinendum cum dicto
cõi de Barbarica aliqua onera, vel factiones, ſed intelligantur
ipſo iure durante ſupraſcripta deſcriptione exempti, liberi, &
abſoluti teneantur tñ dicti fratres in cõpenſatione prædicto-
rum dare, & ſoluere dicto cõmuni de barbarica toto tpe, quo
durabit dicta deſcriptio focorũ, de qua ſupra eſt facta mẽtio,
lib. 36. planum. qui fratres per aliquod tp̃s ſoluerunt. tandem
per cõmune Brix. ſtatutum eſt, ꝙ ęſtimum factum pro cõita-
tibus Brix. habeatur pro noua deſcriptione focorum. vñ ori-
tur qõ. an dicti fratres teneantur in cõi Barbaricę, de qua terra
ſunt oriundi, ſubire onera ex vi dicti arbitramenti, vel iuris
cõis. & an ex eo, ꝙ arbitramenta non obſeruauerunt per ſpa-
cium ncin anno ſoluere teneantur, & in pœnã inciderint cõ-
1 promiſſi. † Et ad euidentiam pręmittendum eſt, ꝙ nõ dicitur
deſcriptio focorũ durare, ſi cum effectu non durat: ſicut non
dicitur verſum, quod durat verſum, vt l. pro parte. §. verſum.
ff. de in rem verſo. nec dicitur aliquid fieri, niſi duret factũ. ff.
ꝙ cuiuſq; vniuerſi. nomine. l. item. §. ꝙ ſi. & C. de his, qui. vt
indi. l. alium. & ff. de fideiuſ. l. ſtipul. in fi. & ff. de hęre. vend.

l. 2 §. illud. & ideo ſi quidē antiquę deſcriptioni ſocorum eſt
additum, vel detractum, ita q̄ forma ſit mutata, tunc iſta ali-
quis eſt noua deſcriptio. ff. de iu. & iu. l. ius ciuile. & ff. loc. l.
cum in plures. §. lege dictam. aut non eſt data aliqua noua for
ma, & tunc aut prima deſcriptio erat tēporalis, & finitum eſt
tēpus. & dico, q̄ iſta ſecunda deſcriptio eſt deſcriptio noua,
quia de nouo ſubſtantiam capit, licèt ſumpta ex veteri, vt ff.
ff. de arb. l. ſi cum dies. in prin. ff. de dam. infec. l. ſi finita. C. lo
ca. l. cū hermes. ff. de pręt. ſtip. l. valerianus. ff. loc. l. item quę-
ritur. §. qui impleto. nam ipſe arbitrator cogitauit de ęſtimo
tēporali, quod tunc vigebat, & ad illud retulit ſe, vt ff. de inſa
mibus. l. quid ergo. ī prin. & ideo vſq; ad illud tēpus durauit
exceptio, & non vltra: quia finito tpe priuilegij finitur priui-
legiū, & quęlibet alia diſpoſitio tēporalis, vt ad l. fal. l. ſi poſt
miſſionē. & ff. de pac. l. epiſt. §. fi. & ff. de excu. tu. l. ſcire opor-
tet. §. conſequens. C. de temp. in integ. reſt. l. ſuperuacuam. ff.
de act. & ob. l. in honoratijs. §. cum reſciſſe. ſi autem primum
ęſtimum non habuiſſet in ſe temporis præfinitionē, tunc per
illa verba, q̄ cenſeatur nouum ęſtimū non facta alia nouatio-
ne. vī, q̄ ęſtimum antiquum potius confirmetur, q̄ fiat noua-
tio, ar. C. de noua. l. fi. ff. de ver. obl. l. qui his idem. ſicut & pri
uilegia dicūtur innouari, tamen vera priuilegia durant, vt no.
in Auth. de hæredi. & fal. in prin. Et quia etiam ſurrogatū ſa-
pit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, vt ff. de do. in-
ter vi. & vxo. l. ſi donatæ. §. ſponſus. & ff. de condi. & dem. l. fi
liæ. §. 1. & ff. ſi quis teſtamento libe. eſſe iuſſ. fuerit. l. 1. & ff. ſi
quis cautio. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. tamen contrarium eſt
verum. ſ. q̄ nouum cenſetur ęſtimū, quia verba legis dicunt,
habeatur pro noua deſcriptione. vt no. ff. de ver. ſig. l. mercis.
2 & C. de noua. l. fi. † Subſequenter pręmittendū eſt ad euiden-
tiam, verum ex arbitramento ſumatur arg. a contrario ſenſu.
nam verba dicunt, durante deſcriptione ſocorum: q. d. q̄ ea
non durante teneantur ſoluere ſimpliciter ſicut alij de dicta
terra. an vero dicemus, q̄ iſte ſit caſus omiſſus, vt ſic argua-
mus de caſu omiſſo non caſu tacitè per contrarium intelle-
ctum diſpoſito. & arguitur pro prima parte, q̄ a cōtrario ſen-
3 ſu ſummatur arg. ex arbitramento, † nam ar. a contrario ſenſu
videtur eſſe, ſicut tex. legis, & contractus, vt no. ff. de teſtam.
l. qui teſtamento. §. mulier. & C. de furt. l. apud antiquos. ff. de
pac. dotalibus. l. inter ſocerum. §. cum inter patrem. ad hoc fa
cit quod no. C. de ſenten. & interlocu. omn. iud. l. cum iudex.
& l. cum eorum. In cōtrarium, quòd ille dicatur caſus omiſ-
ſus, ita quòd partes remaneant in terminis, in quibus erant
ante compromiſſum. & hoc per l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſo-
lu. mat. & ff. de condi. ob cauſam. l. ſi extraneus. ff. de hæredi-
bus inſti. l. ex facto. & l. Lucius. & videtur caſus in verbis in-
cipientibus a præcedenti negatione. ff de manumiſ. teſt. l. Ti-
tia. §. fi. ſed certè hic videtur conſtare de mente arbitratoris,
a qua non eſt recedendum, dummodo tacitè colligi poſſit ex
interpretatione verborum, & myſterio verborum prolatorū,
vt ff. de app. l. ab executione. & no. ff. de arbi. l. qualē. in prin.
& probatur eo. tit. l. inter caſtellianum. ſed hic videtur appa-
rere de intentione arbitratoris, qui indulſit eis præterita, &
modificauit futura, vſquequo durat deſcriptio ſocorum fa-
cta: & voluit, quòd in recompenſationē certum quid præſta-
retur, per quod apparet, quòd ſenſit dictos fratres eximere a
quadam exemptione modificata non perpetua, & ideo finito
tempore remanent in priſtino iure, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. 1.
& ibi not. imo temporalis exemptio ſignificat, quòd in con-
trarium eſt ius commune, vt ff. de leg. l. ius ſingulare. & facit
quod not. eod. titu. l. cum lex in perpetuum. quæ optimè ad-
duci poteſt, & ff. de lega. 2. l. ſtatuliberam. §. Stichum. Et ideo
conſiderato, quòd dicti nobiles ſunt oriundi de terra barba-
ricæ, & ibi habent domicilium naturale, & ciuile: cogendi
ſunt pro rebus, quas ibi habent, ſoluere vnà cum hominibus
dicti loci barbaricę. l. 1. C. de mulieribus, & in quo loco. lib.
10. nec habēt beneficia ciuilia. Brix. quia non ſeruauerunt ſta-
tuta de ciuilitate diſponentia. de ver. ſign. l. ędificia. cum glo.
Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peruſio &c.

CONSILIUM CXLIIII.

1 *An quis puniatur de verbis iniurioſis.*

2 *Capitula ſunt impertinentia, ex quibus nullus iuris effe-
ctus ſequitur.*

3 *Filius naturalis eſt ita coniuncta perſona, quòd poteſt poſſeſ-
ſionem patris defendere.*

4 *Minæ aliquando ſunt iuſtæ, aliquando temeraria ſine dolo,
vel cum paruo dolo: aliquando cum dolo habente in ſe atro-
citatem delicti.*

5 *In dubio capitula ſunt admittenda cum clauſula, ſaluo iure
pertinentium, &c.*

Super quæſtione vertēte inter Chriſtophorum, & An-
to. fratres, & filios d. Raynald. de Perſico ex vna
parte, & d. Hugolinum de Caualcabobus, & Io. eius filium na
turalem ex altera, occaſione cuiuſdam reſcripti commiſſio-
nis, & mandati emanati ab Illuſtri, & Magnifico noſtro Princi
pe occaſione contentorum in ipſo reſcripto, cuius verba ap-
parent. & maxime occaſione quorundam verborum, quæ di
ctus Io. dicitur dixiſſe aduerſus quendam Caſtaldum partis
aduerſę: quòd niſi ſe a talibus abſtineret, faceret ſibi rigari
manus, & eum proijci in aquam cōmeſſadij cū capite. j. &c.
coram commiſſario capitulatū eſt hincinde, & pro parte di-
cti Io. capitulatum eſt, quòd ſi dictus Ioan. aliqua verba dixiſ-
ſet verſus dictum Caſtaldum, fuiſſet pro eo, quod dictus An-
to. de Perſico acceſſiſſet ad petiam terræ in dictis actis deſcri-
ptam, & expuliſſet laboratores dicti domi. Hugolini, & vim
intuliſſet dictis laborantibus in poſſeſſione dictæ petiæ terræ
pertinentis ad dictum do. Hugolinum, & per eum poſſeſſæ.
1 † Item q̄ dicti fratres fecerunt quędam alia, in quibus dictis
capitulis fit mentio contra dictum d. Hugoli. & per hoc cau-
ſam dederunt edicto: quia vt ait Ariſto. non incipit, qui ira
aliquid facit, ſed qui ad iram prouocat. & probatur. ff. de iu-
di. l. in tribus. ille enim eſt princeps culpæ, a quo incipit mali
tia, vt C. de ſer. fug. l. quicunq;. & C. de furt. l. ſi quis ſeruo. ex
aduerſo dicitur, quòd dicta capitula ſunt impertinētia, quia
non ſequitur, ſi vnus malefacit, ergo alter poteſt malefacere,
& peius dicere: præſertim quo ad pœnam fiſcalem, vbi vter-
que debet pro malefacto, & maledicto puniri, vt no. C. ad leg.
iul. de vi. l. ſi quis ad ſe fundum. ff. ſo. ma. l. viro, atq; vxore. &
l. cum mulier. niſi vnum fieret ad offenſam, & alterum ad de-
fenſam cum moderamine debito, vt C. vnde vi. l. 1. ff. ad leg.
Aquil. l. ſciētiam. §. qui cum aliter. & l. ſi ex plagijs. §. ſi taber
narius. & l. quemad. §. ſi nauis alteram. & ff. ſi quadr. pauper.
2 feciſſe dicatur. l. j. §. cum arietes. iura ſunt vulgaria. † dicta igi
tur capitula ſunt impertinentia, ex quibus effectus nullus ſe-
quitur, vt no. C. qui legitimam perſonā. l. momentaneæ. ff. de
iureiu. l. ſi duo patroni. §. idem Iulia. ff. de petit. hære. l. ſi quis
libertatem. §. vlti. cum ſimil. cum igitur de impertinentia ap-
pareat ex lectione capitulorum, vt C. de proba. l. ad probatio-
nem. & ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratus §. pro aurelio.
non debent talia capitula admitti, nec ſuper eis teſtes recipi.
& extra de offi. deleg. c. cum contingat. & quod not Io. Mod.
in c. filij. de hæreticis. lib. 6. & argu. C. de app. l. ampliorem. §.
in refutatorijs. & C. de formulis. l. 2. a contrario ſenſu. & l. 1.
de offi. aſſeſſorum. In contrarium autem videtur veritas rei.
& præſuppono, quòd veritas ſe habeat, ſicut mihi aſſeritur,
quòd dictus dominus Hugolinus poſſidebat, & poſſidet di-
ctam petiam terræ in loco commeſſadijs, in cuius territo-
rio iacet dicta petia terræ. & ibi propriè dicuntur dicta ver-
ba emanaſſe, vel aliter non curo ad impediendam vim futu-
ram. nam clamoribus, & minis, ac terrorib. nos, noſtroſque
3 iuuare poſſumus. ff. ad ſill. l. cum dominus. † Et præmitto ad
euidentiam, quòd filius naturalis eſt ita coniuncta perſona,
quòd poteſt poſſeſſionem patris defendere & re, & verbo: &
hoc propter duo, primo ratione naturalis affectionis, vt not.
ff. de iuſ. & iur. l. vt vim. ſecundo, quia iure familiaritatis ha-
bet quendam vſum, ſeu conſuetudinem facti, vt ff. de ac. poſ.
l. qui iure familiarita. & propter vtrunq; eſt licitum ſibi poſ-
ſeſſionē patris defendere a turbatore, vt C. ſi per vim, vel alio
modo. l. 1. cum ēt alijs familiaribus ipſis patris liceat hoc fa-
cere: nam amicus amico poteſt ſuffragium defenſionis impar
tiri, etiam ſine requiſitione, vt not. Bar. in l. prohibitum. C. de
iu. fi. lib. x. multo magis filius patri, q̄a inter eos eſt amicitia,
qua

quia non reperitur maior, vt no. ff. de hære. inſtit. l. quidam cũ
filiam. Item præmitto, ꝙ dicta verba poſſunt conſiderari du-
pliciter, vno modo inquantum referuntur verſus honorẽ Ma
gnifici noſtri, & hoc modo tñ ponderantur, quantum Mag.
noſter vult, & pro eius motu pôt ipſe ſumere vltionẽ, arg. C.
de ſum. tri. l. 1. in fi. ſecundo modo poſſunt conſiderari reſpe
ctu illorum fratrum, vel illius caſtelli, & hoc modo illa verba
punitionẽ non merentur, quia & minis, & armis pôt & iniu-
rianti, & poſſeſſionẽ turbanti reſiſti, vt plenè legitur, & no. in
l. 1. §. interdictum. ff. vti poſſi. in gl. ord. & per Bar. & facit. ff.
de vſufr. leg. l. hęres in fundum. non. n. poterant dicti fratres,
vel dictus Caſtaldus immittere pedem in alienam rem inuito
d. & maximè incidendo arbores, vel aliquid aliud faciendo,
vt C. de interdic. l. 1. ff. de ſer. ruſti. pręd. l. diuus. ff. ſi ſeruitus
ven. l. ſicut. §. Ariſto. C. quando liceat vnicuiq; ſe ſine iudice
vindicare. l. 1. & 2. ad l. Aquil. l. quemad. §. 1. cum multis ſim.
4 Tertio præmitto, † ꝙ minæ aliquando ſunt iuſtæ, aliqñ ſunt
temerariæ ſine dolo, vel cum paruo dolo, aliqñ ſunt cum do-
lo habente in ſe atrocitatẽ delicti: nam in dolo ſicut in culpa
ſunt gradus. Nam eſt minor dolus, quando parum, vel nil no
cet. eſt & grauis dolus, quando plus nocet. eſt & grauiſſimus,
ex quo publica iudicia prodeunt, vt ff. de act. & obli. l. ſeruus
non omnibus. ff. de reg. iur. l. ad ea. ff. de min. l. auxilium. §. in
delic. quod etiam ex generibus pœnarum maniſeſte apparet,
quia ſunt pœnę minores, maiores, & maximè, vt ff. de infami-
bus. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ff. de pę. l. reſpiciendum.
in §. delinquit. Item præmitto, quòd debet non ſolum conſi-
derari qualitas verborum, ſed qualitas animorum. nam qua
mente aliquid dicetur, animaduerti conuenit, vt ff. ad exhib.
l. pen. & qua mente aliquid fiat, vt ff. de fur. l. verũ. & l. ſi quis
ex dolo. iuxta illud, animus, & propoſitum diſtinguunt ma-
leficia, eo. tit. l. qui iniuriæ. & C. de iniurijs. l. ſi non conuitij.
& C. ad leg. Corne. de ſica. l. 1. & ff. de iniurijs. l. eum, qui no-
centem. §. ſi iniuria. & §. ſi nupta. ff. de adulter. l. pe. & quia ve
riſimile eſt, & credibile, quòd dicta verba non fuerunt pro-
lata animo offendẽdi Magnificum do. noſtrum, ſed ſolum ad
terrorem aduerſarij quaſi admonendo eum, ne rem licitã fa-
ciat, vt C. de adulte. auth. ſi quis ei. & comminando non ſim-
pliciter, ſed ſub cõditione, ſi faceret quicquam. verba illa nul-
lum habuerunt effectum. ff. quod quiſq; iur. l. 1. §. 1. per hæc
verba ideo certe veriſimile eſt, quòd d. Magn. habita informa
tione de prædictis non ad minorem ſuperbiam, & petulantiã
reputabit dictorum fratrum arrogantiam, ſi verum eſt, ꝙ do.
Hugolinus poſſideat. quã dictat verba inde prolata, quia ma-
iorem arrogantiam ſapit facere, quam dicere, vt C. de inſti. &
ſubſti. l. reprehendenda. vnde cum oporteat inquiſitorẽ cun-
cta rimari, etiam tacita adiacentia expreſſis, cum aliter non
poſſit plenam, & meram veritatem reſcribere. ff. de iur. omn.
iud. l. cui iuriſdictio. & extra de accu. c. cum dilectus. de teſt.
c. præſentium. lib. 6. de act. & obliga. l. 1. ff. de teſtib. l. ob car-
men. §. ſi teſtes. & quod no. Inno. de probationibus. c. quoniam
contra falſam. q̃a quando pro qualitate pęna moderatur, opor
tet de ipſa qualitate inquiri, vt ff. de neg. geſt. l. Pompo. in ne-
gocijs. C. ſi quis Imperatori maledixerit. l. 1. & ff. ad leg. Iul.
mai. l. famoſi. merito dicta capitula tanquam pertinentia de-
bent admitti: nam & ſi ſimpliciter non releuarent a toto, re-
5 leuant in tanto, vt patet ex legibus ſuperius allegatis. † Item &
ſi eſſet dubium, an aliqualiter ſint pertinentia, debuerunt ad-
mitti, ſcilicet cum ſolita proteſtatione, id eſt ſaluo iure imper
tinenti &c. ff. de dam. infec. l. prætor. §. ſi controuerſia. vnde
quicquid iuxta ſubiectam materiam poteſt pertinere ad ani-
mi motum, & informationem iſtius principis, intimandum
eſt ei factum plenè narrandum. not. ff. de infamibus. l. Luc. &
quaſi reconuentione in eodem negotio vti pertinentium eſt,
vt C. de ſenten. & interlocu. omn. iudi. l. cum Papin. illud au-
tem, quod not. doc. in l. ſi non conuicij. non facit ad propoſi-
tum, quia ibi loquitur in atroci iniuria, vt quando quis dicit
alicui, tu es homicida, vel cucurbita: ſed comminari eſt quid
leue, & non infame, arg. in extra de re iudic. c. cum teſt. imo po
teſt defendi, ꝙ non ſit priuata iniuria, quia meretur audire ta
lia, præſertim humilis perſona, ſicut eſt vnus Caſtaldus, vt ff.
de dolo. l. non debet. & licèt Caſtaldus repræſentet dominum
ſuum, vt ff. de relig. l. oſſa. in fi. tamen in his quę perperam fa-
cit, niſi cõſtet de ſpeciali mandato, ſecus, de teſti. ſpol. c. cum
ad ſedem. vnde concludo ſuper tota iſta materia recipiẽdam
eſſe informationẽ hincinde. poſtea faciet, ꝙ ſibi placebit au-
ditis hincinde audiendis. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fin. ita
ꝙ nec contemptibilis ſit ſua maieſtas, nec vltra demeritũ pro
ducatur pœnalitas, de pęnitentia. diſ. 1. c. menſurã. & facit ad
pręd icta qđ no. de ſen. exc. c. ea naſcitur. in nouella. & c. perue
nit. in nouella. Itẽ differentia eſt inter aliqualem commotio-
nẽ, & obſtinatam irã, e. ti. c. vniuerſitatis. in nouella. Ego Bal.

CONSILIVM CXLIIII.

1 *Filia repudiante hæreditatem maternam patre conſentiente
an valeat talis repudiatio, & an talia bona repudiata ac-
quirantur patri.*
2 *In repudiatione hæreditatis non requiritur cauſa.*

Statuto Ciuita. Papiæ cauetur, ꝙ mortuo primo vi-
ro in matrimonio poſſit mulier ſecundo nu
bere, & ẽt eidem mulieri liceat ex primo liberis exiſtentibus,
dare, & tradere ſecundo viro. & deinceps in dotẽ primo eius
viro datã, ſeu quam confeſſus fuerat recepiſſe, & tertiũ plus
abſq; eo, qđ propterea alicui ex ipſis, vel aliquo ipſorũ aliquid
reſeruaret, dare, ſeu reſtituere. & abſq; eo, quod alicui ex ipſis
aliquid deferatur, vel reſtituatur. & abſq; eo, ꝙ propterea ali-
quid per aliquẽ reuocetur. Modo cõtingit, ꝙ quędã dña mor-
tuo primo viro nupſit ſecundo viro, & ex eo ſuſcepit filiam.
Demũ iſta mulier deceſſit in matrimonio ſuperſtite marito,
& dicta eius filia. quæ filia p̄ſente, & conſentiente patre repu-
diauit hæreditatem maternã. tandẽ dicta filia vult repetere di
1 ctã dotẽ. † Quæritur, nunquid poſſit. reſpon. ꝙ non, vt C. de
2 repu. hęre. l. ſicut. C. de iur. & fac. ign. l. ſi emancipata. † & eſt
notandum, ꝙ in repudiatione hæreditatis non requiritur cã,
vt ff. ad Treb. l. quis poterat. Item eſt notandum, ꝙ ex tali re-
pudiatione patri ipſa hæreditas eſt delata, vt C. de bo. quæ li-
be. l. cum nõ ſolum. in prin. vnde pater ſuo nomine potuit di-
ctam hæreditatem apprehendere, vt ibi patet, & hoc verum,
niſi probaretur aditionem prius factam per dictam filiã, quia
hęreditas ſemel adita repudiari non poteſt, vt d. l. ſicut. vnde
ſecundum ea, quę proponuntur in facto petitionis dñę Hele-
nę ꝯ Auguſtinum de cõi nata, vſ nubi, ꝙ in dicta petitione ſe
cundum ea, quę proponũtur, dicta d. Helena nõ habeat ius,
& maximè propter pactum de non moleſtando, & de nõ vo-
cando in ius &c. quod pactũ, ẽt ſi non poſſet hæreditas repu-
diari, valeret, quia notarius tanq̃ publica pſona recepit illud
pro quolibet, cuius intereſt tenendo cõem opinionẽ, ꝙ nota-
rius tanq̃ publica perſona poſſit alteri acq̃rere, pręſertim ira
excipiendi. Et pręd icta ſunt vera, niſi interueniſſet dolus, vel
minę parentis, vt no. in l. 3. §. quę honorandę. ff. quarum actio
non datur. & maximè propter iuſm, quod interuenit, vt no.
in l. 3. §. quid ergo. de contrario iudicio tutelæ. Et hæc in qõ-
ne, in qua eſt aduocatus do. Adrilinus de Carona. Adde in qõ
ne do. Augu. de magno, ꝙ per repudiationẽ prędictam ſi exta
ret etiam filia primi matrimonij per talem repudiationẽ, ni-
hil ad eas rediret, quia acquiſitũ eſt ius patri, qui ingreditur
locum filij repudiantis, vt no. in d. l. cum non ſolum. Et ita
dico, & conſulo ego Bal. de Peruſio &c.

CONSILIVM CXLV.

1 *Ad quid teneatur is, qui eſt obligatus permittere aliquos gau
dere talibus bonis &c.*
2 *Exigens ab exitus ad quid teneatur.*
3 *Cancellatio banni, & condemnationis an habeat vim reſtitu-
tionis, vel ſimplicis indulgentiæ.*
4 *Permittens cancellari inſtrumentum videtur paciſci de non
petendo.*
5 *Ad quid teneantur perſonæ occupantes bona condemnatorũ.*
6 *Debitores ex contractu condemnatorum an poſſint conueniri
ex illis contractibus.*

Præſuppoſito quodam capitulo pacis inter
illuſtrem principem, & Magn.

do.

do.noſtrũ d.Comitem virtutum &c.ex vna parte,& Mag.do. Fran. minorem de Carraria ex altera,in quo ſic cõtinetur.Item ſententiamus,& declaramus,q; dom.Fran.de Cararia prædictus permittat nobiles de Scrouignis &c.qui habent domus, & poſſeſſiones iuſto titulo acquiſitas in Padua, vel in diſtrictu,ac omnes clericos ſubditos &c.iuſto titulo poſſidẽtes q̃cunque bona in Padua, vel eius diſtrictu, libere gaudere dictis eorum bonis,& iuribus exiſtentibus in Padua, ſeu territorio,vel diſtrictu Paduano,quantum pro facto dicti do.diſt. d.Paduani, & exigere a quibuſcunque debitoribus ſuis quaſcunque pecuniarum quantitates, ad quas ipſi tenentur: & quòd libere cancellentur, & extrahantur ab omnibus bãnis, proceſſibus,& condemnationibus perſonalibus,ac etiam realibus,quæ facta fuiſſent,vel fierent contra prædictos, ſeu aliquos prædictorum abſq; aliqua ſolutione pecuniæ,& infra,& quòd poſſint alienare bona ſua,& de his diſponere pro libito voluntatis ſuæ &c inſurgunt plura diuerſa dubia. Et primo ad quæ teneatur dictus Magnif.d.Franc.vigore dicti capituli.
1 † Et dico, quòd tenetur ad id, quod verbum ſonat pro facto ſuo, vel quod in ipſo ſtet: videlicet ad permittendum,ſeu patiendum. in quo verbo hoc virtualiter continetur, quòd nec per ſe, nec per alium aliquod præſtabit impedimentum, quo minus in d.ca.nominati poſſint conſequi commoda in d.c.conuenta, vt ff.de ſer.l.quo.nec luminum.§.ſeruitutum. vnde non poteſt aliquid facere directè, vel indirectè, per qđ difficilior reddatur perſecutio iurium perſonarum nominatarum in d.c.vel per quod inquietentur in eorum poſſeſſionibus, vel redditibus: bona enim fide, & plena ſeruandum eſt dictum capitulum,ſicut decet inter tantos, vt ff.loca.l.locationis.& ff.de verbo.oblig.l.ſtipulatio iſta habere licere.§.
2 1.& ff.de pec.l.ſumma cum ratione.in prin. † Secundo quæritur,ad quid teneatur commune Paduæ: pone enim, quod exegit nomina debitorum iſtorum exactorum, nunquid fiſcus Paduanus teneatur ad reſtitutionem exactorum a debitoribus prædictis? & dicendum eſt, quòd aut exigit indebitè, aut debitè. primo caſu tenetur ad reſtitutionem,quia non debet fiſcus cum aliena iactura locupletari, vt ff.ſi cer.pe.l.ſi me,& Titium. & ff.de condi. inde.l.nam natura. & ff.de admi.rerum ad ciuit.pert.l.3.§.grani. ſecundo caſu autem exegit ante pacem factam tanquam de bonis confiſcatorum, aut
3 poſt: ſi quidem exegit ante,† tunc eſt videndum, verum cancellatio banni, & condemnationis &c. habeat vim reſtitutionis in integrum: an habeat vim ſimplicis indulgentiæ. & ſi reſtitutionis in integrum,an ſimpliciter, an ſecundum quid. nam etiam verbum,reſtituo. prolatum cum adiunctu nõ operatur,niſi quo ad illud, vt plenè no. per Cy.in l.vlt.C.de ſen. paſ. in hoc articulo ſic dico,quòd ſicut cancellatio inſtrumẽti debito iam ſoluto non parit conditionem indebiti, debito etiam non ſoluto parit exceptionem pacti, vt C.de condit.ob cau.l.diſſoluta. & ff.de proba.l.ſi chirographum. niſi aliud actum ſit. ita dico in propoſito, quòd inſpicienda ſunt verba, nam aut loquimur de bonis extantibus, aut de conſumptis, vel diſperſis. primo caſu conſtat ex pacto expreſſo, quòd ad dicta bona ſunt veſtituri, & poſſunt auocari a quolibet poſſeſſore, ſiue poſſideat fiſcus, ſiue alius, quia verba dicunt hoc, nam expreſsè continetur in verbis,quòd extrahantur ab omnibus condemnationibus tam perſonalibus, quam realibus: ex eo ergo,quòd dicit, realibus, manifeſtum eſt,quòd res debent eis reſtitui.ſ.quæ extant,& quæ non probantur conſumptæ, argu.ff.ſi cer.pe.l.nam & ſi fur. cum gl.ſua.dum tamen conſtet ad aliquorum manus perueniſſe. nam de eo, q; non eſſet incorporatum fiſco,fiſcus non teneretur reſtituere, arg. ff.ſi cer.pe.l. ciuitas plena.igitur reſtitutio facta videtur quo ad res,de quibus dixi: & maximè quia verba dicũt,libere gaudere. vnde tanquàm de rebus proprijs debent eſſe moderatores,& arbitri, vt C.man.l.in re mandata. & C.de cõtrah. empt.l.dudum.ff.de act.emp.l.ſi ſtib hiberum.de reſti.ſpol.l.Pilanis.de ſtatu homi.l.libertas. Secundo caſu ſi ante pacem factam pecunia a debitoribus exacta per fiſcum erat conſumpta, non videntur verba ad hoc trahi, quia dum capitulum loquitur de quantitatibus, dicit, ad quas ipſi tenẽtur.quod verbum eſt præſentis temporis,& non continentur præterita iam perempta,vt ff.de leg.3.l.11.§.ſi rem & ff.de verb.obli.l. cum ſtipulamur.§.ſi a colono.ea vero, quæ ſunt exacta per fiſcum, poſt pacem factam per fiſcum debet reſtitui, etiam ſi conſumptæ ſint: quia ſunt exacta vigore chirographi condẽnationum eccleſiarum,& reductarum ad non cauſam.Et præſertim,quia ipſe fiſcus ſciebat, cum hoc ſcirent compilatores pacis,qui vices eius fungebantur, vt ff.de tribu.l.procuratoris. in prin.ſed etiam ſine aliqua ſcientia reſtitutio in integrũ trahit ſecum ſuum effectum, vt no.Cyn.in l.vlt.C.de ſen paſ. Nec dicat quis, quòd iſti non erant cancellati,ſed cancellan-
4 di, † quia ille,qui promittit cancellare inſtrumentum, videtur paciſci de non petendo, vt no.ff.de pac.l.labeo facit.ff.de lega.1.l.ſeruum filij.§.eum, qui chirographum. & l.huiuſ-
5 modi.§.ſi cui.& quod ibi not.& C.de do.l.1. † Tertio quæritur, ad quid teneantur ſingulæ perſonæ, quæ occupauerunt de bonis iſtorum quondam condemnatorum. videtur dicendum, quòd ſi quidem occupauerunt ante pacem, & extant, debent reſtitui iſtis. Si autem poſt pacẽ, ſiue extent,ſiue non, quia bona ad iſtos pertinentia conſumere nõ potuerunt, nec in uſus ſuos cõuertere, vt C.vñ vi.l.cum quærebatur.& inſtitut.de vi bonorum raptorum.§.ſed nec dum.imo plus videtur, quòd ſi mala fide ante pacem factam conſumpſerunt, & ſua authoritate occupauerunt, quòd teneantur reſtituere, quia licèt non extet res, extat obligatio æſtimationis, vt ff.de condi.fur.l.in re furtiua. Et ſi dicatur, q; tunc res non erãt iſtorum,& ideo ſuit ius acquiſitum fiſco. reſpondetur, quòd iſtud ius extat, & ideo ad hoc ius ſunt reſtituti per capitula pacis, niſi occupaſſet ex licentia ſuperioris,& eſſent conſum-
6 ptæ, vt in capi. quamuis. extra de reſcri.lib. ſexto. † Quarto quæritur debitoribus,qui erant debitores ex cõtractu,verum poſſint conueniri ex illis contractibus. & dicendum eſt, q; aut ſoluerunt fiſco ante bona confiſcata, & non fuerunt liberati, tantem ſi ſponte ſoluerunt, & non coacti. aut poſt bona confiſcata,& tunc fuerunt, & ſunt liberati. de hoc plenè no. ff.de ſol.l.creditor. & qđ not.C.quod met.cau.l.cum re parti. & ad ibi notata me refero ſubijciens me correctioni tantorum dominorum. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLVI.

1 *An ſtante ſtatuto, quòd proximior debeat dari curator minori, præferatur proximior per lineam fœmininam remotiori per maſculinam, vel econtra.*
2 *An curator datus ad authorizandum diuiſioni fiendæ tenetur facere inuentarium.*
3 *Iuramentum an excludat adultos, etiam ſi ſtatim reprobetur iuramentum.*
4 *Iura an ſe extendant ad non ſpecificata.*
5 *Vbi ſtatutum tradit certam formam forma non ſeruata, non vales,quod agitur.*
6 *An valeat diuiſio inter coniunctos, quòd vnus habeat omnia immobilia,& alter pecuniam, ſeu nomina debitorum.*
7 *Teſta.vſurarij non valet non præſtita cautione.*
8 *Ex ſtipulatione notarij pub.quæritur actio.*

Præmiſſis verbis cuiuſdam Statuti communis cumarum,quorum tenor talis eſt.Item ſtatutum eſt,quòd ſi quis &c. Caſus talis proponitur, Ottonellus, Ioannellus, Stephanolus,& Marcolus fratres filij quondam Ser Baſſanoli olim filij Ioann.de Quadrio de Cumis maiores annis 19.pro quolibet eorum, minor tamen annis 25. exiſtentes coram domin.Auton. iudice cauſarum, vel Palatij dicti communis: petierunt eis in curatorem dari,& conſtitui Ser Maſſolum de Quadri de Cumis parẽtum ſuum ibi præſentem, & curatorem eſſe volentem, ad faciendum diuiſionem, & petitionem vnà cum Ser Georgio de Quadrio,& filio q.d.do.Ioan.de Quadri iis eorum patruo, ad quam diuiſionem prouocati ſunt per ipſum Ser Georgium patruum ſuũ de omnibus,& ſingulis bonis,& rebus mobilibus, & immobilibus, iuribus, & nominibus debitorum communibus inter ipſos fratres ex vna parte: & prædictum Ser Georgium ex altera. & ad cõſentiendũ ipſi diuiſioni fiendæ, & ad recipiẽdũ,

&

& conſentiendum ſe recepiſſe, & habuiſſe omnia illa bona tam
mobilia, & immobilia, iura, & nomina debitorum, quæ ſibi
obuenient in parte in ipſa diuiſione fienda pro eorũ contin-
gente parte, & portione dictorum bonorũ Continuũ, & re-
tam partem dictorũ bonorũ &c. prout in inſtrumento dictæ
curæ cõtinetur. Proponitur ẽt, ꝙ dictus d. Io. de quadr. in ſuo
teſtõ inſtituit vniuerſales heredes Baſſanolũ, Georgiũ, & Ste-
phanolum filios ipſius æquali portione. & in caſu, quo dece-
deret aliquis ex ſupraſcriptis heredibus ſine heredibus
maſculis, ſubſtituit alios fratres maſculos ſuperuiuentes; &
filios maſculos ex legitimo matrimonio naſcituros in ſtirpes,
& non in capita, iubens eius hereditatem non debere perue-
nire in extraneos. Et quòd dicti eius filij, & heredes non poſ-
ſint dicta bona teſtatoris vendere, alienare, nec obſtare, niſi
de omnium conſenſu. & ſi ſecus fieret, deueniat ad non alie-
nantes. Deinde contingit, ꝙ viuente dicto teſtatore deceſſit
Stephanolus eius filius. ſimiliter deceſſit viuente dicto teſta-
tore ſupraſcriptus Baſſanolus ſuperſtitibus ſibi dictis Otto-
nello fratribus. poſtea deceſſit dictus d. Ioan. non mutato te-
ſtamento ſuperſtitibus prædictis Georgio eius filio, & Otto-
nello, & fratribus eius nepotibus minoribus 25. ann. qui Ge-
orgius adminiſtrauit per octo ann. vel circa omnia prædicta
bona communia, & exegit multos fructus, & redditus aſcenden-
tes; & aſcendentia quantitatem duorum millium floren. in
anno. & etiam exegit tot alias quantitates a debitoribus hæ-
reditarijs, quæ aſcendunt quantitatem trium millium floren.
poſtquam ventum eſt ad diuiſionem inter prædictos patruũ,
& nepotes cum authoritate dicti curatoris; & iudicis decre-
to: diuiſionis autem tenor apparet publico inſtrumenti teno-
re, & apparet, qualiter ferè oĩa bona immobilia ex dicta diui-
ſione aſſignata fuerunt dicto Georgio: nomina vero debito-
rum fuerunt aſſignata dictis adult. Ex prædictis quæritur,
vtrum dicta diuiſio valuerit necne. & quid de d. octo millib.
floren. vel circa exactis ex fruc. & redditibus, gaudimentis
poſſeſſionum, & de alijs tribus millibus floren. & exact. per
1 dictum Georgium a debitoribus hæreditarijs. † Et quia pri-
mo inſpectio incipit a perſona, vt ff. de iure codic. l. quidam
referunt. ideo inſpiciendum eſt à curatore, vtrum dictus cu-
rator fuerit dictis fratribus rite datus, præſuppoſito, ꝙ dicti
minores habebant ex parte matris quendam proximiorem in
gradu, & magis idoneum, quàm eſſet d. Ser Maffo. Et videtur
primò, quòd datio curatoris tenuerit, quia ipſi minores eum
petierunt, & eũ approbauerunt, ergo reprobare non poſſunt,
vt ff. qui ſat. cog. l. ab arbitrio. Item quia curator penitus erat
proximior ex parte patris, & lineæ paternæ, vnde videtur tan-
quam dignior præferendus, argu. ad hoc eſt lex 12. tabu. vt ff.
de capi. dimi. l. tutelas. Contrarium dico, quòd iſta cura ordi
nata eſt per ſtatutũ ad inſtar quaſi legitimæ: & ſtatutum vti-
tur verbis naturalibus, non ciuilibus: ait enim, de proximis
eius parentibus, & attinentibus: vt d. l. tutelas. & in Auth.
de here. ab inteſt. §. ſi. Item ſtatutum dicit, proximis: & licet
non dicat, proximioribus: tamen idem eſt ſenſus, quia proxi-
mus dicitur, quem nemo præcedit, vt inſti. de legi. agna. ſucc.
§. proximus. & ff. de verb. ſign. l. proximus. loquor, quando ſu-
mus in aliqua ratione proximitatis præferendæ, ſicut eſt hic,
nam ſtatutum loquitur de tutore, & curatore, vnde ad inſtar
tutor. etiam tutelam, ſeu curam vult decerni ſecundum gra-
dum proximitatis. & hoc verum, niſi iſtud ſtatutum per con-
ſuetudinem aliter eſſet interpretatum, vt ff. de legi. l. ſi inter-
pretatione. præterea ex quo iſte non erat de proximioribus,
prætor errauit in facti cauſa, & in qualitate perſonæ, vnde non
valet decretũ, vt ff. de tu. & cur. da. ab his. l. tutor ſi petitus. &
2 ff. de in int. reſt. l. ſed ſi hac. §. patronum. † Sed poſito, ꝙ eſſet
curator, eſſet videndum, verum ſit generalis curator datus ad
negotia, & ſic ad videndum per modũ voluntariæ iuriſdictio
nis, ſiue contraſque, teneatur conficere inuentarium, cum iſti,
qui habent examinare patrimonium, incumbere ipſis viribus
patrimonij, ſecundũ quoſdam teneantur inuentarium confice
re, vt no. C. de epiſc. aud. l. de creationibus. vt proinde appa-
reat, an rem pupilli ſaluam faciant, necne, argu. ff. rem pupil.
ſalu. fore. l. & ſi ad ſpecies. communiter th ſeruatur contra-
rium, quia ad vtilitatem eorum curatorum pertinet authori-
tas, vel detentare bona, & ſic non intromiſerunt ſe, niſi de actu
3 verbi. † ſequitur videre tertium, videlicet poſito, quòd non
eſſet curator, nunquid iuramentum excludat adultos: & vi-
detur, quòd ſic, vt in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
vend. Primum eſt verum, quia hoc ſtatutum expreſſè reprobat
iuramentum, vt ff. de legi. l. ſi quis inquilinos. §. ſi. & ff. qui
ſatiſd. cogan. l. qui iurato. Sequitur videre quartum articu-
4 lum, † videlicet nunquid poſito, quòd dicta cura valeat, ex-
tendat ſe ad dictos redditus, fictus, & gaudimenta poſſeſſionũ
conuertuntur ad dictos mill. florenos exactos; & maturatos
ſibi per dictum Georgium. & videtur dicendum, ꝙ non, quia
de iſtis nulla facta eſt mentio. arg. ff. de pac. l. empor. §. Lucius.
& Lites fratres. & ff. de condit. indeb. l. ſi. §. idem quæſij. hæc
enim videntur ſtudioſè occultata, & ex animo: cum de his
minores non fuerint certiorati: & quia prædicta potius per-
tinent ad actionem negotiorum geſtorum, quàm ad diuiſio-
nem hæreditatis, vt ff. ſi cert. pet. l. ſi eum, qui in prouinciam.
5 §. ſi eum. † Et circa omnium prædictorum conſiderationem
ſciendum eſt, quòd vbi ſtatutum tradit certam formam, ſi
non ſeruatur forma, non valet quod agitur, vt ff. de tranſac.
l. cum his. §. ſi prætor. ff. ad muni. l. conſtitutionibus. C. de iu-
re fi. l. certa forma. libro 10. cum ſimi. Item & illud eſt ſcien-
6 dum, † quòd iſta non videtur fuiſſe diuiſio, videlicet ꝙ vnus
habeat quaſi omnia immobilia, & quæ ſunt in toto, & alter
habeat chirographa, & maximè talia, quæ ſunt ſecundum ea,
quæ præcipio, ſuneratitia, quæ ſine vexatione non exigun-
tur, nec certè cum effectu aſſignantur, quatenus ſapiunt ali-
quam prauitatem, vt ff. fami. herciſc. l. certè. §. ſed & ſi quid.
& no. per Guil. in l. incerti iuris. C. fam. herc. Item dubius eſt
euentus litium, vt ff. de pecu. l. eo. tempore. vnde ſatis videtur
fuiſſe enormis iſta diuiſio, vt ff. communia vtriuſq; iud. l. ma
ioribus. & ambitioſa videtur fuiſſe authoritas interpoſita ſu-
per ea tam per curatorem, quàm per magiſtrum ignorantem
nominum qualitatem, & poteſtatem, & credentem, quòd eſ-
ſent iuſta nomina: & ideo eius authoritas non videtur vale-
re, nec firmare actum, vt ff. ꝙ vi, aut clam. l. prohibere. §. pla-
7 nè. hoc n. videtur potius error, ꝙ authoritas prætoris. † Sequi-
tur videre de viribus teſtamẽti, & ſi teſtator fuit vſurarius ma-
nifeſtus, non eſt quæ, quia non valet, ſi non eſt præſtita ſatiſda-
tio, vt in c. quãq. de vſu. lib. 6. licèt forte omnia, quæ ibi ponun-
8 tur, non ſint de forma neceſſaria. † Nam ſi eſt notarius publi-
cus, ex cuius ſtipulatione ſecundum conſuetudinem loci ac-
quiritur actio alijs ſine ceſſione: hæc enim conſuetudo ſer-
uatur quaſi per totam Italiam: non eſt tunc opus, ꝙ talis no-
tarius ſtipuletur de mãdato epiſcopi. illud enim ſtatutum eſt
ideo, vt acquiratur actio extraneo, ſed habito effectu non cu-
ramus de modo, niſi diceremus, quòd eſſet alia ratio, quia
epiſcopi voluntt ſcire iſta, & ſibi denunciari: & propterea fa-
ctũ ſit ſtatutũ. & ſi hoc fuit, diceremus illud, quod ibi dicitur
de mandato ordinarij, eſſet de ſubſtantia cautionis, & per cõ-
ſequens de valore teſtamenti, niſi forte talis notarius cũ man-
dato epiſcopi haberi non poſſet: nam neceſſitas non habet le-
gem, vt l. 1. ff. de offic. conſu. & ff. de ma. teſt. l. qui potuerunt.
& ff. de pub. l. Cæſar. et ff. de mun. et honor. l. vt gradatim. §. et
ſi lege. et extra de probat. c. quoniam contra falſam. vbi pro-
pter defectum tabellionis publici ſufficiunt duo honeſti viri.
Copia. Puncius.

CONSILIVM CXLVII.

1 *Tractat de validitate cuiuſdam compromiſſi, & ſententia la-
ta per 16. bailia. communis Floren. inter Comitem Vrbini,
& quendam do. Franc. ſuper Caſtro Cantiana.*

Orta guerra, & controuerſia inter Magni. commune
Flor. ex parte vna, & Magnifi. dom. Anto. Comi-
tem de Monteferrato ex altera parte. qua durante ipſum com
mune certa iniuria pronunciarũ, præſertim ob Caſtrum Can-
tianæ comitatus Eugubij, de quo infraſcriptum d. Fran. dici-
tur fuiſſe ſub dicta cõis fiducia ſpoliatũ, certaq; alia negotia
ciuit. Eugubij fuiſſe ꝯ honorem dicti cõis diuerſimode atten
tata. cõtra ipſum comitem ſurrexit ad bellum, genteſq; dicti
communis armorum ꝯ comitem, & ſuos hoſtiliter equita-

permitti. Et hincinde vigente guerra dictus Comes Ant. de cõmiſſis conſcius, & debitę gratitudinis reminiſcens, & quantū erat dicto cõi ob innumera recepta beneficia obligatus reminiſcens, & dolens in indignationem dicti cõis incidiſſe, & ad ſolitam gratiam, & dilectionē redire, & d. cõi reconciliari cupiens per Mag. d. Militem d. Gibertum natum olim bonæ memoriæ d. Galaſij de Pijs de Carpo, ſuum idoneum commiſſarium, & mādatarium, ſub diſpoſitione dicti cõis tanq̃ eius patris, & omni eius voluntate ſe ſuos, & ſua conferens, atq; ponens liberā remiſſionē, & cõmiſſionem tam de perſona, q̃ de ſtatu, ſuiſq; ciuitatibus, & terris, & de oĩbus alijs contingentibus ſolenniter fecit in infraſcriptos decem prudentiſſimos viros ciues Florentinos, & in duas partes eorum, qui erāt per dictum commune ad guerram contra ipſum comitem deputati, que cunque, & qualitercunq; forent diſponenda per eos, vel duas partes eorum, promittendo, & offerendo omnia ſeruaturum. Euenit, q d. do. Gibertus commiſſarius, & mandatarius ab ipſo comite deſtinatus ad præſentiam Magnificorum, & potentium dominorū d. Priorem artiū, & vexilliferi iuſtitiæ ciuitatis Flo. ſupraſcripta fecit, & pro obſeruantia ipſum comitem ſolenniter obligauit, vt ex authentico inſtro inde cõfecto plenißime demonſtratum eſt. Poſt hęc dicti 10. de bailia multa declarauerunt, & inter cætera capitula declarationis eiuſdem aliqua capitula ſunt diſponentia de exititijs Eugubij: & aliqua ſunt particularia diſponentia de dicto d. Franc. & Caſtro Cantianæ. Item ibidem eſt quoddam capitulum diſponens in hac forma, videlicet. Item q omnia, & ſingula dubia, quæ forent, & obſcuritates, ſeu intricationes quæcunq; occurrerēt, ſeu inſurgerēt quoquo modo inter dictum comitem, ſeu cõe Eugubij, & dictos exititios, ſeu aliquem, vel aliquos ex eis ſuper capitulis ante dictis de exititijs diſponentibus, aut contentis in dictis capitulis, vel aliquo eorū: & ſeu ex eo, quod diceretur ſupraſcripta de exititijs diſponentia in totum, vel in partem non obſeruari, aut in aliquo cõtra fieri: & ſeu an aliquis, vel aliqui eſſent exititij, aut non eſſent, & ſeu quiduis aliud dubij occurreret in prædictis, remaneat, & poſita ſint ſub diſpoſitione, & declaratione Magnificorū dominorum d. Priorum, & vexilliferi iuſtitiæ ciuita. Flo. & eorum collegiorum, & dictorum 10. bailiæ, & duarum partium eorū hinc per totum menſem Auguſti proximè ſecuturi: & ab inde in antea ſolummodo in dictos 10. bailiæ, & ſeu in duas partes eorum, alijs etiam abſentibus, & irrequiſitis, aut mortuis, vel quomodolibet impeditis. & q quælibet diſpoſitio, & declaratio, quæ facta fuerit de facto, & nõ requiſita præſentia alicuius per dictos d. Priores, & vexilliferum, & eorum collegia, & 10. bailiæ, vel duas partes eorum hinc, & per totum menſem Auguſti, & ſeu poſtea quęcunque per ipſos 10. vel duas partes eorū, non obſtante, q officiales non ſint, ſed priuatæ perſonæ poſſit, & debeat ipſa diſpoſitio, ſeu declaratio p quemlibet, quē tangeret, vel reſpiceret, obſeruare, & executioni mandari omnium cõtradictione, & oppoſitione ceſſante. poſtremo in eiſdem capitulis continetur, q ipſa non intelligantur, nec ſint cõtra Eccleſiam Romanā &c. cuius quidē capituli tenor ſequitur, vt infrà videlicet. Item pp prędicta, aut alia dictum cõe Flor. nõ teneatur in aliquo, vel in aliquid dic. comiti Ant. cõtra Rom. Eccleſiā, aut Imperatorē, vel eorū, aut alterius ipſorum comitē, nec cõtra Rom. Eccle. aut Imperatorē ex prędictis capitulis obligatio aliqua in aliquo intelligatur, vel ſit ex pdictis aliqualiter orta, aut naſci, vel inſurgere intelligatur nullo mõ. poſt quæ capitula idem Magn. d. Comes a pręſenti do. noſtro d. B. habuit Vicariatū ciuitatis Eugubij, & eius Comitatus in quo inter cætera continetur, q idem d. comes promittit, & iurat recuperare, & manutenere iura eccleſiæ, & ciuitatis pdictæ. Poſt quæ ortis quibuſdam diſcordijs inter Mag. d. d. Comitē Antonium comitem Montisferrati &c. ex vna parte, & dictū do. Franc. de Gabrielibus ex altera, præfatus Mag. d. Comes, & do. Fran. generale fecerunt compromiſſum de omnibus, & ſingulis differentijs, quę vertere ntur, & verti poſſent &c. de iure, & de facto in nobiles viros Io. de Vngarij de act. de ſaxo & abatechotinum de Simonicus de exio. de quo compromiſſo apparet publico inſtrumento, cuius copia tranſmittitur, demum idem d. Franciſc. per ſuum procurato. legitimum. d. d.

Comiti vendidit Rocham Cantianæ cum omni iure, & iuriſdictione, quę idem d. Fran. habuit in Caſtro Cantianę, & eandem venditionē exiſtens in Caſtro Montisfloris perſonaliter ratificauit, prout de prædictis apparet publicis inſtrumentis. Poſt quę idem d. Fran. tūc, & nunc, & tēpore infraſcriptę declarationis Capitan. bailię ciuita. Flo. habēs merum, & mixtū Impe. gladij poteſtatē, & omnimodā iuriſdictionē cū actu, in pleniſſimo, obtulit quendā libellū in eadē ci. Flo. corā dictis decem olim bailię cõtra dic. d. Comitē Ant. in quo libello multa narrat, finaliter concludit in forma infraſcripta, videlicet. Quare petit idem d. Fran. per vos pronunciari, decerni, & declarari dictum d. Comitē Ant. nõ potuiſſe, nec poſſe occupare dictū Caſtrum Cantianæ obſtantibus ſibi capitulis dictę reconciliationis, & ipſum Comitem Ant. teneri, & debere illud libere relaxare, & reſtituere ipſi d. Fran. prout, & ſicut ipſe do. Fran. q̃ncunq; illud poſſedit ante dictū menſem Nouem. & q dimittat, & relaxet, ac reſtituat ipſi d. Frā. dictum Caſtrū Cantianæ liberū, vacuum, & expeditum: & ipſum Caſtrū ſic reſtitutū, vt premittitur, eſſe, ſeu debere ſinat, & permittat dictum d. Fran. tenere, & poſſidere, & illo vti, & frui libere, & pacifice abſq; aliqua moleſtia: ac & per vos irritari, & anullari dictam venditionē, & dictę Rochę donationem, & dicta pacta facta inter dictum Comitem Ant. & proc. dic. d. Franc. & ipſam Rochā reſtituendā eſſe, & reſtitui debere ipſi d. Franc. vel ſi veſtrę donationi non videtur irritandam fore dictā venditionem, donationē, & pacta, petit idem d. Fran. per vos pronūtiari, decerni, & declarari dic. d. Comitem Ant. nõ ſoluiſſe ipſi d. Fran. precium prędictum, vt ſoluere debuit, ſed declarationē factam per dictos do. Petrum. & Ser Petrū, & dictā penā 10. milliū florenorū per dic. d. Comitē Ant. cõmiſſam eſſe, & ipſum d. Comitē Ant. in dictam penam 10. mil. flor. incurriſſe, & d. Comitem Coradū dictam Rocham reſtituere debere ipſi d. Fran. & ſupradictis omnibus dubijs, & controuerſijs, vt premittitur, ortis inter dic. do. Comitem Ant. & d. Franc. per vos pronunciari, decerni, & declarari, & certam ſententiā ferri. Et prædicta omnia idem d. Franc. narrat, proponit, & petit non per modum libelli, ſed ſimplicis petitionis, & querelæ & omni modo, via, iure, & forma, quibus melius põt virtute poteſtatis, & arbitrij vobis, & cuilibet veſtrum conceſſi, petens iuſtitiā ſibi miniſtrari, non ſe aſtringens ad omnia prędicta, ſed illa poſuit, & ponit ſingulariter, & diſtincte, vt magis ſibi expedit, & vtilius eſt pro ſuo iure conſequendo. Pro parte vero dicti Magn. d. Comitis fuit exceptum de incompetentia dictorum, & maximè de ſuſpicione ipſorum, necnon loci Flor. durante magiſtratu, & officio dicti d. Franc. & ex cauſa ipſius officij: & q dicto magiſtratu durante prædicti decem de contemptis in dicto libello non poterant cognoſcere, nec aliqualiter ſe impedire. Poſt quę prędicti decem ta lerunt, ſiue fecerunt inſtrumenti declarationem, videlicet. Chriſti nomine inuocato viam veritatis, & iuſtitię maximè ſequentes pro bono pacis, & concordię maximè partium prędictarum: & vt cuilibet debitū rationis, & iuſtitię quantū eſt nobis poſſibile, prout tenemur, & debemus, fideliter miniſtremus, prędictis maximè rõnibus, ac ex multis alijs iuſtis, & rationabilib. cauſis moti. nos prænūtiamus, iudicamus arbitramur, & declaramus dic. do. Comitem Ant. non potuiſſe, nec poſſe occupare, emere, ſeu occupari, vel teneri facere, ſeu feciſſe dictum Caſtrum, & Rocham Cantianę obſtantibus ſibi maximè capitulis dictę reconciliationis, & his de quibus ſupra facta eſt mentio, & ipſum d. Comitem Anto. teneri, & debere dictum Caſtrum, & Rochā Cantianę, quatenus ipſum, & ipſam occupatam, & occupatam tenet, vel teneri facit per dic. d. Comitem Coradum, vel alium quēcunq; liberum, & expeditum, & vacuā, & expeditam cum ſuis ciuibus, iure & pertinentijs quibuſcunq, liberè relaxare, & relaxari, & reſtitui facere & quocunq; ipſi d. Fran. & ipſum, & ipſam ſic reſtitutum, & reſtitutam ſinat, & permittat, & ſini, permitti faciat ipſi do. Franc. & ſinat ipſum do. Fran. tenere, & poſſidere, & illo illis vti, & frui libere, expedite, & pacificè, & abſq; aliqua ipſius d. Franc. vel dicti Comitis Coradi, vel cuiuſcunque alterius turbatione, vel moleſtia. Ac etiam declaramus dictum Comitem Coradum cuſtodem, ſeu ſequeſtratum dictæ Rochæ Cantianę teneri, &

& debere dictum Richar. dicto domino Franciſ. reſtituere, & aſſignare. & prædicta dicimus, ſententiamus, iudicamus, arbitramur, & declaramus omni meliori modo, via, iure, forma, & cauſa, quibus melius poſſumus, & debemus. Modo quæritur de duobus. primo, an dicta ſententia, ſiue declaratio ſit nulla ex defectu iuriſdictionis dictorum decem. Secundo, an ſit nulla ex defectu exercitij iuriſdictionis, ſiue cognitionis eorundem decem, maxime attento officio durante dicti do. Fran.

1 ¶ Quo ad primum vr̃ de iure aſſerendum rationibus infraſcriptis, & primo attento dicto compromiſſo vltimo loco facto, per quod vr̃ tolli omne præcedens compromiſſum. ff. de arb. l. ſed ſi in ſtatutum. §. ſi. cum l. ſeq. & ſeq. & l. ſi quis rem. cũ lege non diſtinguimus. §. compromiſſum. eo. tit. Secundo attenta forma dicti vicariatus reſeruantis iura eccleſiæ Romæ. dicta autem declaratio venit ſuper rebus eccleſiaſticis, ſuper quibus laici etiam in fauorem diſponere non poſſunt, vt in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. Tertio attenta forma euiſdem vicariatus diſponentis de dicto interimento, et ſic neceſſitas obedientiæ tollat cognitionem dictorum decem, maxime per doctrinam l. non vr̃. §. qui iuſſu. ff. de re. iur. Quarto conſiderato, q nouum Ciuitatis occurrit ante dictam declarationẽ per duos annos, vel circa: vnde qualibet cognitio dictorum decem vr̃ ſublata. iñ quia partes prædictæ non notificando dictis decem nouitatẽ prædictam per viam cognitionis infra annum videntur recedere a dicto compromiſſo. arg. in plerunque. de rei cup. Item dicti decem infra dictum tempus anni non cognoſcendo videntur nolle arbitrari, aut arbitrium ſuſcipere, quo caſu compromiſſum non ſubſiſtit, ar. l. ſi. §. ſed & ſi quis. C. de com munia de le. & ita Bar. in l. ſi quis arbitratu. de verb. ob. Quinto quia ex proœmio dictorum capitulorum ſupra in principio poſito incipiente, orta &c. apparet, q dicta capitula facta fuerũt per impreſſionem guerræ imminentis dicto d. Comiti, & communi Florentiæ, cognitio autem data per impreſſionem eſt nulla ipſo iure, vt iura volunt. Sexto attenta forma dictorum capitulorum, & maxime dicta capitula attribuentis cognitionem &c. quia attribuit ſuper dubijs capitulorum diſponẽtium de ciuitate, aut ſuper contentis in eis. capitula autem, vt prædixi ſunt aliqua diſponẽtia de ciuitatis in genere, & vniuerſaliter, & aliqua particulariter de do. Franciſco, & Caſtro Cantianæ. ita q dicta cognitio veniens quaſi per viam clauſulæ non poteſt referri ad dictum do. Franc. & Caſtrum Cantianæ, de quibus erat ſpecialiter prouiſum. l. doli clauſula. de ver. ob. cum ſi. præterea in materia contractuum ambigua locutio debet interpretari contra vendentem contractuum in fauorem ipſius l. veteribus. ff. de pac. præterea contractus prædicti dictorum capitulorum fuit ſtricti iuris, videlicet, ſtipulatione firmatus, in quibus debet fieri interpretatio non larga, ſeu ſtricta, vel quoquid aſtringendæ. de verb. obli. Septimo, & vltimo, quia capitulum diſponens de cognitione dictorum decẽ diſponit de dubijs occurrentibus ſuper dictis capitulis, aut contentis in eis. capitula autem prædicta per dictum do. Frã. non fuerunt reuocata in dubium coram dictis decẽ, item ſuper contentis in eiſdem capitulis non eſt dubium inter partes prædictas, quia nouum factum contractus venditionis dicti Caſtri Cantianæ, & ratificationis præfatæ non continerut in capitulis ante factis: & vbi habent locum verba legis, ibi habet locum diſpoſitio. l. ait prætor. §. docere. ff. vi bo. rap. & l. ſi vero. §. de viro. ſol. mat. & hæc breuiter de primo paſſu. Secundum etiam vr̃ per tex. poſitum in l. pars hæreditatũ. ff. de iudi. cum ſi. Secundo ex cauſa ſuſpitionis dictorum decem ſubditorum durante dicto officio dicti d. Franciſ. arg. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſ. om. iu. & de officio præſidis. l. ſenatuſconſulto. Tertio, & vltimo quia locus Flo. dicto durante officio eidẽ do. Comiti redditur, & de iure reddit pñr ſuſpectus, vt eſt tex. in cle. paſtoralis. de reg. iur. Non obſtat prædictis, ſi dicatur, q idem do. Franciſ. tempore dictorum capitulorum erat capitaneus populi ciuitatis Florentiæ, quia hodiernum eſt aliud officium in ſubſtantia, & qualitate, quia illud fuit ordinarium, & eſt illud abſolutum cum balia &c. & ſeparati non eſt illatio recta. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ. Nõ ob. q commune Flo. ſit ſupra dictos decem, ergo non eſt veriſimile &c. vt l. nõ eſt veriſimile. ff. quod met. cauſa. reſpõdeo, quia delegatus a principe, & ordinarius habens iuriſdictionẽ ſuperiorem recuſantur ſuſpecti non obſtante ſuperioritate præfata, vt l. apertiſſimi. & l. cum ſpecialis C. de iud. Non ob. q idem do. Comes potuerit prouidere, ſiue imaginari dictum officium poſſe corrigere dictũ Fran. quia talis imaginatio de iure nõ tollit exceptiones prædictas, ar. legis pars literarum. cũ ſim. ff. de iudicijs. quia ſemper pars poſſet dicere, in potuiſſi hæc imaginari. Præterea & feriæ inductæ in honorem dei, & etiam repentinæ non ſolum poſſunt imaginari, imo imaginãtur, & tamen exceptiones non competunt, igitur &c. Et hæc ad informationem facti, non iuris, iure autem ſuppleat excellentiſſima, & famoſiſſima ſcientia debentis conſu.

Prœmium ſententiæ.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ac Beatæ, & Glorioſæ ſemper Virginis Matris Mariæ, & totius curiæ celeſtis amen. & ad honorem, exaltationem, & augmentũ ſtatus ſanctiſſimi, & beatiſſimi in Chriſto patris, & dñi. Bonifacij diuina prouidentia Papæ noni, ac etiã omnium, & ſingulorum partium ſubſcriptarum, & cuiuſlibet ex prædictis partibus, & ad tranquillum ſtatum, & pacifi cum earũdem amen. Humana quippe natura in ſuo pulchritudinis exordio cõſtituta diuina inſtruẽte prudentia de agro Dominico ſerto pacis floribus intacto pacem fouit, & humani generis concordiã in tranquillitatis gremio ſolicito miniſterio nutriuit, ſed vipereis aſtutijs recõciliata machinationibus, & ſceleratiſſimis inſidijs expugnata excreſcente malitia proprijs terminis effugatur, quo fit, vt fragilitas noſtra diabolicis ſãdijs pollis, erroribus ebria, & peccatorum tenebris inuoluta, etiam a calle directo deliras, odijs proximi ſui prætulerit caritati. hinc corporalis diſcordia, hinc contundit malitia, hinc bellorum fremitus, inoleuit bellum, deinde ſeuitia hominum truculenta ſtrages effuſi cruoris, riuuli, & alia abhorrẽda criminũ innumerabili multitudine, heu. proh dolor, affluxerunt, & ſubſequuta fuit. verum veniens creator noſter pacis fomes, & fons humilitatis in ipſo ſuæ natiuitatis ortu pacem ex integro ſuſcitauit, qñ illud Eſaiæ conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas, in falces, ac demum eandem pacem in ſuæ mortis elogio hæreditariã nobis conſtituit portionem: & licèt nonnunquam circum repente oriantur guerræ, & bella, quæ etiam ipſa diuina iuſtitia aliquando permittit contra obſtinationem delictorum, non vt vindictam ſibi vindicet, ſed vt quos amat, corrigat, & caſtiget, & vt prauos hominum mores, atque corruptos bellorum flagellis emẽdet, nihilominus ſpiritus ſui ſplendore plerunque mentibus hominum illuſtratis inter micantes cõtra gladios, & riuos ſanguinis perfluentes inguinum ſæpe hoſtiles dextere, & belli rabiem pax repentina commutat. hinc eſt, q cum retro actis tẽporibus aduerſario fabricante ſalutis humanæ, & multa obtrectatorum lingua viro cuicunque recente memorabilis guerra viguerit inter partes infraſcriptas, quam iras compeſcere, furores miſcere, & bellorum rabiem extinguere cupientes nos Richardus Caracciolus de Neapoli dei gratia ſacræ domus hoſpitalis ſancti Ioan. Ieroſolimitani generalis magiſter, & pauperum Chriſti cuſtos apoſtolicæ ſedis nuntius Antonius Adornus dei gratia Ianuæ dux tanquam priuata perſona: necnõ Petrus Vltramarinus legum doctor, Iulianus de Caſtro quondã Larizaroli, Leonardus Gẽtilis filius Oberti, & Iacobus de Carubio quondã Omnieleæti, & conſtituti ad ſubſcripta per cõmunitatem Ianuæ, ſeu per repræſentantes dictam ciuitatem locu dictæ communitatis, vt de electione noſtra apparet publice in cancellaria ducalis communis Ianuæ manu Antonij de credentia notarij publici, & cõis Ianuæ cãcellarij, infraſcripti hoc anno die 29. Decembr. Arbitri arbitratores amicabiles compoſitores, & communes amici electi, & aſſumpti inter illuſtrem principem, ac magni. & excel. d. d. Ioan. Galea. vicecomitem virtutum. d. Mediola. & imperialem vicariũ generalem, ſiue ſpectabiles, & egregios milites. d. Nicolaum Spinellum de Neapoli legum doctorem comitem Iaiæ, & regni Siciliæ cancellarium: & d. Guilielmum de Beuilaquis filium quondam. d. Franciſci militis conſiliarios, & procu. præfati illuſtris,

[illegible] & magnifici d. d. Ioan. Galeaz dñi Mediolani. &c. d[illegible] procuratorem, & pro ipſo illuſtri, & Magnifico d. Io. Galeaz [illegible] filijs, & hære ac etiam vice, & nomine adhærentiū, complicium, valitorum, & ſequacium, recommendatorum, beniuolorum, & ſubditorum præfati Magnifici domi. d. Io. Galeaz. & illuſtrem, & Magnificum dñm Franc. de Gonzaga d. Mantuæ Imperialem vicarium generalem, ſiue ſpectabilē, & egregium militem do. Philippum de la Molza & ſapientē virum dñm Ioannem de Bobio iuris vtriuſque doctorem procuratores præfati illuſtris d. d. Fran. de Gonzaga dñi Mantuæ dicto procuratorio nomine pro ipſo domino eiuſque adhærentibus, complicibus, colligatis, valitoribus, vaſſallis, ſequacibus, recommendatis, beniuolis, & ſubditis ſuis: & magnificam communitatem hominum, populi, & vniuerſitatis magnificæ ciuitatis Peruſij, ſiue ſpectabilem militem do. Nicolaum de Balconibus, legum doctorem, & nobilem, & circūſpectum virum ſer Hugolinū [illegible] honorabiles ciues Peruſij ſyndicos, & procuratores dictæ magnæ ciuitatis Peruſij ſyndicario, & procuratorio nomine ipſius cōitatis, & nomine, ac vice omnium, & ſingulorum adhærentium, complicium, valitorum, colligatorum, beniuolorum, ſequacium, recommendatorum, vaſſallorum, & ſubditorum dictæ ciuitatis Peruſij: & etiam magnificam communitatem hominum, populi, & vniuerſitatis magnæ ciuitatis Senarum, ſiue Nobilem, & prudentem virum Baſtianum de Picolhominibus ciuem Senēſem ſyndicum procuratorē dictæ magnæ ciuita. hominū populi, & vniuerſitatis eiuſdē magnæ ciuitatis Senarum ſyndicario, & procuratorio nomine ipſius cōitatis, & nomine, ac vice omniū, & ſingulorū adhærentium, colligatorum, beniuolorum, complicū, valitorum, ſequatiū, recommendatorum, vaſſallorū, & ſubditorū dictæ ciu. Sena. ex vna, ſiue pluribus partibus. ac Magnificum, & excelſum commune Florentiæ, ſiue egregio, & ſpectabiles viros. d. Philippum. d. Alamani militem de adimaribus. & do. Ludouicum. d. Fran. de Alberg. legum doctorem, & Guidonem quondam do. Thomaſij ciues honorabiles Florētinos ſyndicos, & procuratores, ac nuntios ſpeciales dicti magni, & excelſi communis Florenti. ſyndicario, & procuratorio nomine dicti magni populi, & cōis Florētiæ, & pro ciuitatibus, Caſtris, fortilitijs, terris, & locis dicti communis, ſeu quæ per dictum commune tenentur, vel poſſidētur, & earum ciuibus, & comitatinis, & eiſdem communis Florentiæ ſubditis quibuſcunque, ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum eiſdem cōmunis Florentiæ adhærentium, complicium, & ſequaciū. ac Magnificum, & potens commune Bono. ſiue egregium legum doc. d. Thomaſinum de ſancto Ioanne, & ſapientem virum Hannibalem Velandolo de Beniuolijs ciues honorabile Bono. ſyndicos, & procuratores dicti magni communis Bononiæ ſyndicario, & procuratorio nomine ipſius communis Bononiæ, & pro eius ciuibus, & diſtrictualibus, ac pro Caſtris, fortilitijs, terris, & locis dicti communis, quæ per dictum commune tenentur, vel poſſidentur ab eiuſdem communi Bono. ſubditis quibuſcunque: ac etiam geſtorio, & vice, ac nomine omnium, & ſingulorum præfati cōis colligatorum, adhærentium, complicū, ſequacium, & ſubditorum. & Magnificum, ac excelſum do. Franc. Iuniorem de Cararia Paduæ &c. ſiue egregios viros. d. Michaelem quondam Antonij de Rabata ciuem Floren. militem ſtrenuum, & do. Franc. de Conſtulis de Padua legum doctorem procuratores, & nuntios ſpeciales præfati magni. d. Fran. de Cararia Iunioris procuratorio nomine dicti d. Fran. & pro eius ciuitatibus comitatinis, & diſtrictualibus, & pro Caſtris, fortilitijs, terris, & locis dicti dñi Franç. ſeu quæ per dictum dō. Fran. tenentur, ſeu poſſidentur. & eiuſdē d. Fran. ſubditis quibuſcunque, ac etiam vice, & geſtorio nomine ſuorum adhærentium, complicium, ſequacium, & commendatorum, vel ſubditorum: ac etiā omnes dictos ſyndicos, & procuratores dictorum communium Floren. & Bononiæ. & do. Fran. de Cararia prædicti, ac vice, & nomine illuſtris, & excelſi d. Alberti Marchionis Heſtenſis pro ipſo Marchione, & eius [illegible] adhærentibus, complicibus, colligatis, & auxiliatoribus ſuis: ac Magnificorum dominorum Albergij de ma[illegible], & Bernardini, ac Euſtachij, & fratrum ſuorum de Polenta Rauennæ &c. & [illegible] Alidoſijs [illegible] la, & eorum colligatorum ac etiam vice, & nomine omnium aliorum colligatorum adhærentium, & complicium dictorū magnificorum communium Flor. & Bonon. & d. Fran. prædicti, & cuiuſque eorum, & pro ipſis colligatis adhærentibus, & complicibus: & eorum ſubditis adhærentibus, & ſequacibus omnes ſimul ſyndicos, & procuratores prædictos dictis modis, & nominibus ex parte, & pro parte altera, vt de compromiſſo in nos facto apparet pluribus publicis inſtrumentis eiuſdem continentiæ, & tenoris compoſitis, & rogatis per infraſcriptos notarios publicos videlicet. Nico. Iac. de ſportionibus ſecretarium dicti noſtri Magiſtri hoſpitalis Hieroſolymitani, Catelanum de Chriſtianis ciuem Cremonēſem, & Lappum [illegible] ciuem Floren. & Franc. Nic. ciuem Paduanum, & Ant. de Credentia cancellarium dicti noſtri [illegible] tario, publicos hoc anno die 26. menſis Decembris 14. indictione ſecundum curſum anni. hora quarta noctis [illegible] telarum. Viſo, diligenterque inſpecto per nos dicto compromiſſo cum poteſtate nobis attributa vigore ipſius cōpromiſſi vtriuſque iuribus dictarum partium, & conſiderato in eo tanti nobis peritis, & expoſitis per poſitiones, & ſcripturas exhibitas, & productis, necnon reſponſionibus, & exceptionibus hincinde factis: & his omnibus, quæ dictæ partes, & quælibet earum ſemel, & pluries coram nobis dicere, producere, & exponere voluerunt oretenus, & in ſcriptis iuris ordine nō ſeruato, & æquo, & amicabili modo procedentes, cupientesque ipſas partes diſcordes ad amicabilem, & pacem, & bonam, ac veram concordiam deducere, vt in præſenti Sententia.

CASVS.

Chriſti nomine inuocato,

& Deum ſemper habentes præ oculis, & in mente. oēs tres cōcorditer dicimus, ſententiamus, declaramus, arbitramur, & arbitramentamur, ſtatuimus, ordinamus, & mādamus, vt infra videlicet bonam, veram, & ſinceram pacem fore, & eſſe debere inter dictas partes, & quamlibet earum perpetuo duraturam, & remiſſionem iniuriarum, cedium, incendiorum, damnorum, robariarum, & quarumcunque offenſionum quomodocunque, & qualitercunque factorum, datarum, vel illatarum inter dictas partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis partibus in perſonis, vel rebus ſuis. & reſeruatis iuribus, ſi quæ habet dictus illuſtris d. Comes virtutum contra præfatum magnificum d. Marchionem Heſtenſem Ferrariæ &c. & econuerſo reſeruatis iuribus, ſi quæ habet dictus do. Marchio contra do. Comitem ſupradictum: & etiam remiſſionem bannorum, & forbannitionum [illegible] factorum, ſeu datorum, & factorum per aliquem magiſtratum alterius partis contra ſubditos alterius partis clam; vel palam per aliquem, vel aliquos ex eis. Item dicimus, ſententiamus, pronunciamus, declaramus, arbitramur, & arbitramentamus, ſtatuimus, & ordinamus, quod ciuitas Paduæ cū Caſtris, terris, villis, & locis, quæ tenentur, ſeu poſſidentur per dictū Magnificum d. Franc. Iuniorem de Cararia remaneant libere dicto. d. Franciſco in eo ſtatu, gradu, & conditione, quo nunc eſt, ſeu fuit. Item dicimus, ſententiamus, pronūciamus, declaramus, arbitramur, ſtatuimus, & ordinamus, quod oēs, & ſingulæ terræ, ciuitates, Caſtra, & territoria, quæ tenentur, & poſſidentur per præfatum illuſtrem d. Comitem virtutū tam in territorio Paduæ, quàm in Marchia Treuiſina, ſeu alibi, qualeſcunque ſint, & cuiuſcunque fuerint, & vbicunque ſint, libere remaneant præfato d. Comiti. Item attento, quod præfatus illuſtris d. Comes virtutū tempore, quo erat in poſſeſſione ciuita. Paduæ, fuit ſpoliatus dicta ciui. & alijs terris, & Caſtris, quæ tenent, & poſſidētur per ipſum Magnifi. d. Fran. quæ ipſi. d. Fran. remanent vigore præſentis pacis condemnamus, & condemnatum eſſe pronunciamus ipſum. d. Fran. ad dandum, & ſoluendum præfato illuſtri d. Comiti, ſeu hæredibus ſuis, vel legitimæ perſonæ pro ipſo, ſeu habēti, vel habituro cauſam ab ipſo pro damno, & intereſſe ſpoliationis prædictæ. florenos auri decem millia ſingulis annis in die natiuitatis Beati Ioannis Baptiſtæ vſque ad cōpletum, & integrum quadraginta [illegible] quingentorum millium

rum autem inchoando dictum tẽpus dicti anni a die latæ præſentis ſententiæ. quas quidem ſolutiones ſi non fecerit, vel fieri fecerit, vt ſupra cadat a beneficio præſentis pacis, nec poſſit aliquis ex colig. ſuis ipſum iuuare modo aliquo, qui dici, vel excogitari poſſit, vt ſupra ſub pœna in compromiſſo contenta. & vltra intelligantur contrafeciſſe, ſi dicto caſu eidem d. Fran. præberent auxilium, conſilium, vel fauorem. Item ſententiamus, pronũtiamus, declaramus, & arbitramur, ſtatuimus, & mandamus, ꝙ do. Fran. de Cararia prædictus permittat nobilem d. Alduaium de Monte Merlo. nobiles de campo ſancti Petri. mag. Marſilium de ſancta Sophia, & filios Vbertinã de Grango de Parma commiſſarium, & filios, & omnes alios exiſtentes in territorio, ſeu in ſeruitio do. Comitis, ſeu qui adheſerunt. d. d. Comiti, ſiue ſint originarij, ſiue habitatores Paduæ, & quoſcunque alios ſubditos præfati. d. Comitis, qui habent domos, vel poſſeſſiones iuſto titulo acquiſitas in Padua, vel diſtrictu: & ſpecialiter Milanum de Malabardis, & patrẽ, ac. d. Bonromeum de. Bonromeis de ſancto Miniano habitatores Paduæ, ac omnes electos ſubditos, ſeu adhærentes, vel ſequaces præfati. d. Comitis, qui iuſto titulo poſſidebant quæcunq; bona in Padua, ſeu eius diſtrictu, libere gaudeãt dictis eorum bonis, & iuribus exiſtentibus in Padua, ſeu territorio Paduano quantum pro facto magnifi. do. Paduani. & exigere a quibuſcunque debitoribus ſuis quaſcunque pecuniarũ quantitates, ad quas ipſi tenerentur. ꝙ libere cancellentur, & eximantur ab omnibus bannis, proceſſibus, & condẽnationibus perſonalibus, quæ factæ fuiſſent, vel forent contra prædictos, vel aliquem, ſeu aliquos prædictorum abſque aliqua ſolutione pecuniæ. & ꝙ poſſint prædicti, & quilibet prædictorum vendere, & extrahere fructus cuiuſcunque generis poſſeſſionum ſuarũ, & ducere ad quaſcunq; ſe partes, prout quilibet ciuis Paduæ: & ꝙ poſſint alienare bona ſua, & de eis diſponere pro libito voluntatis. Et ꝙ de quæſtione dicti Milani de Malabardis, quæ ſibi mouetur in Venetijs per dominum Fran. prædictum, fiat ſibi iuſtitia, tñ ꝙ non poſſit ire, nec receptari in terris Paduanis, quæ tenentur, vel poſſidentur per dictum d. Comitem ſine licentia d. Fran. Item ſententiamus, pronunciamus, declaramus, arbitramur, arbitramentamur, ordinamus, ſtatuimus, & mãdamus, ꝙ prædicti illuſtres dñs Comes, & Magnificus dominus Franciſcus non poſſint ædificare, ſeu ædificari facere in aliquo territorio non ſuo ſine voluntate illius, cuius eſt. in ſuis tamen territorijs quilibet poſſit ædificari facere pro ſuo libito voluntatis. Itẽ dicimus, ſententiamus, & arbitramur, ſtatuimus, & mandamus, ꝙ loci Corrigiæ, & domini dicti loci ſeruentur, & ſint cum effectu illuſtri dño Comiti virtutum in eo ſtatu, gradu, & conditione, quibus erant antequã adhæſiſſent cõi Bononiæ. & ꝙ ipſe d. Comes ipſos dominus, & locum benigne recipiat, & tractet, & admittat in charos, & beniuolos, prout eos ante tenebat, & tractabat, & reſtituat eos ad eorum bona, eiſdemque remittat rancores, & odia quælibet, quæ contra eos hactenus quomodocunque ſumpſiſſet. & de prædictis loco, & dño cõe Bononiæ de cætero ſe non intromittat. Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, arbitramus, & arbitramentamur, ſtatuimus, & mandamus, ꝙ omnes terræ, Caſtra, fortilitia, & loca cum pertinentijs ſuis ablata, occupata, vel inuaſa a tẽpore ligæ factæ in Piſis citra per Florentinos, ſeu gentes eorũ cõmune Senarum, ſeu gentibus ſuis, ſeu eorum colligatis, vel adhærentibus, qui in præſenti pace venire debent, libere reſtituantur dicto communi Senarum, ſeu legitimæ perſonæ, vel perſonis pro ipſo communi, vel colligatis, vel adhærentibus prædictis. & verſa vice, ꝙ omnes terræ, Caſtra, fortilitia, & loca cum eorum pertinentijs ablata; occupata; vel inuaſa a tempore dictæ ligæ factæ in Piſis citra per commune Senarum, ſeu gentes ipſius communis Florentiæ, ſeu gentibus eius, ſeu ipſius communis colligatis, vel adhærentibus, qui in præcedenti pace venire debent, libere reſtituãtur ipſi communi Florẽ. vel eiuſdem colligatis, ſeu adhærẽtibus prædictis. Et hoc infra menſes duos proxime ven. exceptis loco, & terra montis Publicani cum pertinentijs ſuis: & locis, & terra Luciguani de Aretio, quæ non veniant, nec venire intelligantur in ſupradicta reſtitutione, ſed remaneant, prout ſunt, donec per nos ſupradictos arbitros prouidebitur, quid agendum de prædictis locis, & terris: cui prouiſioni, & deliberationi, ſeu declarationi fiẽdæ de prædictis terris quælibet pars, & quælibet ex dictis partibus ſtare debeat tacita, & contenta, & taciti, & cõtenti ſemper, & quandocunque fieret: non obſtante, ꝙ terminus compromiſſi eſſet elapſus, & etiam ſi qua dictarum partium contradixit præſenti arbitramento, ſeu prouiſioni, & declarationi fiendæ. Item arbitramur, pronuntiamus, ſententiamus, & mandamus, ꝙ omnes terræ, fortilitia, loca, & Caſtra ablata, ſeu occupata a tempore dictæ ligæ factæ in Piſis citra per commune Peruſij, ſeu gentes ſuas cõmuni Floren. & domino Cortonenſi, vel eorum colligatis, ſeu adhærẽtibus, reſtituantur dictis communi Florentinorum, & dño Cortonenſi infra duos menſes proxime ven. & econuerſo reſtituantur, & relaxentur. Item arbitramur, pronuntiamus ſententiamus, & mãdamus, ꝙ omnia Caſtra, terræ, fortilitia, & loca ablata, vel occupata a dicto tempore dictæ ligæ citra, vt ſupra per commune Floren. ſeu gentes ſuas dominis de Petramalis, ſeu gentibus ſuis libere reſtituãtur dictis dominis infra menſes duos proxime venturos. Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, arbitramur, arbitramentamur, ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, ꝙ cõmune Florentiæ, vel commune Senarum, vel commune Peruſij, vel dominus Cortonenſis, vel aliquis, ſeu aliquod eorum non poſſint, vel debeant receptare, ſeu receptari facere, vel permittere in terris, ſeu locis eorũ, vel colligatorum, ſeu adhærentium eorundem aliquem exititium partis aduerſæ, nec eis præbere auxilium, vel fauorem in preiudicium, damnum, vel offenſam partis aduerſæ. teneantur tamen ſupradictæ communitates, & dominus, & quælibet earum reſtituere quoſcunque exititios ſuos occaſione præſentis guerræ quo ad poſſeſſiones, & bona mobilia, quæ extant, & ipſos abſoluere a quibuſcunque bannis, & foreſtationibus, dummodo non vadant ſuper territorijs, a quibus fuerũt banniti, ſeu foreſtati, ſiue præſidentium dictis terris, & locis, ſeu dictorum dominorum locorum. Item ſententiamus, arbitramur, prononciamus, ordinamus, ſtatuimus, & mandamus, ꝙ præfatus Illuſt. d. Comes non poſſit in partibus, ſeu aliqua parte Tuſciæ, videlicet: ab aqua frigida vltra verſus Tuſciã ſe intromittere, niſi prout, & ſicut in dicta liga facta Piſis proxime cõtinetur. Item ꝙ communia Floren. & Bononiæ nõ poſſint, vel alterum eorum poſſit ſe intromittere aliter, vel alio modo in partibus Lombardiæ, vel Marchiæ Treuiſinæ, niſi prout ipſe dominus Comes in partibus Tuſciæ vigore capituli præcedẽtis, excepto in territorio Bononiæ, vel eius diſtrictu. Item dicimus, pronuntiamus, & mandamus, ꝙ quælibet pars debeat publicari facere præſentem pacẽ in ciuitatibus, & terris ſuis in feſto Purificationis Beatæ Mariæ virginis proxime venien. a qua die in antea quilibet abſtineat ab offenſis tã in mari, quã in terra. Itẽ ꝙ ſi a die facti ſupradicti in nos cõpromiſſi vſque ad diem publicandæ præſen. pacis in ciuitatibus, & locis dictarum partium accidiſſet, ſeu accideret, ꝙ aliqua dictarum partium, ſeu aliquis ex dictis partibus cepiſſet, vel occupaſſet, ſeu caperet, vel occuparet aliquam, vel aliquas terras, Caſtra, loca, vel fortilitia alterius partis, vel alicuius ex alia parte, huiuſmodi terræ Caſtra, fortilitia, & loca ſic capta, vel occupata, vt ſupra reſtituantur, & reſtitui debeant ſpolia. prædict. & cuilibet eorum. Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, ſtatuimus, ordinamus, & mandamus, ꝙ neutra partium, nec aliquis ex dictis partibus permittat in territorijs ſuis toto poſſe, & bona fide cumulari aliquas gentes armorum in modũ ſocietatis, vel compagniæ exituræ de dictis ſuis territorijs in territorio alterius partis, vel alicuius ex dictis partibus contra voluntatem dictæ alterius partis, vel alicuius ex dictis partibus, dare paſſus, vel victualia aliquibus gentibus armorũ, quæ vellent intrare Lombardiam, vel Italiã, cuiuſcunque conditionis exiſtant: & ſpecialiter per pontes, aquas, & alios paſſus, qui prohiberi poſſunt, ſed dictos paſſus dictis gentibus prohibere toto poſſe, & bona fide teneantur. ſi quis contrafecerit, cadat a beneficio præſentis pacis, nec eum iuuare poſſit quiſquam ex colligatis ſuis. Item cum Lucana ciuitas beniuola ſit, & amica partiũ p̃dictarũ: ac ẽt territoriũ, & diſtrictus eiuſdem ciuitatis ſit finitimus territorijs, & diſtrictibus ipſarum,

rum, propter quod ſi dicta ciuitas, vel eius territorium, aut diſtrict⁹ quoquo modo inuaderetur, vel offenderetur, poſſit deueniri de facili ad damna territoriorum partium præfatarum, vel alicuius earum, ex quo guerra, & diſcordiæ inter ipſas partes cauſari poſſent. Ideo ſententiamus, arbitramur, pronuntiamus, arbitramentamur, mandamus, & declaramus, ꝙ prædicta ciuitas Lucana cum omnibus pertinẽtijs ſuis ſit, & intelligatur incluſa in pace præſenti, vt ipſa omnibus immunitatibus, gratijs, fauoribus, prerogatiuis, & beneficijs cuinſcunque dictę pacis frui, & gaudere poſſit, & gaudeat, quibus frui, & gaudere poterit quæcunque partium prædictarum. Itẽ quia per ſupradictos ſyndicos, & procuratores multa fuerunt petita hincinde coram nobis, ſuper quibus nobis non fuit poſſibile pronuntiare propter breuitatem temporis, condemnamus, & condemnatos eſſe pronuntiamus dictos ſyndicos, & procuratores dictorum magnificorum communium Florent. & Bononiæ, & dicti Magnifici do. Franciſci de Cararia dictis ſyndicarijs, & procuratorijs nominibus ad dandũ, & ſoluendum dicto domino Comiti florenos auri centũ millia. Saluo, & reſeruato, ſi ipſi dictis nominibus prorogauerint terminum dicti facti in nos compromiſſi per vnum menſem proxime vent. & verſa vice condemnamus, & condemnatos pronuntiamus pręfatos procuratores pręfati do. Comitis do. procuratorio nomine, & per eos dictum. d. Comitem, & dictos ſyndicos, & procuratores magnificorum cõium Peruſij, & Senarum, & dicti do. Mantuæ dictis ſyndicarijs, & procuratorijs nominibus ad dãdũ, & ſoluendũ dictis cũmunitatibus Floren. & Bononiæ, & d. Franciſco de Cararia prædictis florenos auri cẽtum millia. ſaluo, & reſeruato, vt ſupra, ſi ipſi dictis procuratorijs, & ſyndicarijs nominibus ꝓcurauerint terminum dicti facti in nos compromiſſi per vnum menſem proxime ven. Et vltra dictas pęnas quaſlibet petitiones partis prorogantis approbamus, & admittimus & acceptamus, & illas partes non prorogamus, ſeu quæ non prorogauerit, reijcimus, & reprobamus. Reſeruantes nobis poteſtatem, & bailiã iterũ, & de nouo dicendi, pronuntiãdi, ſentẽtiandi, cognoſcendi, & arbitrandi, & arbitramẽtandi, corrigẽdi, & emẽdãdi, condẽnandi, & abſoluendi ſemel & pluries: ẽt ſuper iã pronũtiatis ſecundũ bailiã nobis conceſſam vigore dicti compromiſſi, & vſque per totum tempus dicti cõpromiſſi. mandãtes. prędicta oĩa, & ſingula ꝑ dictas partes, & quãlibet earũ & quãlibet ex dictis partibus obſeruari debere ſub pœna in dicto cõpromiſſo contenta, & ſub pœna ꝯfactionis dictæ pacis. Mandantes etiam de prædictis omnibus, & ſingulis cõfici debere publica inſtrumẽta eiuſdẽ tenoris per Iac. de Spotionibus de Bergomo ſecretarium, & notarium noſtri dicti magiſtri hoſpitalis Ieroſolymitani, & per Anto. de credentia quondam Corradi cãcellarium dicti noſtri. d. Ducis notarios publicos ſupraſcriptos, & alterum eorundem. lata, data, & pronuntiata, & latæ, datæ, & pronuntiatæ fuerunt per dictos Reuerendiſſimos, & Magnificos dominos arbitros, & arbitratores ꝓ tribunali ſedẽtes in loco infraſcripto, & lecta, & publicata, & publicatæ per nos dictos notarios in ciuitate Ianuæ, & in ſala magna noua Palatij ducali communis Ianuę ſub anno dñicæ natiuitatis milleſimo 392. indictione 14. ſecundum curſum Ianuæ die vigeſima menſis Ianuarij, ante tertiam horam noctis pontificatus præfati ſanctiſſimi domini do. noſtri Bonifacij diuina prouidentia Papæ noni anno. 3. præſentibus teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, & roga. egregio viro domino Raphaele Adurno Regni caſtelli adminiſtrato. germano pręfati Magnif. do. ducis. nobili, & ſapiente viro d. Thomaſio de Spina legum doctore. domino Hinterico de Illionibus legũ doctore. d. Georgio Honeſto legum doctore. d. Benedicto de Viali legũ doctore. d. magiſtro Andrea de Epraliia phyſico. Martino Maruſo. Nicolao Fatinaci notario. Raphaele de Laurentijs. Ioan. de Pinis. Raphaele Vatario Neapoli. Ant. de Fieſco Tereliano Spinola. Clemẽte de Facio. Carolo Capitaneo. & Corado Mazuro notario, & cancellario communis Ianuæ. omnibus ciuibus Ianuæ. Inſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis dicto die, hora; & loco, ac pręſentibus dictis teſtibus, Reuerẽdus in Chriſto pater dominus frater Raymundus de Vanea de Capua ordinis prædicatorum generalis miniſter ipſius ordinis ibidem pręſens habens autoritatem apoſtolicam in, & ſuper omnibus prædictis a præfato ſanctiſſimo domino noſtro Papa vigore quarundam literarum apoſtolicarum ipſi domino fratri Raymundo conceſſarum, quas vidimus, legimus inſpeximus nos notarij infraſcripti bullararum vera, & nota bulla publica præfati do. noſtri Papæ ſub data Romæ apud ſanctũ Petrum Kal. Iunij pontificatus ipſius. d. d. noſtri Papæ anno ſecundo. dictam autoritatem interpoſuit, & interponit, & partem non obſeruantem omnia, & ſingula ſupradicta pronuntiata laudata, mandata, arbitrata, arbitramẽtata, declarata, & ſtatuta ꝑ d. dominos arbitratores ſupradictos monitione canonica coram nobis per eſſ præmiſſa interdixit, & interdicit ex nunc, & hoc modo, ſi fuerit ſingularis perſona excommunicationis, ſi vero cõmunitates, vniuerſitates, vel domini ſuſpẽſionis, & interdicti in eorum terris, ciuitatibus, & locis tranſactis diebus quindecim, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliquos quinque dies ꝑ tertio, & peremptorio termino aſſignauit. hac monitione canonica poſt dictam ſententiam ſic præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum non obſeruauerint. ſententias promulgauit, quorũ abſolutionem ſibi, & ſuperiori ſuo tantummodo reſeruauit. Et ita dico, & cõſulo ego Bal. de Peru. vtriuſque iuris doctor.

CONSILIVM CXLVIII.

1 *An conductor teneatur de incendio contingente in domo conducta*

2 *Conductor quando teneatur de damno rei conductæ.*

Factum quæſtionis tale eſt, in domo locata magiſtro Angelo hoſpitis contigit incendium.

1 Quæritur, † an conductor teneatur ad damni emendationẽ. & videtur, ꝙ non teneatur conductor de caſu, vt l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locati, & conducti. ſed culpa non præſumitur, niſi probetur, ſicut nec dolus, vt l. quotiẽs. §. qui dolo. ff. de ꝓba. ergo &c. Præterea vbicũque quis vtitur re ad vſum deſtinatum, quis nõ tenetur de periculo, vt l. cũ, qui. in prin. ff. commo. ſed Angelus vſus eſt iſto hoſpitio ad vſum deſtinatum, imo vſus eſt ad eum vſum, quo dominus vtebatur. nam vſus eſt illo lari pro focario ut ante dñs vſus eſt, ergo vtẽdo eo modo, quo dñs Angelus nõ eſt in aliqua culpa ergo nõ tenet, vt dicto §. Imperator. Præterea & ſi culpa poſſet imputari, eſſet leuiſſima, quia non fuit diligens in uidendo, & auſtando, vtrum lar eſſet ſufficiens ad coquinam hoſpitii faciendã, & de leuiſſima culpa conductor non tenetur, vt ff. comm. l. ſi ut certo. §. nunc videndum. ergo &c. Præterea de hoc videtur caſus in l. videamus. §. s. ff. locati, & conducti. vbi ſi conuenit ne ignem haberet, & ignem habuit, ſi contingat poſtea incendium, tenetur. quod in dubio præſumit nobili præſumptione iuris, vt l. merito. ff. pro ſocio. His non obſtantibus dicendum eſt indubitanter contrarium. & pro euidentia ſciendum eſt, ꝙ conductor tenetur de cuſtodia rei, ut l. itaq; fullo. in prin. ff. de fur. & l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locati, & conducti. modo dicit Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. ꝙ quando conſtat incendium contigiſſe in domo locata, & non apparet quomodo: quia iſte caſus non faciliter euenit ſine culpa alicuius, & eſt gl. ordi. in l. ſi modo nulla. ff. de le. 1. & eſt tex. in l. ſi vendita. ff. de pericu. & commo. rei ven. & in l. 3. ff. de offi. præfec. vigil. ſi ergo conductor, ad quẽ pertinet cuſtodia, allegat iſtum caſum, præſumitur culpa conductoris contigiſſe, niſi probet contigiſſe caſu fortuito. l. 1. ff. de cuſt. & exhi. re. vt l. ſi a bonefidei. §. 1. de rei ven. & in l. ſi quis fundum. §. Imperator. & ibi caſus. ff. loca. & condu. Cũ ergo conductor allegat incẽdium contigiſſe, & conſtat, & non apparet, vnde contigerit, præſumitur culpa conductoris, ideo tenetur ad emendationem, vt d. §. Imperator. niſi probet caſum. Quidam ſunt caſus, qui regulariter contingunt ſine culpa alicuius, vt vis fluminis, & impetus hoſtium, tunc niſi cõſtat contigiſſe caſum, præſumitur caſus fortuitus, niſi probetur culpa, vt l. contractus. de re iudi. & l. ſi merces. ff. loca. & condu. Præterea dicit glo. in l. omnia. §. ſpecies. ſi conductor, vel alius, ad quem pertinet cuſtodire rem, allegat caſum, ipſe debet probare caſum; alias præſumitur eius dolo contigiſſe, nielius

melius diceretur culpa cuſtodis cõtigiſſe.& alle.l. ſi quis fundum.§.Imperator.ff.loca.& conducti.de cuſto.& exhibi.re.l.fi.§.fi.Præterea nonne dicit tex.in l.1.ff.de offi.præfec.vrb. ꝙ licèt incẽdium contingeret in domo, ꝙ tñ præſumitur culpa habitantis contigiſſe? † vnde colligo diſtinctionem talem, ex qua eruuntur omnia ſupraſcripta motiue Aut conſtat cõtigiſſe incendium caſu fortuito,& conductor non tenetur,vt d.§.Imperator.& §. nunc videndum.aut conſtat, ꝙ dolo, vel culpa conductoris,& tenetur ad emendam damni:aut eſt dubium,& præſumitur contigiſſe culpa cõductoris.& niſi probet caſum fortuitum, tenetur, vt d.§.Imperator.& iuribus ſupra allegatis.& in glo.§.ſpecies.& ibi not.per Bar.§.fi. Modò non ob. contraria,ad quæ ſingulariter reſpondeo: ad primum fateor,ꝙ conductor non tenetur de caſu, vt §.Imperator.ſed tenetur de culpa leui.ſed incendium præſumitur cõtigiſſe culpa leui conductoris, vt §.Imperator. Non ob.l.quoti.§.qui dolo.qoie dico, ꝙ eſt verum, ꝙ non præſumitur dolus: ſed quia incendium non ſolet faciliter fieri ſine culpa alicuius, præſumitur contigiſſe culpa leui conductoris. ideo tenetur, vt iuribus alleget. Præterea non præſumitur culpa. verum eſt,niſi factum extrinſecum indicet culpam,argu.l.ſi nõ conuitij.C. de iniurijs. Modo incendiũ contingens in domo locata inducit culpam leuem conductoris,ad quem pertinet cuſtodia: cum faciliter non fiat incendium ſine culpa leui inhabitantis,iuribus ſupra allegatis. ideo præſumitur culpa cõductoris. Non ob. aliud, vbi quis vtitur re ad vſum deſtinatũ, non teneatur de periculo caſus fortuiti,vt l.cum,qui.in prin. præall. verum eſt,ſi vtens in nulla eſt culpa, aliàs vtẽs tenetur de periculo caſus fortuiti,vt d.l.cum,qui.in prin. nam ſi iſte conductor præſumitur fuiſſe in culpa leui,ex quo fuiſſe incẽdium contigit,quod faciliter non poteſt contingere ſine culpa leui inhabitantium iuris præſumptione,ideo tenetur conductor. Non ob. ꝙ vſus eſt igne eo modo, quo vtebatur dominus, hoc non excuſat eũ,debet enim vti eo modo, quo faciunt homines diligentes, & cuſtodire domum, vt facerent homines diligentes eius conditionis, cuius eſt ipſe, aliàs eſt in culpa leui, vt l.quod natura.ff.depo. quia nõ præſumitur feciſſe, ex quo incendium contigit, quod non ſolet contingere ſine culpa leui habitantis. Præterea aut apparet proueniſſe incendiũ ex vitio laris tñ,& præſumitur eſſe in leui culpa, ex quo incendium contigit, quare non diligenter cuſtodiebat, vtrũ focarium eſſet ſufficient ad ignem,quem faciebat, vel non: ſicut quilibet diligens feciſſet,nec ſequitur,faciebat ignem ſuper illo focario dñs per longum tempus. hoc non excuſat à leui culpa conductorem, cum poſito, ꝙ dñs non fuiſſet diligens,nihilominus iſte debet eſſe diligens in re locata, vt aliue quilibet diligẽs fuiſſet,aliàs eſt in leui culpa.nã leuis culpa in rebus alienis ſic diffinitur, eſt deuiatio incircunſpecta ab ea.

Ad idem. CONSILIVM CXLIX.

1 *Incendium cuius culpa præſumatur contigiſſe.*

Diligentiam, quam adhiberent homines diligẽtes eius conditionis, & profeſſionis,ita no.Bart.in l.quod nerua.ff.depo.Non ergo conductor excuſatur a culpa leui,ſi vtatur re, vt faciebat dñs,ſed oportet, ꝙ vtatur, ſicut ea vteretur quilibet diligens homo eiuſdem cõditionis:quod non prçſumitur feciſſe propter incendium contingens : quod non ſolet fieri ſine culpa leui inhabitãtium.Præterea apparet,ꝙ vſus eſt re locata alio modo, quàm dñs,quia faciebat maiorem ignem,quàm dñs.Item magis longum vltra focarium.Itẽ ſubtus focarium iſte faciet ſcalam,quam dñs nõ habebat,immo ſolum alterum habebat: & facilius incenditur in ſcarelis, quàm ſi non fuiſſet ſcalera. & diligens homo hoc veriſimiliter non feciſſet.ex quibus nõ tantum contra conductorem præſumitur culpa leuis , ſed ẽt probatur culpa leuis conductoris. Aut non apparet perueniſſe ex vitio focarij,nec aliunde apparet contigiſſe incendium, tunc præſumitur culpa leuis conductoris, niſi probetur caſus fortuitus, vt iuribus ſupra allegatis. nõ ob. aliud motiuũ, iſte eſt tñ in leuiſſima culpe, cum fuerit tantum negligens in non aduiſando, vtrum lar eſſet ſufficiens ad portandum ignẽ, quem quotidie conductor faciebat ibi.Soluitur,† ex quo incẽdium non ſolet contingere ſine culpa leui inhabitantis , præſumitur contigiſſe culpa leui , niſi probetur caſus fortuitus , vt d.§.Imperator.& ibi per Bar. Item non apparet tñ prouenisse ex vitio focarij,& ex quo non apparet, vnde prouenerit, præſumitur culpe leui conductoris. Itẽ iſta negligentia in nõ auiſando &c.eſt leuis culpa , quia quilibet diligens homo nõ feciſſet. Ideo leuis culpa , vt in diffinitione leuis culpæ patet. Non ob. vltimum.§.1.l. videamus. quia dicit textus , ꝙ fecit ignem innocentem. & ſic ibi conſtat, ꝙ incendium contigit ſine culpa, ſed caſu fortuito.In dubio autem ex quo incendiũ contigit,præſumitur culpa leui conductoris, ꝙ non cuſtodiuit rem locatam, vt quilibet diligens feciſſet. Non ob. l.merito. vbi in dubio non prçſumitur quis eſſe in culpa. verum eſt, niſi factum extrinſecus contingens inducat prçſumptionem in contrarium, quod hic facit, vt plene ſupra probaui. Ex quibus omnibus liquido apparet determinationem contrariam non habere iuris fundamentum.

CONSILIVM CL.

Conſilium domini Signorini de homodeis ad conſilij ſuperius do.Baldi corroborationem.

1 *Actione in rem hypothecariam an poſſit agi contra extraneum poſſeſ.*
2 *Quando dicatur lis mota.*
3 *Verba enuntiata propter aliud emiſſa an probent.*
4 *Acta cauſæ quomodo probentur.*
5 *Confeſſio procuratoris erronea an præiudicet domino.*
6 *Negatiua an poſſit probari.*
7 *Poſſeſſio decennio amittitur.*
8 *Hæreditate iacente non currit præſcriptio.*

Caſus actualiter de facto emergens talis eſt, Quidam gratia exempli, vt puta, Titius iam longeuis tẽporibus elapſis duxit vxorem, puta Seiam,& nomine dotis recepit ab ea certam pecuniæ quantitatem , ſucceſſiue nomine dotis cuidem eius filiæ Titius certas res tradidit ipſius filiæ marito ficte conſtituẽdo ſe eas tenere nomine dicti mariti nõ vere. deinde mortuo Titio,& Seia relictis pmiſſe filia,& quodam alio filio, prædicta filie vnà cum eius marito re vera pignori dederũt dicta bona valoris flore.400.cuidam occaſione flore.80. licèt ſimulata inter eos interceſſerit vẽditio: vnà cum pacto, & licentie de retrouendendo vſque ad certum tẽpus.& dictus creditor vſurarum loco exigit flore.16.vel circa ſucceſſiue. Præmiſſis non conſideratis dicta bona vendidit precio flore.100.cuidã actualiter dicta bona tenenti, quibus ſic peractis prædictus filius attendens fraudem eius ſorori commiſſam tanquam hæres ſeiæ eius matris, cui dicta bona erant obligata occaſione dotis ſuæ , libellum propoſuit in actione in rem hypothecariam aduerſus dictum poſſeſſorem extraneum , cuius libelli occaſione in proceſſu facta fuerunt neceſſaria ad cauſam præmiſſam. Nunc in dubiũ deducitur, quæ debeant eſſe partes iudicis in cauſa præmiſſa. Et vſ dicẽ-
1 dum Titiũ abſolui debere rationibus infraſcriptis. † Primo in hypothecaria prius excutiende ſunt bona principalis debitoris, antequam perueniatur ad extraneos pignorum poſſeſſores, vt auté.hoc ſi debitor.C.de pig.iuribus &c.Secũdo,quia hic non apparet litem fore cõteſtatam, ideo neceſſario debet ſequi ab obſeruatione iudicij abſolutio, vt l.1.C.de lit. cõteſ. & l.prolatam.C.de ſententijs,& interlocu.om.iudi.& cap.1. vt lit.non conteſt. Tertio, quia cũ conuentus vnà cũ his, a quibus cauſam habet, ſpacio 10.anno.& plurium tenuerunt bona fide,& titulo,& tutus eſt prçſcriptionis auxilio, vt l.1.& 2. C. ſi aduerſus creditorem. veruntamen his non obſtantibus ꝯtrium de iure verum eſt, cuius gratia primo intentionẽ actoris fundabo. Secundo oppoſitis in oppoſitum allegatis, reſpõdebo. Capio primum, nam in caſu præmiſſo ſubeſt creditum dotis, cauſa, poſſeſſioque ex parte cõuenti, fuerũtque proprietates, de quibus quæritur, in bonis debitorum tempore ꝯtræ obligationis, quæ ſola ſunt ſufficientia ad obtinendũ in actione intentata, vt l.& quæ nondum.§. quod dicitur.& l.ſi fundus.§.in venditione.ff.de pi.l.pignoris perſecutio.cum ſi.ergo &c. Capio ſecundum, cuius gratia ſuppono in facto, ꝙ licèt

cẽt libelli oblationem non præceſſerit bonorum excuſſio, ea
tñ ſecuta fuit ſolẽnis, & legitima ambagibus ſuperfluis omiſ
ſis, vt ex proceſſu euidenter colligitur. Sed nemini dubiũ eſt,
ꝙ iure agendi ſuperueniente, ẽt poſt litem conteſtatam, dum-
modo ſuperueniat ex cauſa de pręterito ex eadem inſtantia, ſe
qui poteſt condemnatio, nec opus eſt noua interpellatione,
vt l. ſi rem. §. fi. ff. de pig. act. & ff. mandati. l. ſi mãdauero tibi,
vt actio. & l. ſi in diem. ff. de petitione hæreditatis. & plene in
l. non poteſt. ff. de iudicijs. ergo multo fortius hoc caſu, cum
ante libelli oblationem ſupererat ius agendi, cuius iure exer-
citium non erat liberum, & liberum efficitur poſt iudicium
acceptum, & ſic non obſtat motiuum primum. Item excuſſio
nis omiſſio ipſo iure iudicium non reddit nullum, ſed a iure
tribuitur facultas excipiendi, videlicet iudicio non cepto ad
proceſſum impediendum in modum dilatoriæ. iudicio vero
cepto in vim peremptoriæ ad euitandum ſententiam condẽ-
natoriam ſecũdum cõem omnium opinionem. Sed hoc caſu
non fuit exceptio oppoſita ante lit. conteſ. ſed poſt in vim di-
latoriæ, & conſeqnẽter oppoſita fuit inepte, Ideo non releuat
excipiẽtem, iuxta no. in l. 1. ff. de exceptioni. Item & ſi in vim
peremptorię fuiſſet oppoſita, tñ fuit oppoſita poſt omnia acta
cauſæ neceſſaria, & ad cautelã nullo actu medio, ſtatim poſt
exceptionem oppoſita fuit legitimę executioni, Ideo valde ad
mirãdum eſt, cur de hoc per neminem ſanæ mentis ſit dubiũ.
Non ob. ſecundum motiuum, cuius gratia ſuppono etiam in
facto, ꝙ pars aduerſa cum peteretur quæſtionem præſentem
committi debere tribus bonis viris ſecũdum formam decreti
tunc vigentis, excipiendo propoſuit, ꝙ lis erat mota iam elap
ſis diebus 57. vel circa, ſed inter partes commiſſio debet peti
fieri infra 20. dies vtiles a die litis motæ ſecundum formã de-
2 creti prædicti, vt apparet ex proceſſu, † ex quo apparet par-
tem aduerſam confeſſam eſſe litem conte. fuiſſe ante poſitio-
nes, & alia acta neceſſaria, cum lis mota dicatũr ſite ſanũmo
do conteſta. caſus eſt in capitulo ex parte. extra de ver. ſig. ad
literam. & tex. coniuncta gl. in l. 1. C. de præſcriptio. longi tẽ-
poris. & apparet ad ſenſum: quia oblatio libelli fit iudici, &
pro tanto ſummarie de plano poteſt fieri, vt l. miles. §. lex. ff. de
adulterijs. Ideo adhuc inter partes nõ eſt lis mota, nec aliquid
a reo petitum, adeo ꝙ non conſtituitur, velut interpellatus in
mora, niſi per contumatiam, ſed ſolummodo præcedente po
ſtea interrogatione, & conuẽti reſponſione ſecuta. arg. l. am-
plius non peti. ff. rem ratam hab. l. denuntiaſſe. in princi. ff. de
adul. Nec ob. quod dicitur, lis ante litem cõteſt. & poſt, vt no.
per glo. in l. cauſas, vel lites. C. de tranſac. quia verum eſt, ꝙ lis
dicitur, ſed nõdum lis mota eſſe cenſetur inter ambas partes,
vt confeſſum fuit ex aduerſo per iura allegata. Et ſimiliter re-
ſpondetur ad dictum Bartoli allegatum ex aduerſo faciendo
differẽtiã, an verbum litis, ſeu quæſtionis proferatur a lege,
an ab homine &c. vt no. per eum in d. l. amplius nõ peti. Item
in eodẽm et actu, & pluribus alijs, ſi bene inſpiciatur proceſ-
ſus, pars aduerſa conſitetur cauſam, & quæſtionem ſubeſſe. &
cauſa nunquã dicitur, niſi lite conteſt. vt tenet gl. ordi. in præ-
allegata. l. cauſas, vel lites. maxime quia ſubiungitur, & quæ-
ſtione. Nam copula, & ſui natura debet poni inter diuerſa, &
apparet, quia fuerunt verba prolata ad effectum impediendi
commiſſionem fieri debere tribus bonis viris, quaſi eſſet ela-
pſus terminus, qui non incipiebat, niſi a tempore lit. conteſ.
3 † Nec ob. quod obijcitur, ꝙ verba pręmiſſa enuntiatiua poſſ
ſime pp aliud emiſſa diſpoſitionem non inducunt, vt l. ex his
verbis. C. de teſta. mili. cum ſimi. qm̃ fateor, ꝙ verba præmiſ-
ſa non inducunt conteſtationem ſecundum tempus prolatio
nis contradictionis factæ die, de qua fit mẽtio in dictis verbis
narratiuis: ſed probationis conteſt. factę retro per eos dies, de
quibus dicitur in receptis, argu. in l. pub. §. fin. ff. depo. & hoc
cum ſint dicta verba narratiue prolata per modum cauſæ: &
ſuper his fundetur tota cõtradittio tunc emanata, arg. pro hoc
fortiter clementina literis. de proba. licẽt ſecus eſſet, vbi de-
monſtratiuę duntaxat prolata eſſent propter aliud dicta ver-
4 ba enũtiatiua. argu. capituli ſi Papa. de priuil. lib. 6. † Itẽ non
ob. quod obijcitur, ꝙ acta cauſæ probantur duntaxat per ſcri
pturam, quia immo etiã alijs legitimis documentis, puta per
confeſſionem partis, vt colligitur in c. qm̃ contra falſam. de
proba. maxime per Inn. in fi. dicti capi. in glo. fi. quæ incipit,
legitimis documẽtis. & p gl. in c. fi. de probat. in gl. alioquin
5 &c. † Item non ob. quod obijcitur, ꝙ confeſſio procuratoris
erronea non præiudicat dño probanti contrarium ẽt emiſſa
per modum iuriſditio. contẽtioſæ, vt fuit in caſu noſtro, quia
fuit emiſſa in figura iudicij contentioſi, & in iudicio conten-
tioſo, & neceſſitate cauſatiua ad impediendum commiſ. fien
dum tribus bonis viris, vt l. non ſolũ. in princ. in gl. ff. de pro.
& l. certum. §. ſed an ipſo. ff. de confeſ. &c. & contrarium eui-
6 denter aſſeritur probatum ex inſpectione actorum, † quia ne
gatiua qñque probabilis redditur per inſpectionẽ ſcripturæ,
vt colligitur in l. titiæ textores. ff. de leg. 1. & ibi not. præterea
contrariũ loquitur, niſi procuratore ſub debito princi. quod
dependet a futuro dñij, ſuper quo poteſt procu. prætendere
ignorantiam. ſed in caſu noſtro procurator ſemper fuit in iu-
dicio, & confitetur ſuper tali actu, ꝙ dependet a facto ſuo, ſu
per quo non poteſt prætendere ignorantiam, vt puta, lite a ſe
commota, vel verba hoc importantia, indiſtincte præiudica-
bit dño, & ipſi confeſſioni erit ita ſtandum. & ita intelligatur
qõ mota per ſignorinum de homodeis in l. titiæ textores. ff.
de leg. 1. & plenius in l. hoc iure. ff. de verb. ob. & per Ia. Bu.
in l. 1. C. de error. aduocatorum. &c. qm̃ breuiter reſponden-
do pondero, ꝙ vbi verteretur dubium, an actus ſecundum tẽ
pus præſens ſit, vel non ſit ſcripta litis conteſtatio. fateor, ꝙ
hoc eſt probabile affirmatiue, & negatiue ex inſpectione ſcri
pturæ, ſed in caſu iſto illud in dubiũ non vertitur, immo quę
ritur, an in termino reo ſtatuto ad reſpondendum libello fue
rit reſponſum, vel non, quo caſu negatiua non probatur per
inſpectionem ſcripturæ: cum ſecundum tempus præſens nõ
reperitur in actis deſcripta, ergo non fuit per reum lis cont.
Ideo aliter per indirectum eſt probanda, vt l. optimam. C. de
contrahen. ſtip. aliàs ſtatur cõfeſſioni procuratoris, ergo &c.
Secundo principaliter ex alio incõuincibiliter colligitur lit.
cõteſt. cuius gratia ſuppono ſtatutum vigere in hac ciuitate,
quo cauetur, ꝙ oblata petitione iudici per eũ detur copia reo
præſenti, & eidem ſtatuatur terminus vnius diei vtilis ad re-
ſpondendum dicto libello, quo elapſo reſponſione non ſecu-
ta lis habeatur pro conteſtata. Ideo cum forma dicti ſtatuti to
taliter fuerit ſeruata, lis habetur pro conteſtata. Non obſt.
quod obijcitur, ꝙ agens erat canonicus non ſuppoſitus huic
ſtatuto: quia cum actor habeat neceſſe ſequi forum rei: quo
caſu ſtatuta ordinatiua iudicij, quæ ſunt in loco iudicij, de-
bent ſeruari, & iudicium ſecundum eam regulari non conſi-
derata actoris perſona. Ideo non ob. motiuũ pręmiſſum. Non
ob. ꝙ ſtatuto ciuitatis huius ſpecialiter caueatur, ꝙ clericis
reddatur ius ſecundum modum, & formam, ſecundum quẽ
redditur laico ꝯ clericũ per dñm epm, ſeu eius vicarium: qm̃
fateor, ꝙ vbi reus ſtatuto termino vnius diei vtilis ſtatim cõ
tradixiſſet, allegando eius beneficium, tunc procederet illud
motiuum, ſed hoc caſu ſponte accepit terminum vnius diei
vtilis, & per conſequens tacite conſenſit, arg. c. ſi tibi abſenti.
in fi. de præbendis. li. 6. & quod plus eſt, reus ſimpliciter nul
la exceptione appoſita reſpondit poſitionibus, quæ non fiunt
niſi lit. conteſt. & per conſequens ex conſenſu tam actoris, q̃
rei renũtiatum fuit huic ſtatuto. Et nemini dubium, ꝙ cum
fauore laici fuerit adinuentum iſtud ſtatutum, renuntiari ei
potuit per laicum, ne quod fauore alicuius introductum eſt,
in eius odium redundet. Item iudici probabiliter licuit igno
rare agentem fore clericum. vnde licite ſecundum formam
ſtatuti prędicti potuit, & debuit iudicium terminari. Nõ ob.
ſi dicatur ſecũdum prædicta, ꝙ per lapſum quadraginta die-
rum finita eſt inſtãtia ſecũdũ formam ſtatutorũ huius ciuita.
quia aduertendũ eſt, ꝙ li. conteſt. cũ peteretur pro parte agen
tis qõnem debere cõmitti tribus bonis viris ſecundũ decretũ
magnifici dñi. d. noſtri. pro parte rei fuit oppoſitũ, ꝙ erat cle-
ricus, & per conſequẽs ipſo iure non poterat vti beneficio
ſtatutorũ cũis Pap. vndę ſtatim beneficio ſtatuti ſuperius alle
gat inſtãtia incepit regulari debere ſecundũ ius cõe, ſecundũ
quod ius cõe durat triũ annorũ ſpacio, vt l. properandum. C.
de iudi. Præterea cũ fuerit oppoſita exceptio lit. cõteſt. ad pro
ceſſum exceptione omiſſa, nõ potuit iudex deuenire ad exa-
minationẽ, & deciſionẽ principalis cauſę, niſi prius diſcuſſis,
& de-

& deciſis huiuſmodi exceptionibus emergentibus. Ideo non dum ſunt ſimul 40. dies vtiles, cũ dies vtilis eſſe cenſeatur eo caſu, quo iudicis manus non ſunt ligatæ, & eius poteſtas libera eſt ad cauſæ diſcuſſionem, & deciſionem, ergo &c. Tertio principaliter ex alio colligitur litis conteſtatio, quĩ oblato libello, & ſtatuto termino prędicto, & copia libelli habita vlte rius per actorem factæ fuerũt poſitiones totũ tenorem libelli continentes & cũ ſimpliciter fuerit reſponſum per reũ, ergo &c. vt aliàs oretenus in hoc paſſu bene extitit allegatũ. Capio tertium, & primo cum longi temporis præſcrip. ſine poſ. non procedat, vt l. & ſine poſ. ff. de vſucapionibus. cũ ſi. & de ea poſ. non ſit capitulatum, nec probatum, ceſſat præſcriptionis auxilium. non ob. quod allegatur, videlicet q tempore dotis cõſtitutæ filię poſſidebat dñs Albertus, vt probatur per teſtes actoris, & per conſequens, & per conſtitutũ fuit tranſlata poſ ſeſſio, vt l. quod meo. in prin. ff. de acqui. poſ. Quĩ dato, q hoc eſſet verum, cũ non appareat de noua apprehenſione mariti,
7 † dicta poſſeſſio per negligentiam ipſius decẽnio continuata fuit amiſſa, arg. l. furtũ. §. 1. ff. de vſucapionibus. & l. ſi de eo. §. ſi forte. de acqui. poſ. & no. per gl. magnam in fi. l. 1. C. de ſer. fugi. & l. licèt. C. de acq. poſ. Nec ob. ſi dicatur, q hoc tẽpore potuit compleri præſcriptio, vt l. 1. & 2. C. ſi aduerſus creditorem. quĩ aduertendum eſt notabiliter, q tẽpore dictæ dotis traditæ, cum ſuperuiueret pater actoris, non potuit pręſcribi aduerſus filium reſpectu iurium dotaliũ eidem pertinẽtium ex ſucceſſione materna, quia non potenti agere &c. Caſus eſt ad literã in l. 1. in fi. C. de bonis maternis. & l. 1. in fi. C. de an. excep. & ſi bene aduertatur, hic ponẽs infallibiliter tollit præ ſcriptionis auxilium: quĩ licèt ex proceſſu euidẽter appareat dñm Albertum mortuum eſſe, non tñ apparet mortuũ fuiſſe decem annis pręteritis ante proceſſum initum. vnde licèt rei, & aliorũ, a quibus cauſam habuit, continuata apparet poſſeſ ſio decẽ annorum, nihilominus cũ quis præſumatur viuere vſque ad centum annos. l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. & non ſit probatum dictum dñm Albertum deceſſiſſe decem annis præteritis, clare apparet pręſcriptionem non potuiſſe currere ex defecto eius, ꝯ quem præſcribi debuit. Præterea & ẽt hoc nõ cadit reſpon. licèt ratione præſcribentis, & rerum præſcribendarum non ſit defectus, nec curret præſcriptio, tamen ſubeſt defectus impediẽs præſcriptionis auxilium reſpectu eius, ad
8 uerſus quem præſcriptio debuit comple. † quĩ hæreditas prædictæ ſcientiæ matris actoris ſemper fuit iacens vſque ad diẽ oblati libelli, aduerſus quã hæreditatẽ iacentẽ pręſcriptio currere non pòt, vt l. ea, quæ. & quod ibi no. gl. C. de tẽp. in integ. reſt. & l. ſi ſeruos hæreditatẽ. ff. de ſtipulatione ſeruorũ. & no. Cy. clare in caſu ſimili in l. licèt. C. de iur. deli. ergo &c. Non ob. quod obijcitur, q ſtatuto ciuitatis huius cauetur, q vxore mortua in matrimonio maritus ſit vſufructuarius dotis, proprietas vero liberis reſeruetur, & in eos tranſeat ipſo iure, niſi de eorum contraria voluntate appareat. per quod dicitur, q hic non præſcribitur aduerſus hæreditatem iacẽtem, ſed aduerſus filium &c. quĩ primo aduertendũ notabiliter eſt, q ſtatutum illud locũ ſibi vendicat, vbi in dote eſſet fundus, vel aliæ res immobiles, ſecus vbi in dote eſt pecunia, vt in caſu noſtro, cum in pecunia proprie non cadat vſusfructus, vt l. 2. ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſumuntur. & verba legis municipalis proprie ſunt intelligẽda, & maxime in ſpecie magis propria, & a potentiori, ergo &c. Præterea & ſi ſtatutũ hoc caſu locum haberet, cum adhuc dotis lucrum ipſo iure quæſitum reuocabiliter dumtaxat quæritur, non currit præſcriptio, quemadmodum in bonis paternis, quæ ipſo iure quæruntur filio in poteſtate conſtituto, com beneficio tamen abſtinendi, & tamen non currit præſcriptio, vt clare poſuit Cy. in l. licèt. C. de iure deli. & aduertatur, quia dicta l. licèt, loquitur in hæreditate paterna. Ego Baldus.

CONSILIVM CLI.

Et ita mihi Philippo de Caſolis de Rgio in re vſ, & ita conſulo, & in teſtimonium præmiſſorũ me ſubſcripſi manu propria, & ſigilli mei munimine roborari mandaui.

Eiſdem videtur mihi Ioanni de Criſpis de Cre. doctori, & ita dico, & conſulo. in quorum teſtimonium me ſubſcripſi, meum ſecretum appoſui.

Et ita ego Ioannes dictus ordinarius de homodeis legum doctor dico, & conſulo, in teſtimonium prędictorum ſigillũ meum appoſui, & mea manu propria ſubſcripſi.

Et ita dico, & conſulo ego Ioannes de Caſtiliono vtriuſque iuris doctor. & in teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi, & ſigillum meum appoſui.

Ego Signorinus de homodeis legum doctor ſubſcripſi, & in ſignum præmiſſorum ſigillum meum appoſui.

Ego Gualterius de Zazijs vtriuſque iuris doctor ita dico, & conſulo de iure ſute. & in teſtimonium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi, & Corniolam meam appoſui.

Et etiam ita dico, & conſulo ego Io. de Caſteliono legũ doctor, & in teſtimonium præmiſſorum ſigillum meum appoſui, & manu propria ſubſcripſi.

AD IDEM.

Caſus, ſuper quo conſilium requiritur, ſequitur in terminis infraſcriptis. Quidã dñs Gulielmus de ſancto Nazario de Cigugnola fuit in rerum natura, ex quo orti ſunt, & peruenerunt in lucem quidam dñs Simon, & Zanonus de ſancto Nazario de Cigugnola eius filij legitimi, & naturales. Demum viuente dicto dño Gulielmo deceſſit dictus dñs Zanonus eius filius relicto quodam Zanoniano filio eius legitimo, & naturali. Subſequenter deceſſit dictus dñs Gulielmus condito teſtamento, in quo ſibi hæredes vniuerſales inſtituit ſupraſcriptos dñm Simonẽ eius filium, & Zanonianum eius abnepoticum, & filium dicti dñi Zanoni eius filij præmortui, & ipſis decedentibus ſine liberis maſculis legitimis ipſos in inuicem ſubſtituit, voluitque, iuſſit, ac præcepit dictus teſtator in ipſo teſtamento, q ipſi hæredes ſui vniuerſales non poſſint, neque valeant aliquo modo, caſu, vel ingenio vllo tempore vendere, donare alienare, nec quouis alio modo in alium transferre partes eidẽ teſtatori ſpectantes in Caſtro, villa, loco, & terris, & proprietatibus Caneuini, nec honores, ſeu iuriſdictiones ipſius Caſtri Caneuini alicui perſonæ concedere: & ſi contrafacerent, q ipſa donatio, venditio, alienatio, vel in alium tranſlatio nõ valeat, nec teneat ipſo iure. Et in dicto caſu alienationis, venditionis, donationis, ſeu in aliũ tranſlationis ipſæ partes Caſtri terrarum, & proprietatum, honorum, ac iuriſdictionum peruenerint, & ipſas dedit, & legauit cuidam domino Zanono de Petra, & quibuſdã filijs maſculis cuiuſdam domini Philippini de Petra, & cuidã Antonio, & filijs maſculis ipſius. poſtea defuncto dicto dño Golielmo teſtatore deceſſit dictus dominus Simon eius filius, & hæres pro dimidia ab inteſtato relictis poſt ſe dominis Antonio olim conſorte egregiæ dñæ Franciſchinæ de viuea, & Milano eius filijs legitimis, & naturalibus, ac hæredibus vniuerſalibus. q dñs Antonius, & Milanus poſt mortem patris venerunt ad diuiſionem de certis bonis hæreditarijs patris, de certis alijs. ſ. de fictis Caſtri, & proprietatibus Caneuini, ac de certis fictis annalibus, quæ ſibi annuatim præſtabantur in terra Veronæ: quæ indiuiſa, & in cõione remanſerunt vſque ad tẽpus mortis ipſius dñi Antonij. qui dñs Antonius deceſſit ab vno anno citra condito teſtamento, in quo inter cętera ſibi inſtituit vſufructuariam generalem cunctorum bonorum, & iurium ſuorum dictam dñam Franciſchinam eius conſortem toto tẽ pore vitæ ſuę ipſa honeſte in viduitate viuente. & voluit, & iuſſit, ac eidem poteſtatem cõceſſit, & legauit poſſendi diſponere de bonis ſuis in illa quantita. quę ſibi melius videbitur, tam inter viuos quàm in vltima voluntate pro anima ſua, & defunctorum ſuorum, & inſtituit ſibi hęredes vniuerſales dictos dños Milanum, & eius fratrem, & Zanonianum eius cõſanguineum Germanum. Poſt cuius domini Antonini mortẽ prefecta dña Franciſchina vſufructuaria, & dictus dominus Milanus venerunt ad compromiſſum de iure, & de facto, & de amicabili compoſitione in Reuerẽdum in Chriſto patrẽ, & dominum d. Epiſcopum Vincentium, & dominum Gulielmum de Belengerijs de Baſſignana vtriuſque iuris doctorem. qui inter cętera pronuntiauerunt vſumfructum cunctorum bonorum, & iurium dicti quõdam domini Antonij ad ipſam dominam Franciſchinam ſpectare vigore teſtamẽti ipſius domini Antonij: & pronuntiauerunt ipſam tanquã vſufructuariam

fructuatiam generalem ipſorum bonorum, & iurium fore introducendam, & introductam manutenendam in, & ad tenutam, & corporalem poſſeſſionem omnium bonorum, & iuriũ ipſius quõdam domini Antonij. & ipſam dominam cõdemnauerunt ad ſatisfaciendum, & ſatiſdandũ de vtendo, & fruẽdo arbitrio boni viri: ac condemnauerũt ipſum Milanum ad veniendum ad diuiſionem de omnibus rebus, & iuribus cõmunibus ipſius, & dicti quõdam dñi Antonij, cum curatore dando ipſis bonis, & hæreditati ad hoc, vt ipſa dña ſciat, quibus proprietatibus, & bonis vti frui debeat in ſpecie. reſeruãtes ipſis partibus omnia alia ſua iura. quæ quidẽ ſententia trãſiuit in rem iudi. & ne quid amplius aliquo iuris remedio attentari poſſit, ex quo per ipſam dñam Franciſchinam fuit pręſtita ipſa ſatiſdatio de vtẽdo, & fruẽdo arbitrio boni viri ipſis bonis in hæreditate iuxta formam ipſius ſententiæ, & autoritate prætoria in executione ipſius ſententiæ fuit inducta per ſe, vel eius legitimum procuratorem in tenutam, & corporalem poſſeſſionem ipſorum bonorum, & iurium hæreditariorum ipſius quondam dñi Antonij, & præcipuæ partis eidem quondam dño Antonio ſpectantis in dictis Caſtro, terris, & proprietatibus, ac honoribus Caneuini, & fictorũ Veronæ, & certarum aliarum proprietatum omniũ, & indiuiſarũ ipſius quondam dñi Antonij, & ipſius dñi Milani. Ob quam quidã apprehenſionem poſſeſſionis dictus dñs Milanus ſe oppoſuit ꝯdicens ipſum introitũ, & poſſeſſionis dationẽ non valere, & fore per ipſum dñm Vicarium reuocandã potiſſime quia primo per reſpectũ Caſtri, proprietatũ, fictorum, & iuriũ de Caneuino dicit vſumfructum eidem dominæ Franciſchinę non deberi, maxime obſtante teſtamẽto dicti quondã domini Gulielmi aui ſui, ex quo ꝓhibita eſt ſupra ſcriptis domino Simoni, & Zanoniano eius hæredibus vniuerſalibus omnis alienatio, donatio, venditio, vel in alium tranſlatio partis ſuæ ipſorum Caſtri, proprietatum, fictorum, bonorum, & iuriſdictionũ, ergo ſimiliter dictus vſusfructus, per l. fi. C. de rebus alle. nõ alie. Secundo ipſum introitũ reuocandũ per reſpectum fictorũ Veronę, ſiue de breue, quia aſſerit ipſa fore ſua inſolidũ, potiſſime quia dicit, ꝙ tempore, quo domina Agneſina de Becharia olim eius, & dicti quondã domini Antonij mater trãſiuit ad ſecunda vota cũ domino Coradino de Monte Caluo de Becharia: ipſi dominus Antonius, & Milanus tradiderunt inſolutum ipſi domino Coradino tanquã habẽti ius ceſſum dotis ipſius dominæ Agneſinæ dicta ficta Veronæ, ſiue de breue, quæ tamen inſolutum datio non apparet. Et poſt mortem ipſius quondam domini Coradini aſſerit, ꝙ ipſa ficta fuerunt per hæredes ipſius domini Coradini tradita in ſolutum dictę dominę Agneſinæ, quam aſſerit ex teſtamẽto eidem domino Milano ſubſequenter legaſſe, & ipſum in ipſis fictis inſtituiſſe, vt ex eiuſdem dominę Agne. teſtamento apparet. Pro parte vero dictæ dominę Franciſchinę reſpondetur ipſum introitũ firmum remanere debere, & ipſum non poſſe reuocari, & ipſum dominum Milanum fore compellendum ad veniẽdum ad diuiſionem cum curatore dato ipſius bonis, & hæreditati de partium voluntate iuxta formam dictæ ſententiæ de ipſis Caſtro, fictis, & proprietatibus: non obſtantibus prædictis. & primo quo ad reſpectum inhibitionis factæ in teſtamento ipſius quondam domini Gulielmi reſpondetur, ꝙ illud inſtrm non facit fidem, cum non ſit originale, licẽt autenticum ſumptum ab originali, & non citatis illis, quorum intereſt, ꝙ nullam fidem facit. ar. auten. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. Secundo quia poſito, ꝙ originale foret, ꝙ nihilominus nihil facit ad propoſitum ipſius domini Milani: quia non ſumus in caſu alienationis, ſeu verborum teſtamẽti, quia appellatione alienationis, donationis, ſeu in alium tranſlationis nõ continetur actus vſusfructus, per quem dominium proprietatis non transfertur, cum non dicatur alienatum, quod adhuc in dominio manet alicuius, ar. l. alienatum. ff. de ver. ſig. Tertio poſito, ꝙ eſſẽmus in verbis teſtamenti, adhuc nihil faciũt in fauorem ipſius domini Milani: quia verba teſtamẽti ipſius non amplectuntur, niſi hæredes vniuerſales ipſius quondam domini Gulielmi, ſ. dominos Simonem, & Zanonianũ. de hęredibus autem hæredum nihil diſponũt, vt in caſu noſtro, ergo relinquit diſpoſitioni iuris cõis. Quarto poſito, ꝙ pręducta non obſtarent, ꝙ ſaltem per reſpectum ſuæ legitimæ idem dominus Antonius potuit etiã ipſo teſtamento non obſtante teſtari, & vſumfructum legare ipſi dominæ Franciſchinæ: cum ipſa legitima non potuerit grauari per annum. Ad factum aũt fictorum de Verona, ſiue de breue reſpondetur ſimiliter teſtamẽtum dictæ dominę Agneſinæ, per quod ipſe dominus Milanus aſſerit ipſum inſtitutum per eam non obſtare. primo quia ſuper non ſuis bonis ipſa domina teſtari potuit. ſi ergo non apparet de inſolutum datione facta primo dicto domino Coradino, adhuc ipſa ficta ſunt in dominio dicti quondã domini Simonis, & hæredum ſuorum, ergo ex teſtamẽto nullũ ius ſibi acquiritur. Pręterea nõ potuit ipſa domina ipſum dominum Antonium priuare ſua legitima, ergo &c. Modo quæritur, quid iuris in prædictis. Ego Bal.

CONSILIVM CLII.

1 *De nullitate proceſſuum quorundam.*
2 *Forma commiſſionis eſt ſeruanda.*
3 *Ordo non debet præpoſterari.*
4 *Quot teſtes requirantur ad reprobandum inſtrumentum.*

1 Iſta † cauſa cõſiſtit in duobus. ſ. in proceſſibus, & inſpectione inſtrumentorum. & quia fundamentum fundamentorum iudicij eſt iuriſditio, & præſupponitur, ꝙ dñs
2 Anſelmus non ſeruauit formam † mandati Magnifici noſtri, quia non cõuocatis partibus &c. ſubdelegatio domini Anſelmi fuit nulla ipſo iure, de reſcriptis c. cũ dilecta. de acqu. hęre. l. eum, qui duobus. §. filius. quia tamen non apparet, ꝙ domino Prothaſio conſtiterit, nec allegatum quicquã fuerit per partes de ipſa nullitate, excuſatur dominus Prothaſius, quia error habuit cauſam a litigatoribus, & eſt error iuſtus quo ad dominum Prothaſium, quia eſt error facti, & in facto alieno, vt l. vltima. pro ſuo. & quod no. de lega. 1. l. ſi res obligata. cũ ſi. Modo veniamus ad reliquum proceſſum, & ad inſtrumen
3 ta. & eſt verum, † ꝙ pendente lite ſuper articulo pręiudiciali, & obſtatiuo coram d. Epiſcopo non debuit ordo præpoſterari, nec priuſquam eſſet liquidatum de cauſa pronũtiari. ff. de excuſa. tu. l. dicimus. tamen ſi pœna imminebat ex reſcripto domini, potuit pronuntiari ſub conditione, vt no. Iac. Bu. C. de ſen. & interlo. om. iud. l. cum iudex. & ob hoc poteſt excuſari dominus Prothaſius, & alius etiam, qui iudicauit, quia neceſſitas non habet legẽ. ſed poſito, ꝙ potuerit pronuntiare, nunc quæritur, ſi iuſte pronuntiauit. certum eſt enim, ꝙ Philippina habet ſuum inſtrumentum poſitum pro cõſtanti. cui obijcitur ſolummodo, ꝙ non eſt dotale, quia nõ eſt matrimonium. Sancte deus. licẽt non eſſet matrimonium, nõne debet habere debitum ſuum? Nõne hypothecam habet expreſſam? ad hęc de condi. ob cauſam. l. 1. de priuile. credi. l. 2. ff. ſolu. mat. l. ſi cum dotem. §. fina. ff. depoſiti. l. Lucius. de condit. ſine cauſa. l. auunculo. Item quomodo pendente lite nõ potuit infringi ius dotis: & ſi dicatur, ꝙ illud fuit propter anteriorẽ hypothecam. Nonne multi teſtes probant ipſum debitũ fuiſſe ſimulatum, factum in fraudem futurorum creditorum, ꝙ non valet? vt no. C. de dona. ante nup. aut. ſed iam neceſſe. reſpon. non poteſt iudex culpari, ſed excuſari, & ſentẽtia ſua iuſtificari. pręſupponamus ſimulationem nõ eſſe probatam. & in hoc finaliter ſtat iſta quęſtio reducendo eã ad cauſam cauſę. & iam ſopitum eſt, ꝙ ex teſtibus ſingularibus non probatur ſimulatio. Modo reſtat de illis duobus conteſtibus conſiderare. Allegatur mihi ſtatutum, ꝙ liberatio ab inſtrumẽtali debito non poteſt probari, niſi per quinque teſtes. Item conſidera, ꝙ illi duo teſtes ſecundum punctum mihi formatũ nihil dicunt de ſimulatione, ſed dicunt, ꝙ dominus Philippus dixit, profiteor te non teneri. quę verba ſapiunt liberationẽ, & pactum de non petendo. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. quod ſi eſt ita, dominus Prothaſius rectiſſime iudicauit conſidera
4 to ſtatuto Mediolani. † Item quia ad reprobandum tenorem inſtrumenti requiruntur teſtes omni exceptione maiores. C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimã. in fi. & teſtes Philippinæ non videntur tanti, & tales in tanta cauſa, & pręcipuę poſt dicta teſtificata: tamen audio, ꝙ Mediolani in hoc ſeruatur glo. Accurſij in l. per hanc. C. de tempo. appel. & quia iudex

Iudex debet videre, quanta ſit fides teſtibus adhibenda, non videtur mihi, ꝙ de iure dictum inſtrumentum 1000. flor. ſit enernatum de rigore iuris. licèt in cõſcientia mea credam, ꝙ fuerit ſimulatum ex tot indicijs. Finaliter omnes iſti proceſſus ſunt nulli, & non debet fieri executio. tamen non ſunt nulli vino domini Prothaſij. Et ideo debet abſolui a contentis in pentione. Ego Baldus.

CONSILIUM CLIII.

1 *Statutum prohibens laudum dici iniquum, vel reduci ad arbitrium boni viri, intelligitur, niſi interueniat dolus arbitri.*
2 *Actio ad ſupplementum habet inſtar querelæ.*
3 *Vbi enormitas, ibi præſumitur dolus.*

1 Statutum, † quod prohibet laudũ dici iniquũ, vel reduci ad arbitriũ boni viri, intelligitur ſecundũ omnes doc. niſi dolus arbitri interueniat, ſed hic dolus interueniſſe pręſumitur: quia ɔ formam ſtatuti ſententiam talit nulla cauſę cognitione adhibita. Item ɔ formam 2 teſtĩ. Nam † actio ſupplementũ habet inſtar querelę officioſi, in qua ſi feratur ſententia contra teſtamentũ nullis factis probationibus, talis ſententia non eſt ſeruanda. ff. de inoffi. teſta. l. ſi pars. Itẽ ꝙ iudex, qui nullas recipit probationes, ſit in do3 lo, patet. ff. de eden. l. argentarijs. §. cum autem. † Item ꝙ vbi enormitas, ibi præſumatur dolus, ponit Car. expreſſe in l. fi. ff. de pręto. ſtipu. vnde talis ſententia ad arbitriũ boni viri emẽdanda eſt. ff. ad treb. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. & not. ff. de ver. ſig. l. ſi qua pęna. & C. de dotis promiſ. l. cum ea. & qd ibi per Cy. de hoc plene dixi C. de arb. l. pe. Ego Bald.

CONSILIUM CLIIII.

1 *Quidam emerunt in eorum, vel alterius eorum vita quẽdam redditũ a quadam vniuerſitate pro 300. flo. ita quòd illa vniuerſitas ſolueret in vita eorum 30. floren. auri. & emptores tantum vixerunt, quòd perceperunt ſexcentos, an cõtractus præſumatur vſurarius.*
2 *Annui redditus an poſſint emi cum bona conſcientia.*
3 *Attendimus principium, ſi bona ſit intentio.*

Inſtrumentum ſic dicit, ꝙ quidam emerũt in eorum, vel alterius eorũ vita pro 300. flo. talẽ redditum a quadã vniuerſitate, videlicet ꝙ illa vniuerſitas in vita eorum ſolueret 30. flo. auri. Item præſupponitur, quòd tantum perceperunt ſexcentos. Modo 1 † iſta vniuerſitas dicit contractum iſtum fuiſſe vſurarium, & ꝙ re vera intendebant contractum iſtum facere, & feciſſe in fraudem vſurarum. quæritur iſtis præſuppoſitis, an iſte con2 tractus debeat pręſumi factus in fraudem vſurarum. † & videtur, quòd non, quia annui redditus poſſunt emi cum bona conſcientia. C. de ſac. ſan eccle. l. iubemus. Itẽ iſte contractus non eſt vſurarius ex forma, nec debet cẽſeri vſurarius ex intentione; nam quid ſi emptor non vixiſſet, niſi vna die. & ſic iſte contractus ſimilis videtur ementi fortunam. i. iactum 3 retis. ff. de acti. empt. l. ſi iactum. † Item ſi bona fuit intentio a principio, non accipimus euentum, ſed principium. ff. de ne. ge. l. ſed an vltro. §. ſi. Item conſideratur periculum. C. de inoſſic. teſt. l. ſi pater. Item mens eſt certa, niſi ſoli deo, extra de vſuris. capitu. in ciuitate. & no. ff. de pac. l. iuregentium. §. pactorum. Item ad hoc. C. de vſuris. l. ſi ex. ff. de nautico fęnore. l. periculi. ff. pro ſocio. l. ſi non fuerit. §. 1. Item iſte contractus non poteſt dici mutuum, quia mutuum eſt reddibilis datio, ſed hic capitale non debet reddi, ergo magis eſt precium rei, vbi nõ diſtinguitur, an ſit ſolitus fęnerari, vel ne. C. de vſuris. l. cum allegas. In cõtrarium videtur, nam ſi hoc eſſet verum, omnibus fęneratoribus aperta eſſet via ad fraudes committendas: quia emerẽt iſtos redditus ſingulariter, & maxima lucra inde perciperẽt valde, vltra quam ſi conuerterent pecuniam in emptiones prædiorum, & ex exceſſu præſumitur fraus. ff. de tranſac. l. cum hi. §. modus. Item qualitas perſonæ augmentum eſt doli, ea. l. §. in perſona. Item certus erat iuris pręſumptione de lucro ſuperlucrando, & de pecunia pro pecunia ſuperlucranda, vnde cõtractus iſte ſimilis eſt fęnori, vt extra de vſuris. c. in ciuitate. & c. nauiganti. Item ꝙ iſte contractus intelligatur excedere ab ipſo principio ſummam trecentorum, immo hodie etiam quingentorum aureorum, vt expreſſe. C. de do. l. ſanci. §. ſi. Solutio, ex qualitate perſonarum fama ætate, & cęteris indicijs pręſumo factum, vel non factũ in fraudem vſurarum. ar. de pi. c. illo vos. & de emptione, & vẽ. c. ad noſtram. Concluſio eſt, ꝙ iſte ɔtus non eſt prohibitus ex forma, ſed ex intentione poſſet eſſe illicitus, dum tñ non leuibus argumentis conſtaret de prauitate intentionis, quia in dubio ſtatur conſenſui. ar. autem eſſent hęc, videlicet ꝙ eſſet ſolitus fęnerari, vel in fraudem vſurarum inſtrumenta conficere, vt in re. ſemel malus. & l. nõ omnes. §. a Barbaris. de re militari. ꝙ erant iuuenes legis, & hominum, & pſumptione multo vltra viſuri. ff. de tranſ. l. cũ hi. §. modus. ff. ad l. fal. l. hęreditatũ. ꝙ ſi res eſſet ſubhaſtata, longe vltra fuiſſet vendita, nã quantitas pcij ar. eſt doli. C. mandati. l. p diuerſas. Itẽ ꝙ huiuſmodi ɔtus non frequẽtabatur, ſed erat potius inſolitus in regione, vt no. ff. de cond. inſt. l. 3. Item ꝙ eſt talis redditus in quantitate pro parte venditio. pro parte dona. C. mand. l. ab anaſtaſio. Item cum iſta clauſula non poſſet vẽdere ſubditis. vt ff. de pa. l. contra iuris ciuilis regulas. §. filios. ff. quod vi, aut clã. l. prohibere. §. plane. omnia iſta, & ſimilia requirunt diſceptationem prætoris. argu. ff. de tranſac. l. cum hi. §. prętor. veritas. n. quæ non poteſt ad vnguem percipi, ſubtilitati iudicis diſcutienda committitur: qui non in vno argumento debet iudicare, ſed in multis. C. de quæſtionibus. l. milites. §. oportet. C. de proba. l. iubemus. ff. de edendo. l. ſi quis ex argentarijs. §. 2. & quod not. ff. de excuſa. tuto. l. 2. §. ętas. ff ad ſilleia. l. excipiuntur. Ego Baldus.

CONSILIUM CLV.

1 *Compenſatio an, & quando poteſt opponi, ſeu fieri.*

1 Loquacitate omiſſa, q̃ eſt parũ vtilis, & multũ tedioſa, † dico, ꝙ d. Zanonus dictos 100. flo. ſoluere non tenetur: habuit. n. ius compẽſandi, cum debitũ ſibi liquidum ſit, prout patet ex ſcripturis. C. de cõpen. l. ſi. inſt. de ac. §. bonæ fidei. Sciendũ eſt. n. ꝙ licèt in vltimo inſtrũ contineatur iſtud debitum non eſſe ſolutum, nec ſatisfactum, tñ Zanonus nõ dicit ɔtrium, ſed dicit, ꝙ nũc vult ſatisfacere compẽſando, vt ff. qui po. in pi. ha. l. ſi debitor. ſed antequam compenſatio opponatur, non dicitur ſatisfactum, & ſic verum eſt inſtrumentum. tamen ei moderna compenſatio obſtat per dictam. l. ſi debitor. vbi eſt expreſſum. Itẽ quia cauſa vltimi inſtrumẽti ſi hoc modo nõ ſoluatur. ex ipſis ſcripturis funditus erronea deprehenditur, vt no. Bart. ff. de confeſſ. l. non fatetur. in fine. Ego Baldus.

CONSILIUM CLVI.

1 *An clauſula codicillaris operetur in caſu, quo teſtamentum rumpatur natiuitate poſthumi.*
2 *Stante ſtatuto, quòd extantibus agnatis mater non ſuccedat filio, an hoc caſu hæreditas non adita per filium tranſmittatur ad matrem ex priuilegio matris, de quo in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab.*
3 *Mater an præferatur fratri vtrinque coniuncto.*

1 Clauſula † codicillaris appoſita per hæc verba, ſi nõ valet, vel non valeret iure teſtĩ, valeat iure codicillorũ. vtrum operetur i caſu, quo teſtm̃ reperitur natiuitate poſthumi. dicunt doc. ꝙ ſic, p l. generaliter. §. teſtã. ff. de fideic. lib. alij dicũt ɔtrium, & hęc eſt opinio gl. in auth. ex cauſa. C. de li. pręte. & Gui. de Cu. in l. ſi quis agere. C. de codicillis. & probatur tali ratione, & exemplo, pone, teſtator inſtituit vnicum filium, qui erat natus, & de poſthumo non cogitãs appoſuit clauſulam codicillarem. natus eſt poſthumus, nam ſi dicta clauſula operaretur, cogeretur poſthumus nato reſtituere dimidiã partis ſuæ. c. Raynu. & c. Raynal. de teſtis. vel duas partes partis ſuæ: quia non videtur ſub conditione grauatus, quia cum ſtatim naſcatur, eſt grauatus: ſed intelligit grauatus purè, vt ff. de lib. & poſthomis. & ſic tanq̃ grauatus purè non habebit niſi ſolã legitimã, & filius iã natus habebit totius hæreditatis reſiduum. quod eſt valde inhumanum, &

contra præſumptam mentem teſtatoris, ar. C. de inoſ. teſt. l. 3. quod ergo dr, ꝙ operatur, intelligendum eſt ſine iniuria præteriti, vt ff. de iure codi. l. is, qui. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cum æſtimaret. vnde institutus bene tenetur ad legata ab eo relicta, licèt teſtm̃ ſit ruptũ agnatione poſthumi: ſed ipſe poſthumus non tenetur, quia de eo grauando teſtator non cogitauit, nec cogitare debuit, vt C. de fideiu. l. pe. & facit quod no. C. ad treb. l. non iuſtam. Bar. dicit, ꝙ aut teſtator cogitauit de poſthumo, vt quia in aliqua parte teſtũ fecit mentionem de ipſo, aut non cogitauit primo caſu, aut grauauit poſthumũ verbis ſpecialibus, & non potuit, cum eſſet præteritus, vt ff. de le. 2. l. ex filio. aut verbis generalib. & in rem ſcriptis, & tunc potuit grauare tanquam quemlibet ſucceſſorem inteſtati, vt l. 2. ff. de iure codi. ſi vero non cogitauit de poſthumo, non intelligitur eum grauaſſe, vt d. l. is, qui. quia non eſt veriſimile, ꝙ grauaſſet eum de reſtituenda hæreditate, ſi ſciuiſſet eum naſciturũ, vt ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. ſecus forte eſſet in ſingulari relicto a filio nato nõ nominatim, ſed verbis ſimplicib. Nam æque relicturus erat cuicunque filio, cum nõ ſit maior, ſed minor affectio ad naſciturum, quàm ad natum. vnde ſi teſtator cogitaſſet, erat eodem modo relicturus. & ad hanc rõnem facit, quod no. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. Conſideratis igitur prædictis, quia interpretatio dictæ clauſulæ debet fieri iuxta præſumptam voluntatem teſtatoris, nec eſt veriſimile, ꝙ voluerit ipſos filios eſſe diſpares in ſuccedendo. cum ergo inter liberos par cauſa eſſet debeat, vt l. cum pater. §. euic. de leg. 2. putarem dictam clauſulam codicillarem nihil operari, nec intelligi fratrem poſthumum damnatum iam nato portionem ſuam reſtituere, vt abſurditas euitetur, & naturalis charitas ſeruetur, quæ maxime valet circa interpretationem teſtatoris. & quod in diuerſis locis ſcripſi, ꝙ dicta clauſula operatur in præteritione poſthumi, intelligo quãtum ab relicta ab inſtituto, non ꝙ intelligatur poſthumus grauatus, niſi eſſent relicta poſt mortem filiorum, vt puta quia teſtator ita diceret, ꝙ vult totã ſuã hæreditatẽ reſtitui, ſi cõtingat quẽlibet ex ſe naſciturum mori ſine liberis. nã tunc voluntas teſtatoris ſine iniuria filiorũ ſeruari põt, vt ff. de le. 3. l. Paulo Calimacho. §. 1. Super hoc vos cogitetis, quia oportet conſulere

2 id, quod verum eſt. † Modo venio ad alium paſſum, ſi ſtatutũ excludit matrem a ſucceſſione filij pp agnatos, vtrum hæreditas non adita trãſmittatur ad matrem ex priuilegio matris. i. ex quadam ſingulari prærogatiua ſumpta ex mẽte illius ti. de his, qui ante apertas tabulas. vel ex l. apud hoſtes. cũ ſua gl. & præſuppoſito, ꝙ opinio gl. ſeruetur de conſuetudine: tñ mihi dicendum vr̃, ꝙ aut ſupponimus, ꝙ illa cõſuetudo ſit ius cõe, & nõ vr̃, ꝙ mater ſuccedat, quia cum mater habeat venire ex tranſmiſſione, & per conſequens vt hæres, vt no. C. vnde liberi. l. qui ſe patris. ſi eſt excluſa ex hæreditate, impòſſibile eſt, ꝙ ſuccedat tanq̃ hæres, ſi aũt præſupponimus, ꝙ iſta conſuetudo ſit conſuetudo, & ꝙ ſit ꝯ ius cõe inducta in hoc ſingulari caſu fauore matris, ita ꝙ conſuetudo dictat, ꝙ non tranſmittatur ad alium, q̃ ad matrem, iſta eſſet quædam ſucceſſio ſingularis, non vniuerſalis, in qua mater iure ſpeciali pfert̃ cæteris: ſicut nos videmus, ꝙ in quibuſdã bonis præferendi quidã iure cõi cenſentur, vt C. de ſecun. nup. in auth. ex teſtõ. & ĩ duobus fratribus, quorũ vnus eſt vterinus tm̃, alter eſt conſanguineus tm̃ vnde multũ refert, an iſta conſuetudo ſit inducta tãquã obſeruãtia iuris cõis veri, vel putatiui, an in matris priuilegio. & hoc pendet ex probationibus. Conſiderandum ẽt eſt, ꝙ ſtatutum, quod præfert agnatos, intelligitur præferre eo iure, qđ ad agnatos poſſit pertinere: nam excludere matrem pp agnatos eſt ſubſtituere agnatos in loco matris in iure ſubſtitutibili: ſed in eo iure, in quo non pñt ſuccedere matri, nõ debẽt præferri, vt ff. de ꝯ tab. l. ſi poſt mortem. §. liberi. Hic tñ eſt conſiderãdum, quia ſi poſſunt præferri p ius accreſcendi, poſſunt obſtare matri, ſicut dicimus alibi, ꝙ qui non admittitur ad partem, facit partem, ſi tñ poſſit admitti per ius retinendi, vt ff. de leg. 1. l. plane. la prima. §. ſi duobus. & ff. de leg. 2. l. codicillis. in princi. probatur, quia non debet fortius ius habere mater in quærendis a filio, quam iam quæſitis; cum ergo non ſuccedat mater in quæſitis, multo minus ſuccedit in quærendis. præterea regula iuris eſt, quòd Paganus duas hæreditates habere non poteſt, vnde non poteſt dici, quòd mater ſuccedat in vna hæreditate delata filio, & in alijs bonis ſuccedant agnati, quia eſſet dicere, quòd Paganus decederet cum duabus diuerſis hæreditatibus, quòd eſt impoſſibile, vt plene no. in l. 1. C. de teſtamento milit. Sed hic conſidera, quia in caſu noſtro infans non habebat aliud in bonis, niſi ius immiſcendi ſe hæreditati paternæ, & ſic ſolum poterat habere hæreditatem, cũ aliud non haberet in bonis. vnde dicta regula non videtur obſtare, quia hoc dato nulla ſequitur inconuenientia, quòd mater ſuccedat, eo ꝙ nullus alius ſuccedere poteſt. Sed ex hoc ſequi videtur quidam error, etiam circunſcripto ſtatuto fauorabili pro agnatis, quòd mater ſuccedit, & non frater. quod re

3 probat glo. in l. qui duos. in princi. ff. de reb. dub. † Sed illa gl. loquitur in fratre vtrinque coniuncto, non in fratre conſanguineo tantum. nam de iure communi mater præfertur ei, vt in auth. defuncto. C. ad Tertul. vnde videtis, quòd propter cõſiderationes pro, & contra quæſtio iſta eſt multum difficilis. additur vnum aliud dubium, quia præſuppoſita conſuetudine, etiam ſi agnatus haberet totam hæreditatem impuberis, tamen deberet fieri ſeparatio bonorum, & mater debet conſequi ſaltem per reſtitutionem ſibi fiendam. ſ. id, quod ei defert conſuetudo. ſed illud non eſt bene dictum, quia conſuetudo non dat dationem, ſed defert ſucceſſionem, ergo non credo, quòd de iſta conſuetudine ſit faciendum aliquod fundamentum ſecundum ea, quæ mihi proponuntur in facto nunc danoto, & ſecundum diuerſos caſus oportet reſpõdere diuerſa. intrincate ſcripſi motiua, ſed vos videatis, & ordinetis, prout placet. Secundum ea, quæ proponuntur, puto matrem ad ius dicendum nullum, & per conſequens ſuccedendi non admitti niſi eo modo, & forma, prout ſtatutum diſponit. ſalua conſuetudine ſuper hac materia ſpeciali, ſi qua probarentur tũc, quæ eſſent de forma probationis ipſius conſuetudinis, inſpiciendæ eſſent. & prædicta probantur quo ad primum: quia ſuccedere ex perſona alterius præſupponit tranſmiſſionem, vt l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. quo ad ſecundum probatur per ea, quæ no. in l. de quibus. de legibus. & ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio. V. I. D. ſalua fide &c. & ideo me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui. prædicta dicta de ſtatuto dico, & ſi quod ſtatutum eſt, quod ſuper hoc diſponat.

CONSILIVM CLVII.

1 *Quid importet conceſſio alicuius rei facta ad fictum, & emphyteoſim.*

2 *Emphy. infra quantum tempus poſſit moram purgare, & quomodo intelligantur verba celeriter.*

Adde conſi. incipien. emphyteota eccleſiæ in 6. parte.

1 Viſis verbis inſtri, † quæ dicunt, ad fictum, & emphyteoſim. conſtat, ꝙ directum dñium non fuit trãſlatum. ff. de ꝯhen. empt. l. cum manu ſata. §. nemo. Et ſic ꝯctus fuit emphyteoticus, unde ſeruanda eſt natura contractus. ſed ſi directum dominium eſſet conceſſum in cenſu, tunc res nõ incideret in commiſſum, vt no. ff. de neg. ge. l. debitor. per Guliel. de Cu. & ita intelligatur, quod no. In. in c. conſtitutus. de religioſis domibus. Ex his concluditur, ꝙ dicta res incidit in commiſſum, ſi ceſſatum eſt in ſolutione canonis eccleſiæ per biennium, & non ſit celeri ſatisfactione prouiſum, vt in capi.

2 potuit. de locato. † Oportet autem per verbum celeriter ante duos menſes purgare moram. ff. de iure fiſci. l. ao ſcriut. §. qui compenſationem. vel ſecundum aliam opinionem infra tempus, quod datur, iudicat. alij dicunt infra triduum. C. de iu. l. pe. Sed quia in caſu noſtro dicitur elapſum quadriẽnium, & vltra, non eſt dubitandum, ꝙ inſpecto tempore euanuit tempus purgationis moræ. &c. Ego Bal.

CONSILIVM CLVIII.

1 *Si reperitur vna chartula non conglutinata cum alijs in libris, vel protocollis vnius notarij, ſed per ſe, an ſit ei fides adhibenda.*

2 *Duo teſtes an ſufficiant ad probandum, ꝙ notarius ſcripſit.*

3 *In dubio præſumitur tabellio rogatus.*

Si

1 Si inuenitur † vna chartula nõ conglutinata cũ alijs in codicibus, vel protocollis, ſed per ſe, an ei fides debeat adhiberi. dicendum eſt, ꝙ ex quo dictæ chartulæ imponitur fides per teſtes, ſtandum eſt chartulæ, vt C. de fi. inſtr. l. fi. Nam viuæ vocis teſtimonium omnem præſumptionem, & maculam remouet. ad hoc facit Auth. de inſtru. can. & fide. §. ſi vero tale. & § oportet. Signum aũt notarij ponere in prin. vel in fi. voluntariũ eſt, dummodo ponatur. inſti. de pub. iu. §. item lex. hoc tñ ſeruat tabellio, q eandẽ ſeruat formam, & ſignum, quod pp comparationem literarũ inuentum eſt, vt no. in d. §. oportet. & iſta fides bene poteſt imponi per duos teſtes ex deſcriptis i inſtro. Item manu propria teſtatoris credibilis eſt, & tabellio potuit ei ſe ſubſcribere, vt
2 patet. C. de teſta. l. iubemus. † Et ꝙ duos teſtes ſufficiãt ad probandum, ꝙ notarius rogatus ſcripſit, probatur ex eo, quia de ſcriptura deponunt teſtes. ſ. ꝙ ſcripſerit. facit qd no. in l. 2. C. de bo. poſ. ſecundum tab. dubitabatur. n. hic ſolũ de ſcriptura, quia cętera ſunt ſolennia, & ſunt oĩa ſubſtantialia publicæ ſcripturæ. ſecus ſi in libro notarij nõ reperiretur ſchedula ſine aliqua ſubſcriptione notarij, vt no. ff. de le. 3. l. fideic. §. j. & ſi eſſet manu teſtatoris. de teſtis. l. ſi is, qui. quia deficit in figura publicæ ſolennitatis, & pfectionis, de edicto diui adri. tol. l. edicto. Etiã inter liberos ſola manus teſtatoris alia fide non impoſita non ſufficeret, licèt gl. innuat ꝯtrium in Auth. de teſtis imperfec. §. fi. Et ex his concluditur, ꝙ ſecundum ea, quæ ꝓponunt, dicta ſcriptura debet redigi in publicã formã iudicis mandato. C. de teſt. l. publica. de fi. inſtr. c. cum p. tabellio.
3 † Et in dubio præſumitur rogatus tabellio, vt no. in Auth. de tabel. §. non autem. licèt alij dicant contra, & male. Ego Bald.

CONSILIVM CLIX.

1 *An, & qualiter ſit procedendum ſuper petitione, qua quis petit ſe debere iterum ſcribi in ſocietate, de qua fuit indebite cancellatus, & de alijs quibuſdam.*

2 *Si per ſtatutum ſit remiſſa libelli oblatio, & litis conteſtatio, tamen debet interuenire petitio.*

3 *Dictio, exinde. quid importet.*

4 *Proœmium declarat eccleſiam generalem.*

1 Eleganter, † & copioſe allegatum eſt. narrat aũt Iaco. But. ꝙ quidam Florentinus erat cancellatus de ſocietate ſua, & petebat ſe iterum ſcribi, & fecit citari eos, qui eum fecerant cancellari, illi, non cõparebãt, actor non potuit mitti in poſſeſſionem bonorum citatorum, quia non pręcedebat debitũ. dicit, ꝙ põt ad diffinitiuam procedi, & ita conſuluiſſe ſe refert. C. quõ, & qñ iudex. autẽ. qui ſemel. in ſua lectura. apparet ergo, ꝙ hęc res requirit diffinitiuę ſniæ prolationem. & ſi aduerſarius comparet, ẽt exigit litis conteſt. ſi autem non comparet, hr̃ lis pro quaſi conteſtata: &
1 In cauſa præſenti conſideranda ſunt tria.†primo cõſiderandum eſt ſtatutum, quod dictat, ꝙ poſtquàm facta fuerunt præcepta arbitraria, & arbitramenta inter aſcendentem, & deſcendentem, vel agnatos, vel cognatos, vel affines affinitate pręſenti, vel pterita, vel vicinos euſdẽ parochiæ vlterius nõ poſſint dici iniqua: nec poſſit vel ab eis appellari, querelari, nec ſupplicari, ſed debeant executioni mandari omnibus iuris remedijs. Et ſuper hoc ſtatuto conſultum fuit, quòd ſi arbiter, vel arbitrator per dolum, vel per gratioſam ſententiam intolerabilem aliquid diſpoſuit, quòd poteſt peti reductio ad arbitriũ boni viri, videlicet, ab eo tanto, in quanto reperitur dolus: quia in nulla latitudine poteſtatis dolus includitur: vt ff. de man. l. creditor. §. Luc. quod maximè ex eo apparet, ꝙ in omni compromiſſo ponũtur hęc verba, tanquàm in bonum virum, vel æquipollentia verba, vnde a contrario ſenſu tacitè vr̃ actum, ꝙ ſi dolo machinatione, vel gratia intolerabili fert laudum, ꝙ poſſit reductio peti, vt ff. pro ſocio. l. vnde ſi neruæ. & ff. de oper. lib. l. ſi libertus. ita quòd igitur ex tacito pacto partium venit, vt ff. de appel. l. ex conſenſu. ſtatutum non reſiſtit. vt ff. de re iud. l. ſi conuenerit. & ad hoc facit. ff. de manumiſ. teſta. l. ſi quis locuples. & extra de in rein. c. quintauallis. & dicit Bar. quòd quando eſt immoderata quantitas damni, nec liquido apparet aliqua cauſa, quòd præſumitur dolus, vt ipſe no. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & ff. de pręto. ſtipu. l. ſi. Idque manifeſtum eſt naturali ratione. Nam qui compromittunt, non ideo compromittunt, vt ſuum iactent, vel effundant: ſed magis intentio eorum eſt, vt vincant, vt ff. ad leg. falc. l. in ratione. §. cum quidam. ſi quis enim haberet intentionem ſuum iactãdi, hoc ſine arbitro faceret, vt ff. de condi. & dem. l. Męuius. & ſtatuta licèt indiſtinctè loquantur, tamen ad intentionem contrahentium referenda ſunt, arg. ff. de vſu. l. ſi ſtipulatus. Et dictũ conſilium fuit verum, iuridicum, & ſanctum, nec eſt putandum aliud fuiſſe de mente conſulentis: quia per leges, quæ dolum puniunt, non debet via doloſitatibus aperiri, vt C. de in dicta viduit. toll. l. 2. & C. vnde vi. l. meminerint. Accedit ad prædicta, quia etiam ſi non appellarur in integ. reſtit. peti poteſt ex illo capite, quia iuſta cauſa vr̃. vt elegãter no. ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. cum prętor. & eſt lex expreſſa, ꝙ vbi dolus eſt in arbitro perpetuo, competit exce. do. vt C. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. Modo conſultor, qui eſt adhibitus ſuper hoc paſſu, qui in iure conſiſtit, pronunciauit prædictum laudum doloſum, & iniquum: ex his videlicet, quę apparent ex actis, videlicet, ex teſtamento paterno, ex forma ſtatuti conſultor conſuluit non eſſe reducendum ad arbitrium boni viri, & iudex ita pronunciauit, & ſic pronunciauit ſuper articulo facti, & non ſuper articulo iuris. & iſta eſt prima pronunciatio: quia ſuper iſto articulo iuris nunquam fuit pronunciatum, niſi ſemel. Et modo ab iſta pronunciatione querelatur. Sed contra hanc querelam obijcitur de alio ſtatuto, quo cauetur, quòd in omnibus præceptis, arbitrijs, & arbitramentis, quæ dicta fuerint iniqua, vel iniuſta, infra tempus comprehenſum in ſtatuto communis, & ſuper quibus pronunciatum fuerit pro ipſis præceptis, ſeu arbitrijs, vel arbitrio præſumatur, & vlterius nõ poſſit dici iniqua, nec poſſit ab eis appellari, querelari, nec ſupplicari: ſed debeãt executioni mandari omnibus iuris remedijs. ergo ceſſat querelatio: quia ſtatuta poſſunt appellationem remouere, & omne genus querelę, vt C. ſi de momen. poſſ. l. 1. Sed ad hoc clarè reſpondetur, quia non eſt verum, quòd ſententia ſit lata ſuper arbitrio, vel arbitramento: ſed eſt lata ſuper mero articulo iuris, videlicet, non eſſe reducendum ad arbitrium boni viri, id eſt, non eſſe reducibile. Nam iſte eſt ſenſus iſtorum verborum. nam ſi alius eſſet ſenſus, videlicet, quòd iniquũ eſſet infirmitas intellectus, vt ff. de vſur. l. placuit. voluit ergo conſultor dicere, quòd per primum ſtatutum impediretur reductio, non autem quòd ex ipſius arbitrij qualitate, & iuſtitia. ideo non debere reduci, quia æquum. vnde apparet, quia ſtatutum, de quo quæritur, non tangit caſum noſtrũ: quia non eſt latum conſilium, & ſententia ex conſilio ſecuta ſuper arbitrio, & pro confirmatione arbitri, ſed ſolum ſuper articulo iuris municipalis. Sed quid. ponamus, quòd omnia iſta ceſſarent, ſequitur tamẽ decretum domini, quo ſic continetur. volumus tamen, quòd per hoc præſens decretum derogetur, & derogatum eſſe intelligatur ſtatu. ciuitatis, & terrarum noſtrarum, tollentibus in totum remedia appellationis, nullitatis, querelationis. ex quo quidem decreto manifeſtè apparet, quòd princeps aperit viam querelantibus ſtatu. municipalibus non obſtantibus, vt extra de iureiu. c. venientes. vnde ſtatuta, quæ dicunt appellationem remotam, non impediunt ad ipſum principem appellare, cui ſubditi legem imponere non poſſunt, vt l. 1. ff. quis, & a quo appellet. & no. C. de iudic. l. apertiſſimè. Illud eſt etiam bene notandum, quòd in primo ſtatuto non loquitur de nullitate, licèt vtatur illo verbo querelari: quia dicere ſententiam nullam, non eſt propriè querela: ſicut apparet in materia teſtatoris. Nam aliud eſt querelã proponere, aliud nullum dicere, vt ff. de his, quib. vt indig. l. poſt legatum. Secundum vero ſtatutum bene loquitur de nullitate. & illud, ſcilicet ſtatutum eſt propriè illud ſtatutũ, de quo loquitur decretum domini. Nam quia magis eſt abſurdũ non poſſe conqueri de nullitate, quàm de iniquitate, vt not. in ca. 1. de ſeque. poſſ. & fructuum. & in c. ut calumnijs. de re iud. in clem. ideo motus eſt dominus ad dictum decretum faciendum, ut ff. de app. l. ſi expreſſum. Ex quibus apertè concluditur querimoniam, de qua queritur, debere admitti, & iudiciũ introduci, & maximè uirtute dicti decreti. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXXVIII.

1 *An, & quando liceat principibus, vel priuatis ædificare, vel non ad æmulationem in terra, vel in aquis, & fluminibus. et infra conſi. 195.*
2 *Tria ſunt genera ædificiorum.*
3 *Quædam ſunt flumina publica, & nauigabilia &c.*
4 *Corruptus aer magis inficit pueros, & innocentes, quàm culpabiles, & nocentes.*
5 *Effuſio ſanguinis aliquando eſt permiſſa.*

1 Dicitur, †quòd opus nouum, quod ad ęmulationem alterius ciuitatis pertineat, & materiam ſeditionis præbeat, nemini facere licèt, vt ff. de operibus publicis. l. opus nouum. & not. C. de fundis limitroſis. l. quicunque caſtrorum. Nam ęmulationes prohibitæ ſunt a iure, vt ff. de iuſti. & iu. l. ut uim. & præſertim illæ, ex quibus ſtrages multorum Innocentium pendent. dicit text. nulli populi ciuitatum alterutri ſeditionem faciant: Sed omnem pacem Dei eſſe ciuitatibus, dum ęquitas ſeruatur hic noſtris ſubiectis, & neque paſſiones alicuius cauſæ ad aliquam partium declinatur, ut in Authen. de mandatis principum. §. deinde conueniens. Conſidero autem, quòd ædificiorum tria ſunt
2 genera.†Nam quædam fiunt ad æmulationem principaliter: quædam ad extructionem, uel habitationem principaliter ſine alio reſpectu. quædam uero fiunt ad defenſionem. Prima ſunt prohibita, ſi cum intentione ædificantis concurrit aptitudo, uel actus nocendi. Secunda uero ſunt permiſſa, & de iure, quis poteſt ædificare in ſuo, ut C. de ſeruitu. & aqua. l. ſi manifeſtæ. & l. altius. Tertium genus ædificiorum ad defenſionem eſt licitum, conſtruendo, & deſtruendo: & hoc ſi fiat in ſuo. ſuum autem uoco, etiam ſuum territorium, ut C. de offi. præfe. & prætor. Africæ. l. 2. in pen. col. in verſ. interea uero ſi quas ciuitates, ſeu caſtella. Secundo ergo ego pręmitto ad euidẽtiam, quòd ſemper ad principalem motiuum intentionis recurrendum eſt. Nam ſi quid eſt, quod poſſit ad cõceſſionem, & æmulationem fieri: quod principalius eſt, debet attendi, ut ff. ſi cert. peta. l. rogaſti. & l. ſi quis nec cauſam.
3 tertio ad euidentiam præmittendum eſt, †quòd fluminum quædam ſunt publica, & nauigabilia, & talia flumina dicuntur regalia, ut in c. 1. quę ſint regalia. colum. 10. & iſta ſunt reſeruata Imperatoribus, & Regibus in ſuis territorijs, nec eſt

ſas

ſas alicui inconſulto principe ad alium alueũ dimittere, vt ff. de flu. l. quominus. quædam vero ſunt publica, & non nauigabilia: & iſtud nihil ad propoſitum. tñ & in iſtis nemo põt ędificare, niſi conſuetudo tribuat ius ædificandi, vt ff. de dã. infe. l. fluminũ. in princ. & ibi no. & ff. ne quid in flu. publ. in rubro, & nigro. vbi tex. dicit, ne quid in flumine publico, ripave eius fiat, quo & aliter aqua fluat, q̃ in priori ætate fluxit. ergo ex prædictis apparet, ꝙ in fluminibus nauigabilibus nihil poteſt fieri, per quod ſolita nauigatio impediatur. quod interdictũ publicè proponitur, vt ff. de no. ope. nun. l. in prouincia. §. fi. cum l. fi. & ff. de interdi. l. 2. §. 1. vnde nec alueus, nec foſſa mutari poteſt, nec exſiccari cum iniuria accolentiũ. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. ſunt qui putant. Imo etiam ſine iniuria, ſi flumen eſt publicum. l. 1. §. hoc interdic. ff. de aqua quo. & ęſti. & ff. vt in flumi. publ. nauig. licèt l. 1. in prin. & prædicta omnia vera ſunt, præſertim cum mutatio aluei
4 haberet aerem corrumpere, vel facere peſtilentem. † Nam corruptus aer magis inficit pueros, & innocentes propter teneritatem ætatis, quàm culpabiles, & nocentes, cum cœlum peſtilens ruinam minatur, propter quod etiam riui corrumpi prohibentur, vt ff. de riuis. l. fi. & l. 1. ff. de cloacis. Et hæc vera ſunt, niſi talia fieri poſſunt cauſa cõis vtilitatis. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. fi. Item ſi fierens cauſa vitandę hoſtilitatis, vel ad repercuſſionẽ hoſtium, quia nihil eſt illaudabile in via defenſionis, vt ff. de iuſti. & iu. l. vt vim. & ff. ad leg. Aquil. l. ſi ex pla
5 gijs. §. tabernarius. † Nam ſi effuſio ſanguinis eſt permiſſa ex cauſa defenſionis, vt plenè legitur, & no. extra de homic. c. ſignificaſti. & bella ſunt permiſſa ab eadem cauſa, vt ff. de iuſtit. & iu. l. ex hoc iure gentium. & 23. q. 1. c. noli ęſtimare. vt c. quis culpatur. & c. militari. & c. ſumma militiæ laus. ergo multo fortius & alia ſunt permiſſa. vt no. Inno. extra de reſti. ſpol. c. olim. & extra de iureiu. c. ſicut. & extra de voto. c. qđ ſuper. iñ quicquid ſit de iure ędificandi, non dubium, ꝙ dñs noſter ex hoc non frangit pacem: quia nihil in alienum immittit. illius dico, cui ſit obligatus ex pacto pacis, cum magnificus noſter nihil promiſerit: vnde nihil de hoc ad dños pertinet, qa non erat eorum adherens: capitula. n. pacis non continet hoc ff. de ver. ob. l. ſi ſtipu. §. griſogonus. & qui non veniunt in capitulis pacis, non gaudent priuilegijs pacis, vt c. 1. §. nomina vero. de pace conſtan. col. 11. Prętereà d. M. eſt ille, qui incepit nouitatẽ faciendo nouũ poteſtatem ęmulatiuo modo: ex quo põt illuſtri dño ſuſpitio imminere, & ideo verſa vice põt ſibi proſpicere. C. de ſicc. l. a. & l. ſi vt allegas. ſic ars deluditur arte. de leg. a. l. cum pater. §. Titio. Et licitum facit ipſa neceſſitas. ff. de man. teſta. l. qui non potuerunt. Et ad dnm pertinet conſulere non ſolũ ſibi, ſed ſubditis ſuis, quia cõnexus eſt ſtatus eorum, vt no. Inn. extra de app. c. dilect. ſicut. n. ſubditi tenentur defendere ſtatum dñi, ita econtra, vt in c. 1. §. fi. de ſot. & fide. & in d. c. domino guerrã faciente. in ti. hic finitur lex. deinde conſuetudines regni incipiunt. 1. diſ. c. ius gentium. & c. ius militare. 24. qõ. 3. §. quid non. & c. fortuito. 2. q. 1. c. noli ęſtimare. & c. militia. & c. apud vos. & c. dominus veſter. & c. notandum. eadem cauſa. 2. q. 2. cum infinitis ſimilibus. Item Magni. noſter habet regalia ab Imperatore, & vicem eius per omnia gerit. arg. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. planè. C. & vbi, & apud quos. l. fi. cum ſi. Amplius ſciendum eſt, ꝙ quidam ęmulãtur, nõ tñ agunt perperam. & de iſtis loquitur lex opus. ff. de operibus publicis. & extra de reſtit. ſpol. c. piſanis. Quidam ęmulantur, nõ tñ agunt perperam: ſed ad terrorem 3 ſe mediantem. & iſte eſt caſus noſter. Nam ignem magnę cogitationis aqua extinguere fas eſt. ff. quod vi, aut clã. l. ſi alius. §. eſt & alia flumina. igitur aut antiquitus ſuerunt, ita ſiunt, & nulla nouitas fiat ex aliqua partium cum aliqua nocẽdi aptitudine, ſicut datũ eſt lombardis in pace conſtantię. vt in c. §. nos Romanorũ. de pace conſtan. col. 11. vbi tex. ſic ait, concedimus vobis ciuitatibus, & perſonis ſocietatum in perpetuũ, vt infra in pontibus, & aquis, & molendinis, ſicut ab antiquo habere conſueuiſtis, & haberis. Aut ſi altera pars non vult acquieſcere antiquitati, ſciat, ꝙ deterior de iure eſt cã ꝓuocãtis, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem ait. Et qđ quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, eodẽ iure vtatur, vt per totum ſcriptum eſt, Omnia quęcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos, eadem facite illis, Matthæi 7. & 1. diſ. c. humanum genus. Præterea Magnificus nondum flumen nauigabile, vel ripam eius murauit, & ſic ſi eamus ad ius ſtrictum, dicere poteſt, ego in meo ędifico. ff. de dam. infec. l. proculus. & ff. de aqua plu. l. 2. §. idem autẽ. facit. C. de niſi aggeribus non rumpendis. l. 1. ff. de extraor. cri. l. ſacularij. §. in ęgypto. & §. ſi quis arbores ſicomorum. Item in pace actum eſt, ꝙ quilibet poſſit in ſuo ędificare. qđ pactum valet inter ſe. ff. communia ꝑdio. l. venditor. in prin. vbi eſt expreſſum. Planè in aquis tria conſideranda ſunt, lex. i. pactum, vel priuilegium, natura loci, & vetuſtas. ff. de aqua plu. l. ſecunda. in princ. Et licitum eſt hoſtem veneno occidere, ſicut docet vegetius de re militia. Dico iure fori; non iure poli. ſed pietas, & naturalis ratio animi non reuocant intentionem. C. qui accuſa. non poſſ. l. propter inſidias. cum moderamine tamen. C. vnde vi. l. 1. Ego Bald. de Peruſio &c.

CONSILIVM CLXXXIX.

1 An confeſſio, vel pactum de non petendo factum per creditorem paternum filio, qui ſe abſtinuit ab hæreditate patris. proſit nepoti poſſidenti aliqua bona auita. & nu. 3.

2 Filius abſtinens ab hæreditate patri nõ tenetur, niſi poſſideat, quia poterit conueniri hypothecaria.

1 Creditor † cum filio, qui ſe abſtinuit ab hæreditate paterna, talem confeſſionem fecit, videlicet, ꝙ confeſſus eſt ſe a dicto filio ſuo nomine, & nomine hæreditatis paternæ nihil habere debere cum cauſa, vel ſine, purè, vel ſub conditione. fuitque cõfeſſus, quòd ſi aliqua inſtrumenta reperiantur contra dictũ patrem, vel filiũ, vel ſub conditione generaliter, vel ſpecialiter per ſe, vel cum alijs, ꝙ illa ſunt ſine cauſa: promiſitq; ipſa inſtrumenta reddere inciſa, & caſſa. mõ quid eſt? filius dicti filij poſſidet quædã bona auita, & ideo conuenitur hypothecaria occaſione cuiuſdã ficti. Quæritur, vtrũ dictum pactum, & confeſſio obſtet dicto agenti, necne ſuppoſito ſtatuto, quod dicit, ꝙ quis poſſit ſti-
2 pulari, & paciſci nomine alterius. † Et præmitto ad euidentiam, ꝙ filius, qui ſe abſtinuit ab hæreditate paterna, nullo iure obligatus ad debita paterna ex ſoluenda eſt. ideo eſt verum dicere, ꝙ ipſe non tenetur, nec ſuo, nec hæreditario nomine: vt C. ſi minor ſe ab hęreditate abſtinuerit. l. 1. & inſti. de hæredum quali. & differen. §. ſed & his permittit prætor. & ff. de vul. & pup. ſubſt. l. filius, qui patri. & plenè not. ff. de acq. hęr. l. neceſſarius. tñ ſi poſſidet aliqua bona paterna, poteſt conueniri hypothecaria, tanq̃ quilibet poſſeſſor, vt ff. de pig. l. ſi fun-
3 dus. §. in venditione. † Secundo præmitto ad euidentiam, ꝙ dicta cõfeſſio facta verſus dictũ filium loquitur per verba copulatiua, videlicet, ꝙ ſi aliquod inſtrm reperiatur, in quo contineatur dictũ patrẽ, & filium dare debere, ꝙ illud inſtrm eſt ſine cauſa. Si vero eſſet aliquod inſtrm, quod loqueretur de ſolo patre tantũ, vel de ſolo filio, de tali inſtro non loquitur confeſſio. vt ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi plures. & ff. de duo. reis. l. reus. §. cũ tabulis. quod igitur in inſtr. non cauetur, nec nos dicere poſſumus, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores. §. pro Aurelio. Conſidero igitur in præſenti puncto in primis. l. ſi tibi decẽ. §. cum poſſeſſor. ff. de pac. ſecundo conſidero naturam actionis realis: quia ſub remiſſione debiti non continetur, qđ vendicari non põt. ſic eſt tex. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. meuia. cũ glo. ſua. Tertio conſidero formã, & naturam verborum copulatiuorum, quæ loquuntur de debito cõi, nõ de debito patris tñ. & ideo ſub vno non continetur reliquum, vt ff. de lega. 3. l. hoc leg. quare nõ videtur mihi, quòd hypothecaria, de qua quæritur, ſit ſublata. Nec obſtant illa verba. per ſe, vel cum alijs: quia illud verbum, per ſe. habet ſignificare patrẽ, & filium. & illa verba, cum alijs. habent ſignificare alios, vnde nõ eſt caſus noſter, vt ff. de leg. 1. l. Titiæ textores. Præterea in dicta ſcriptura apponitur cauſa, quæ non eſt vera: quia quod nec de præterito, nec aliquo tempore cauſa fuit in dictis inſtrumentis appoſita, ſaltem quæ eſſet vera. quod manifeſte cõuincitur ex contrarijs inſtrumentis. Et ideo licèt pactum de non petendo non requirat cãm, tñ ſi exprimitur falſa cauſa, non valet pactum, niſi diceremus, ꝙ eſſet quędam donatio,

que nõ præſumitur. Sed potius præſumitur error, vt ff. de pac. l. ſi cum te. & facit. ff. de conſti. pecu. l. fi. Ego Baldus.

CONSILIVM CXC.

1 *An litera cambij, quæ quotidie fiunt per mercatores, quòd talis ſoluat B. centum pro totidem, quæ recepit ab eo, & ſocij eius probent receptionem veram aduerſus ſcribentem dictã literam, & pro qua parte pro B. & pro qua pro ſocijs.*

2 *Quomodo intelligantur hæc verba, habitorum, et receptorum a Seyo, &c.*

3 *Contra confeſſ. iuris, et de iure admittitur probatio in contrarium pro confeſſione.*

4 *Agens ex mutuo naturali ſi probat de ciuili, non fundat intentionem ſuam.*

Sempronius Manfredi ſcripſit quãdam epiſtolam ad Titium mercatorem in reddito Vene. priuatam propria manu infraſcripti tenoris videlicet. Al nome de Dio Ameo. adì primo de Febraio 1381. pagate per queſta prima littera ad vſanza di voi medeſimo libre 43. de groſſi. ſono per cambio de ducati 440. che queſte che haue riceuuto da Seyo, & ei compagni. alteramente le pagate. Quam ſcripturam Titius noluit acceptare, nec ſoluere aliquid eius prætextu. vnde dictus Seyus contra dictum Sempronium egit in iudicio dicens, quòd dictus Sempronius eſt debitor dicti Sey, & ſociorum in quantitate ducatorum quadringentorum triginta auri habitorum, & receptorum in Bononia a dicto Seyo, & ſocijs: & quos dictus Sempronius legitimę confeſſus fuit ſe recepiſſe a dicto Seyo, & ſocijs, & hoc pro cambio, & ex cauſa cambij 44. librarum groſſorum Venetorum, quas dictus Sempronius conuenit legitimę cum dicto Seyo, & ſocijs ſoluere ipſi Seyo, & ſocijs: aut ſolui facere in Venetijs per Titium mercatorem habitatorẽ Venetiarum. vt maximè conſtat ex quadam ſcriptura, ſeu litera cambij ſcripta manu Sempronij de d. menſe Februarij, dicti anni. & tradita eidem Seyo per dictum Sempronium deſtinanda dicto Titio ad dictam ciuitatem Venetiarum, prout ſuperius in litera regiſtrata continetur. dixit etiam dictus Seyus quòd dimidia pars dictæ pecuniæ pertinet, & ſpectat ad eum vigore, & occaſione dictæ ſcripturæ, & literæ, & etiam ſocietatis. Ideo concludit dictam ſcripturam recognitam a dicto Sempronio executioni mandari contra, & aduerſus dictum Sempronium, petens procedi ſecundum formam ſtatutorũ, & maximè ſtatuti poſiti ſub rubrica de ſcripturis mercatorũ, & campſorum? & virtute cuiuſlibet alterius ſtatuti ad materiam facientis. demum in proceſſo cauſæ dictus Seyus in iudicio confeſſus eſt ſe non perſonaliter ſoluiſſe aliquã quantitatem pecunię dicto Sempronio: ſed credit quendam Iacobum, & Ioannẽ ſoluiſſe tanq̃ ſocium dicti Sey, & pro ipſo Seyo, & nomine ſocietatis: † Et ſecundum q̀ apparet in ſcriptura producta in dicta cauſa. & præſopponitur, q̀ dictus Iac. & Ioan. & Seyus erant ſocij, tamen principale nomen ſocietatis erat ipſius Sei. Item præſupponitur, q̀ dicti Iac. & Io. depoſuerunt in iudicio de non numeratione, tamen vnus eorum bannitus, alius eſt odioſus actoris, & coniectus rei. Ex iſtis ergo quęritur, quid iuris. & omiſſis filaterijs verborum dici poteſt vno verbo, q̀ dictus Sempronius debet abſolui a petitis: & hoc tali ratione, quia in libello fit mentio de dicto Seyo tanquam numerante ibi dum dicit, habitorum, & receptorũ in Bononia a dicto Seyo, & ſocijs. quæ verba hunc habent ſenſum, videlicet, a Seyo pro dimidia, & a ſocijs pro alia dimidia vt ff. de ſtip. ſeruo. l. 4. & ff. de duob. reis. l. reos. §. cum tabulis ff. de re iudi. l. paulus. C. ſi plures vna ſententia. l. 1. vbi eſt conſiderandum, q̀ illo verbo, ſocijs. non comprehenditur Seyus, qui per ſe proprio nomine eſt ſeparatus ab alijs: ſicut ſcribitur, dicite diſcipulis eius, & Petro. Nam licèt omnes eſſent diſcipuli, tamen Petrus eſt per ſe principaliter nominatus. ad hoc. ff. de vulga. ſubſti. l. cohæredi. §. qui diſcretas. & hoc patet, quia ſi Seyus includeretur ſub generali nomine ſociorũ, eſſet bis nominatus. Item cum eſſent tres ſocij, non deberet agere ſolus pro dimidia, ſed pro virili: quia niſi aliud appareat, ſocij præſumuntur eſſe ſocij pro æqualibus partibus, non pro inæqualibus, vt ff. pro ſocio. l. ſi non fuerit. aut quod abſurdum eſt, pro primo haberet dimidiam tanquam per ſe nominatus, ſecundo tertiam tanq̃ nominatus inter cæteros: quod eſt contra naturam ſocietatis, & contra bonam fidem, quia ſocietas non debet eſſe Leonina. Redeo igitur ad propo-

2 ſitum, & dico, † q̀ illa verba, habitorum, & receptorum a Seyo. ſonant, q̀ Seyus numerauerit perſonaliter, & verè. arg. ff. ſi cer. peta. l. ſi. §. fin. Et licèt ex conſuetudine mercatorum vnus ſocius quandoq; ſcribat nomen alterius, tamẽ in libellando, & agẽdo non procedit iſta abuſio, quia a verbis libelli non eſt recedendum, vt C. de fideic. lib. l. fi. & C. de lib. cauſa l. cum precum. Item iſta priuata epiſtola non probat veram numerationẽ, ſed confeſſionẽ, vt no C. de non nu. pe. l. ſi ex cautione. niſi reus confiteatur numerationem, vel ſaltem non diffiteatur, vt ff. ſi cer. pet. l. lecta. & ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. & licèt ex forma ſtatuti non poſſit opponi exceptio non nume. pecu. tamen non ſequitur, ergo fuit numerata. quinimo ſtatutum quicquid dicat per confeſſionem agentis, poteſt

3 probari non numeratio, † quia etiam contra præſumptionem iuris, & de iure probatur contrarium per confeſſionẽ, vt probatur in Auth. de æquali. dotis. §. aliud. Nam per confeſſionẽ apparet de malitia agentis, vnde per officium iudicis debet repelli, vt no. Inn. in c. 1. de offi. vicarij. & in c. conſtitutus. de

4 filijs presbyter. † Item expreſsè determinat Spec. quòd agens ex mutuo naturali probans mutuum ciuile, id eſt confeſſionem, non confundat ſuam intentionem, & ideo reus debet abſolui. ita eleganter not. in Spec. de teſt. §. 1. verſi. Sed pone, egi. Præterea valde conſideranda ſunt illa verba libelli, videlicet, quas d. Sempronius conuenit legitimę cum dicto Seyo, & ſocijs ſoluere ipſi Seyo, & ſocijs. ad cuius intelligentiam præmittendum eſt, quòd quando interuenit numeratio, ſtipulatio, vel confeſſio, actio non oritur ex numeratione, vel confeſſione, ſed ex ſtipulatione, vt ff. de noua. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. 1. l. ſequẽti. & plenè no. ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos. oportet ergo ſtipulationem probari, aliàs ſuccumbit agens, vt l. 1. in prin. ff. de eden. & l. an eadem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. Sed hic fuit intentata ſtipulatio ipſius Sey. & totum contrarium apparet, quia Seyus non fuit præſens, vt l. prima. in princi. ff. de verbo. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Et ideo quia non eſt probata cauſa, nec actio, ſuccumbit agens, vt C. de edendo. l. qui accuſare. & C. de probatio. l. actor quod aſſeuerat. Nam hæc maximè ſunt ſubſtantialia, quæ ſunt probanda, ſicut patet cuilibet iuriſtæ intelligenti. Præterea nemo ſine actione experitur, vt ff. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. videamus. Sed iſte Seyus nullam habet actionẽ directam, nec vtilem, naturalem, vel ceſſam, ergo experiri non poteſt, vt not. in l. 5. ff. pro ſocio. & ff. de actio. & obliga. l. 2. & ff. loc. l. cum in plures. §. meſſem. aliàs ſequeretur, quòd ceſſiones actionum fruſtra eſſent inductæ: quod falſum eſt. Et eſt conſiderandum, quòd iſte non fuit contractus mutui, imo contractus cambij, quia in eodem genere debet fieri ſolutio, vt ff. de ſolu. l. paulus. in quo contractu ſi non ſeruantur promiſſa, agitur ad repetendum conditione ob cauſam, quæ nõ oritur ex ipſa ſcriptura, ſed ex quaſi contractu, in quo ipſa ſcriptura non meretur executionem: quia non agitur ſecundum tenorem ſcripturæ, ſed ex noua cauſa. tunc enim haberet locum petitio executionis ſcripturę, quando ad eam implendam ageretur: quoniã tunc agitur ex cauſa, quæ inerat tempore contractus: ſed conditio ob cauſam non inerat tempore contractus, nec de ea fuit cogitatum per contrahentes. quapropter eſt quoddam extrinſecus veniens, & emergens, in quo tanquam in caſu improuiſo ſcriptura non loquitur. vnde nec ex verbis, nec ex mente ſcriptoris agi poteſt ad exequendum, ſed ex ſola legis prouidentia eſſet ordinariè agendum, vt ff. de condictio. indebi. l. fina. §. fina. Vltimo eſt concludendum, quòd cum ſcriptura duas habeat partes, vnam de Seyo, aliam de ſocijs, videlicet, ſecundum quod verbum ſonat, partem numerauit ſeyus, partem ſocij. Et cum conſtet de non numeratione, dictus agens, qui vnum dixit in libello, & contrarium in reſponſionibus, tanquàm contrarius repellatur, vt l. 1. C. de fur. & l. prima. C. ſi ſeruus extero. Illud etiam non eſt omittendum, quòd ſi dicti teſtes non plenè proba-

probatent, tñ coniuncti cum dicta reſponſione actoris, per
quam apparet, ꝙ ſcriptura quo ad ipſum actorem eſt ſimula-
ta, rei defenſionem iuuant. ſimulatum vero, quanq̃ habeat fi-
guram eſſe, non tamen habet verum, & ſubſtãtificum eſſe, vt
ff. de reg. iur. l. imaginaria. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCI.

1 *Contra diuiſionem an poſſit veniri ex natura ſimplicis diuiſio-
nis, etiam ſi diuiſioni ſit annexa tranſactio generalis.*
2 *Compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis.*
3 *An inter fratres inſtitutos, & inuicem ſubſtitutos per fidei-
commiſſum, ſi deceſſerint ſine liberis, impediatur petitio fi-
deicommiſſi eueniente caſu ſubſtitutionis, ſi ante caſum diui-
ſerunt inter ſe hæreditatem, & compromiſerunt.*

In teſtamento Rolandi de Scarampis fuerũt
factæ quędam inſtitutiones, &
ſubſtitutiones poſt mortẽ eorum, qui ſine liberis decederent.
deceſſit vnus ex inſtitutis viuo teſtatore, deinde deceſſit teſta
tor. orta itaq; quæſtione inter dictos inſtitutos ſuperuiuen-
tes, qualiter illa portio caduca debet diuidi: tandem ventum
eſt ad quoddã cõpromiſſum generale ĩter eos ſub hac forma.
deinde & ſuper omnibus litibus, controuerſijs, quæſtioni-
bus, & cauſis hactenus inter ipſas partes ortis, & q̃ in poſte-
rum oriri poſſent quauis de cauſa, & ſpecialiter occaſione
hæreditatis Rolandi Scarampi, & de omnibus, & ſingulis
dependentibus, emergentibus, & connexis a prædi. demum
arbiter laudauit, & diuiſionem fecit de bonis dicti Rolandi.
& partes dictam diuiſionem ratificauerunt verbo, & facto,
& quilibet poſſedit partem ſibi adiudicatam. Demum deceſ-
ſerunt quidam ex ipſis inſtitutis ſine hæredibus. ſuperſtites
itaque volunt fideicommiſſum petere. obijcitur eis de dicto
compromiſſo, laudo, diuiſione, & ratificatione. Modo quæ-
1 ritur, quid iuris. † Et primo, quòd dictum fideicommiſſum
peti non poſſit, quia contra diuiſionem, licèt poſſit veniri ex
natura ſimplicis diuiſionis, vt ff. de lega. 2. l. cum pater. §. hæ-
reditatem. tamẽ ſecus eſt, ſi diuiſioni ſit annexa tranſactio ge
neralis. ff. de verb. obli. l. qui Romæ. §. duo fratres. ſecundum
intellectum Dy. & ſequacium. & eſt ratio, quia tranſactio ge-
neralis generaliter operari debet, vt plene legitur, & no. ff. de
2 pac. l. tres fratres. & C. de tranſa. l. ſub prætextu. † Sed compro
miſſum arbitratorum eſt quædam ſpecies tranſactionis, vel
ſaltem pactionis, vt in Auth. vt differentes iudi. §. 1. ergo a ge
neralitate verborum non eſt recedendum, vt not. ff. de pact. l.
emptior. §. Lucius. nec mirum, quia verbo generali omnia in-
cluduntur, vt ff. de ver. obl. l. quicquid aſtringendæ. ſecundo
3 reſponſo. & ff. de ſeru. vrb. prædio. l. ſi ſeruus. † In contrarium
eſt veritas, ſi verba compromiſſi diligenter attendantur, & di
ligẽtius verba laudi, & ipſius hæreditatis. Nam redeo ad pri-
mum. ſ. ad verba compromiſſi. Nam cõpromiſſum duas clau
ſulas habet, vnã de quæſtionibus ort. Et de iſta clauſula non
eſt dubium: ſecunda de his, quæ in poſterum oriri poſſunt,
inter ipſos compromittentes non poteſt oriri quæſtio de fidei
commiſſo relicto poſt mortem eorum: quia interim pendet
condi. vt ff. de cond. & dem. l. hæres meus. vnde nec ante mor
tẽ poſſet fieri reſtitutio ex Trebelliano, vt no. C. de fidei. l. poſt
mortem. & ff. ad Treb. l. ſi ante. Porro illud verbum, oriri poſ-
ſent. intelligitur de potentia, quæ in iure conſiſtit, non de po-
tentia iniurioſa. Nam de iniuria futura non videtur eſſe cogi
tatum, nec debuit cogitari, iuxta not. per Cy. C. de accuſa. l. ſi
quis. Iſtud igitur verbum, poſſent. debet ciuiliter intelligi, vt
ff. de ſerui. l. ſi cui. & ff. de ver. obli. l. nepos proculo. Accedit
ad hoc verbum, quamuis occaſione, vel cauſa. Nam iſta ver-
ba denotant aliquid, quod in occaſione, vel cauſa ſit de præ-
terito, vt ff. de condi. & demõ. l. demonſtratio. §. quod autem.
ſed in fideicommiſſo relicto poſt mortem nondum eſt aliqua
cauſa cauſata, nec eſt aliquod principale. Et vbi nullum eſt
principale, non poteſt eſſe dependens, emergens, vel conne-
xum, vt ff. de fundo inſtr. l. ſicut. & hoc tenet Bart. in d. §. duo
fratres. licèt non ita plenè loquatur. Sed ponamus ſine præiu
dicio veritatis, quòd hoc veniret in cõpromiſſo: tamen con-
ſiderandum eſt, quòd non venit in laudo, quia laudum ſtetit
in finibus ſimplicis diuiſionis. & alia cauſa eſt diuidendi, alia
nouiſſima fideicommiſſum petendi, vt ff. de tranſact. l. qui cũ
tutoribus. in prin. & d. §. hæreditatis. Sed certè eſt etiam con-
ſiderandum tertium principale, quia diuiſerunt inter ſe hæ-
reditatem, vnde videtur diuiſa cum ſuis oneribus, & per con
ſequens cum onere fideicommiſſi, vt ff. de hæred. vel act. ven
dita. l. 1. §. ſi quis debitori. Ex quibus rationibus dico, & con-
cludo fideicommiſſum, cuius conditio extitit, poſt mortem
compromittentium peti poſſe, non obſtantibus quibuſcun-
que, quæ poſſent in contrarium allegari. nec obſt. C. de pact.
l. prima. quia ibi nominatim, & expreſsè fuit pactum appo-
ſitum ſuper compromiſſo futuro, quod in caſu noſtro non
fuit. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCII.

1 *Stante ſtatu. quòd a poteſtate appelletur ad capitaneum, ſi
poſtea contingat, quòd vnus, & idem ſit poteſtas, & capita
neus, poſſit appellari a ſententia lata per vicarium ipſius po
teſtatis ad eundem capitaneum.*
2 *Si iudex primæ cauſæ factus eſt iudex appellationis, vtrũ poſ-
ſit ad eum appellari.*
3 *An a ſententia, quam iudex pronunciauit nulliter, vel male
proceſſum contra bonorum poſſeſſores non facta excuſſione
principalis debitoris, vel eius hæredis, poſſit appellari.*
4 *In quibus caſibus non requiritur excuſſio.*
5 *Si bona alicuius ſunt confiſcata, an poſſit agi contra principa
les poſſeſſores bonorum expreſſa hypotheca, ſi prius nõ agi-
tur contra fiſcum ſuper bonis confiſcatis, & non excuſſis. &
numero 7.*
6 *Crimen vſurarum eſt crimen eccleſiaſticum.*
8 *Intellectus ſtatuti, quo cauetur, quòd publicum inſtrumen-
tum, præualeat priuato, & chirographo.*
9 *Quomodo probetur quem vſurarium.*

1 Proponitur, † quòd in quadam ciuitate vige-
bat ſtatutum, ꝙ a poteſtate appel-
letur ad capitaneum, tandem fuit ordinatum, quòd idem
eſſet poteſtas, & capitaneus, ita quòd gereret vtrumque offi-
cium, contingit, quòd vicarius iſtius poteſtatis tulit ſenten-
tiam, a qua ſententia fuit appellatum ad capitaneum. Quę-
ritur, vtrum dicta appellatio procedat de iure, necne. & vi-
detur, quòd non procedat. nam de iniquitate fit eius, quod
per vicarium non cognoſcit ordinarius per viam appellatio-
nis, vt extra de conſuetudine. capi. non putamus. lib. 6. quia
eſt idem auditorium, vt ibi dicitur. Contrarium dico, quòd
iſte non erat vicarius capitanei, ſed poteſtatis. iſta namq; ſunt
officia ſeparata, & quod fit ex vno officio, poteſt etiam vigo-
re maioris officij reformari, etiam per eundem, vt ff. quando
appell. ſit l. 1. §. ſolent. verſic. ſed ſi præſes. Sed contra hoc op-
pono, nam ſequeretur, quòd ſi idem ipſe pronunciaſſet tan-
quam poteſtas, quòd poſtea reuerteretur ad eum tanquam ad
capitaneum. quod videtur falſum, vt C. de appella. l. eos in
princi. Item nemo poteſt fungi duobus officijs contrarijs, vt
ff. de procura. l. licèt. §. ſi plures. & plenè not. per docto. ff. de
adopt. l. ſi conſul. Sed ad hoc videtur patere reſponſio, quia
cum ſententia fertur per vicarium, non reperitur iniquitas
in ipſo ordinario. vnde ratio, propter quam ordinarius non
cognoſcit, non eſt ſuſpitio: ſed quia idem conſiſtorium. ſed
hic non eſt idem conſiſtorium vicarij poteſtatis, & capita-
nei, ergo ceſſat ratio prohibens ad eundem appellari, & ſub-
eſt ratio permittens: quia quando duę iuriſditiones, & duo
iura concurrunt in eandem perſonam, perinde eſt, ac ſi diuer
ſis perſonis competerent, vt ff. de his, quibus vt indign. l. tu-
2 torum. & ff. de auth. tut. l. accipien. † Huic quæſtioni ſimi-
lis eſt illa quæſtio, ſi iudex primæ cauſæ factus eſt iudex ap-
pellationis, vtrum poſſit ad eum appellari. & glo. ordin. de-
terminat, quòd ſic. ff. de inoffic. teſtam. l. filius. in glo. fio. Sed
contrarium videtur notari. C. de appellat. l. eos in principio.
Sed iſtæ glo. non ſunt contrariæ: quia aut quæris, vtrum poſ-
ſit ad eum appellari, & dico, ꝙ ſic: aut vtrum per ſe debeat
cognoſcere, an alij delegare, & dico, ꝙ debet alij delegare, vt
omnis ſuſpitio ceſſet. tñ ſi non delegat, non eſt propterea pro-

ceſſus nullus, vt ff. de inr. om. iud. l. prętor. & hæc eſt veritas.
3 † Secunda dubitatio eſt, an ſententia, qua iudex pronuncia-
uit nulliter, vel male proceſſum cõtra bonorũ poſſeſſores, nõ
facta excuſſione principalis debitoris, vel hędis ſui, poſſit ap-
pellari. Et videtur, ꝙ non, quia iſta ſententia eſt lata ſuper iu-
re ſcripto, & ſecundum ius ſcriptũ. & ſi ꝯria ferretur ſenten-
tia, eſſet ipſo iure nulla, quia exprimeretur error in ſentẽtia, vt
ff. de app. reci. l. fi. in pe. reſpon. Sed ꝯrium dico, quia a ſnia la
ta ſuper excep. declinatoria põt appellari, vt C. de procu. l. ita
demũ. & no. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. l. cũ Titia.
4 ff. de accuſ. Et poteſt iſta appellatio iuſtificari: † quia aliqui
ſunt caſus, in quibus non requiritur excuſſio. Primus eſt,
quando reus principalis non poteſt diſcuti ratione ſuę poten
tiæ, vt no. Bar. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & ff. de verb. obl. lib. 10. Se-
cundus eſt, ſi notoriè eſt non ſoluendo, vt not. Accu. in dictis
duabus legibus. Tertius eſt, ſi bona ſua nõ pñt poſſidere ſine
magna difficultate. Nam talis non intelligit̃ eſſe ſoluẽdo, vt l.
2. ff. qui ſat. cog. ſi quod ergo iſtorum probetur, excuſſio ne-
ceſſaria non eſt. Et eſt ſciendum, quòd iſta probatio poteſt fie
ri pendente iudicio ſuper hypothecaria, licèt prius facta non
ſit, vt ff. de pign. actio. l. ſi rem. §. fin. & facit ad prædicta quod
5 no. Cy. C. de pign. authen. hoc ſi debitor. in vlti. quęſt. † Ter-
tia quæſtio eſt, ſi bona alicuius ſunt publicata, vtrum poſſit
agi contra principales poſſeſſores bonorum expreſſa hypothe
ca, ſi prius non agitur contra fiſcum, & non excuſſo fiſco ſu-
per bonis confiſcati. & videtur, ꝙ ſic, quia in arbitrio credito
ris eſt, cõtra quem poſſeſſorem, & ſuper qua re agat hypothe-
caria, quod arbitrium non debet poſſe auferri creditori facto
debitoris, alioquin eſſet aperta via fraudibus, quia debitor fer
tilia prædia alienaret ſibi ſterilibus, & quaſi inutilibus reſer-
uatis, ſeu retentis, ſuper quibus oporteret ire creditores. qđ
videtur abſurdum, vt ff. de diſtr. pig. l. creditoris arbitrium.
In contrarium videtur, quia fiſcus eſt loco hæredis, vt C. ad l.
Iuliam de vi. l. ſi tutoris. & ff. de noua. l. nouatio. & ibi nota.
ergo eſt debitor principalis. Et ſic primo excutiendus, vt C.
de pignor. auth. hoc ſi debitor. licet quidam magni doctores
antiquitus intellexerint illam authenticã in tacita hypothe-
ca, nõ in expreſſa, vt ff. de iu. fiſ. l. moſcis. & tangitur in Auth.
de fideiuſ. §. 1. ſed illa opinio cõiter nõ tenetur; qõ igitur no-
ſtra ſtat in alio puncto, videlicet vtrum qñ confiſcantur bona
bannitorũ noſtri tẽporis, fiſcus teneatur actionibus perſona-
lib. Nam in deportato non eſt qõ. Sed iſti banniti non per oĩa
ęquiparantur deporta. vt no. in iſti. quibus mo. ius patrię pote-
ſtatis ſoluitur. §. relegati. Ego dico, ꝙ tenetur tanq̃ ſucceſſor
bonorũ actione perſonali, quatenus bona ſufficiunt, ſi bona
ſunt incorporata fiſco. Nã ſi tenet̃ ſolũmodo, quia poſſeſſor,
hypothecaria duntaxat non eſſet neceſſaria excuſſio eius, ſi-
cut nec cęterorum poſſeſſorum. & ideo ſi non confiſcarentur
omnia bona, ſed res ſingularis, non eſſet neceſſaria excuſſio fi
ſci: quia non eſſet hęredis loco. ar. eorum, quę plenè no. ff. de
trania. l. controuerſia. ex iſtis ſoluitur qõ pręfata, ꝙ neceſſaria
eſt excuſſio, ſi fiſcus eſt ſucceſſor vniuerſalis, aliàs nõ, vt ff. de
iu. fiſ. l. 1. §. diuus. & hoc inſpecto iure cõi. Sed veniamus ad
quoddam ſtatutum, in quo ſe fundat agẽs, in quo datur alius
modus procedendi magis expeditus, quando aliquis ex credi
toribus eſt in poſſeſſione miſſus. & licèt illud ſtatutum loqua
tur de miſſio in poſſeſſionẽ. l. ventris nomine, tñ ille, qui ab
eo emit, nõ debet eſſe melioris conditionis ſuo authore, vt ff.
ſi mulier in poſſeſſionẽ miſſa. l. 1. §. neceſſaria. & C. vt in poſſ.
leg. l. certa forma. & arg. extra de iu. c. quia 5. Sed hoc non eſt
expeditũ, quia ſtatutum non loquitur, niſi de miſſo, & non de
alio, qui emit iuſte, & bona fide. Et ideo non videtur, ꝙ dictũ
ſtatutũ multũ faciat ad cãm, niſi dicamus, ꝙ dictũ ſtatutũ re-
cipiat interpretationẽ extenſiuã ad ſingularẽ ſucceſſorem: quia
ſtatutũ eſt ęquum, & officiũ iudicis, quod ex ipſo ſtatuto ori-
tur, nititur ex ęquitate. Et tanq̃ in rẽ ſcripto porrigi debet ad
emptorẽ. ar. ff. de eden. l. quędã §. is aũt. & ff. de no. ope. nun.
l. fi. & ff. de aq. plu. arc. l. poſt venditionem. & cum iſtud iudi-
cium fundetur in officio iudicis, non eſt neceſſaria excuſſio,
quia hypothecaria non intentatur hic per modum agẽdi, ſed
per modum probationis ad oſtendendum de potioritate iu-
rium. Sed certè non habet iura potiora, niſi facta excuſſio-
ne. & ideo quicquid conſideretur, videtur excuſſio neceſſa-
ria: niſi in aliquo trium caſuum, quos ſupra poſuit. & hoc
videtur mihi verius. Sed ſciendum eſt, quod Bart. tenet, quòd
bonis confiſcatis fideiuſſor confiſcati poteſt conueniri ſine
diſcuſſione: ergo idem in pignoribus. hoc tenet ipſe. ff. ſi cer.
pet. l. fin. & ff. de verb. obli. li. 10. Sed contrarium tenet Hoſt.
& Ioan. Andr. extra de pigno. c. ex literis. quod verius credo.
Porro determinatio huius quæſtionis pendet ex iam dictis,
videlicet, ꝙ ſi fiſcus, qui eſt durus aduerſarius, non poſſet cõ-
ueniri de facili, vel eſſet notorium, ꝙ bona, quæ tenet fiſcus,
non ſunt idonea ad ſoluendum: quòd tunc non eſt neceſſa-
ria excuſſio fiſci, aliàs ſic, cum vt dixi, ſit hæredis loco, & con
ſtet de confiſcatione. & hæc vera ſunt, ſi debitum eſt verum
debitum. Sed ſi eſt vſurarium, & de duplo veræ ſortis, & ſors
eſt ſoluta, tũc ſublata eſt actio hypothecaria, quia extinctum
eſt debitum, vt ff. de ſolut. l. Titia. quæ quidem probatio ſi eſt
facilis, & poſſit probari de plano, poterit fieri etiam coram iu
6 dice ſæculari, † licèt regulariter crimen vſurarum ſit crimen
7 eccleſiaſticum, vt not. Moder. ff. ſolu. mat. l. Titia. † Ex qui-
bus omnibus ſic concluditur. aut conſtat, quòd inſtrumen-
tum eſt de duplo, & quia ſoluta eſt ſors, ceſſat hypothecaria.
recepit enim agens res inſolutum, quæ aſcenderunt vſque ad
veram quantitatem debiti, vt no. C. de ſent. & interlocu. om-
nium iudi. l. libera quidem Theodora. & ff. de pign. act. l. ele-
ganter. in prin. aut non conſtat, ꝙ ſit de duplo, & tunc præſu
mitur pro chirographo ſubſcripto a tribus teſtibus a publi-
co inſtrumento: vt C. qui pot. in pig. hab. l. ſcripturas. & hoc
ſi aduerſarius confitetur ſubſcriptiones eſſe veras. Nam talis
confeſſio habet liquidare chirographum. & hoc de iure com
8 muni. † Sed ſupereſt videre, quid iuris de iure municipali,
quo cauetur, ꝙ publicum inſtrumentum præualeat chirogra
pho, videlicet, an iſtud ſtatutum intelligatur ſecundum diſt.
d. l. ſcripturas. an indiſtinctè. Et quòd diſtinguantur per ius
commune, probant leges vulgares. C. de noxa. l. ſi ſerui veſtri.
& extra de conſue. c. cum dilectus. Sed contrarium dico, ꝙ
iſtud ſtatutum poteſt habere rationem ciuilem, & naturalem
indiſtinctè. intellectus ergo indiſtinctè debet intelligi, vt ff.
de publiciana. l. de pretio. non obſtant contraria, quia in illis
ſimpliciter intellectum eſſet cõtra rationem. veruntamen vt
dixi, ſi tale chirographum eſt approbatum per confeſſionem
aduerſarij, talis confeſſio eſt par, imo maior quolibet publico
inſtrumento, & quibuſcunq; depoſitionibus teſtium, vt not.
ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori §. pe. cum habeat vim ſenten
tiæ, vt l. 1. C. de confeſſis. Si autem aduerſarius non confite-
tur ſcripturam, tunc ſtandum eſt ſtatuto indiſtinctè, vt dixi,
quia ſtatutum debet habere vim ſtatuti. Si autẽ reſtringere-
tur per ius cõmune, non haberet vim ſtatuti, ſed eſſet merum
ius commune in ſui continẽtia, & effectu, vt no. extra de con-
ſti. in c. 1. lib. 6. & nihil operaretur, quod eſt abſurdum, vt l. ſi
quando. de inoff. teſt. l. ſi qñ. ff. de leg. 1. & l. 1. ff ad mun. cum
ſim. Conſidera, verba ſtatuti dicunt, ꝙ occaſione ſcriptura-
rum factarum manu propria &c. Sed quando eſt ſubſcriptio
trium teſtium manu propria, alieno adminiculo roboratur,
& non eſt ſimpliciter propria. arg. C. qui teſta. face. poſſ. l. hac
conſultiſſima. §. fi. & C. de teſta. l. iube. ff. de leg. 3. l. hoc lega-
tum. ff. ſi cert. peta. l. certi condit. §. quoniam. ff. de aqua plu.
quo. & ęſti. l. 1. §. item quæritur. & ſcriptura priuata trino te-
ſte notata hoc ius eſt nacta, quòd ſcriptura publicè facta fa-
ciat ius, & ideo dictus dom. Nicola. habet veritatem, & in-
ſtitiam in ſubſtantia debiti, & hypotheca vſque videlicet, ad
eam ſummam, de qua non apparet ſatisfactum: & non re-
manet aliud dubium, niſi circa ordinem, id eſt circa diſcuſſio
nem. tamen quia diſcuſſio facta eſt pendente iudicio, & non
apparet, ꝙ aliud ſit in bonis non diſtractis, niſi quędam do-
mus, quam habere non expedit creditori, quia inhabitabatur
per ſtipendiarios domini pro dicto agente, pronunciandũ eſt
contra poſſeſſores, dempto tamen ſi domus poteſt præſenti
pecunia vendi, & ſuperſit vltra de pretio. quanto. o. ſupereſt,
non poterit agere, quia quatenus põt percipi ex rebus princi-
palis debitoris, non peruenitur ad extraneos poſſeſſores p hypo
thecariã, nec debet aliqua pars ſibi reputare hoc oneroſum,
cũ per hoc cõſulatur vtriq; parti, & ſatisfiet et iuri, & veritati.

ar. ff.

ac. ff. da ſol. l. quod Stichus. nec ob. dicto dño Nicolao illud,
quod ſupra tactum eſt de vſu. quia ex longo tempore mutata
cõuerſatio excludit præſumptionẽ illius regulæ, ſemel malus.
Item bona fama ſuperueniens tollit malam famam præceden
5 tem, vt in c. 1. ne de ſtatu defunctorum. l. ſi mater. † Item licèt
quo ad probandum quem vſurarium in genere valeat conſti
tutio Patriarchæ de teſtibus ſingularibus, & fama, tamen ſe-
cus eſt ad probãdum quem vſurarium in ſpecie. i. in certo cõ-
tractu, quia tale ſtatutum eſt expreſſe iuri contrarium, quo ca
uetur, ꝙ vox vnius, vox nullius. vnde tale ſtatutum eſt odio-
ſum, & contra ius partis. & ſi ſententia hominis diffinitiua eſ
ſet iniqua, idem videtur dicendum in ſententia ſtatuti: vt ff.
de decre. ab ordi. facien. l. ambitioſa. licèt in multis locis ta-
lia ſtatuta ſeruentur per vſurpationem potius, quam de iure:
niſi eſſet vſurarius manifeſtus, ſed tunc teſtes non dicerentur
proprie ſingulares, quia concurrunt ad idem probandũ. arg.
de accuſa. l. ea quidem. & 2. q. 1. c. de manifeſ. cum ſim. & facit
quod not. in c. vlti. de appella. lib. 6. in nouella. Oportet ergo
dictos poſſeſſores, aut auferre offerendo, ſicut ſupra declara-
tum eſt, vt ff. qui pot. in pig. habe. l. mulier. & ff. quibus mod.
pig. vel hypo. ſoluitur. l. Paulus. §. qui pignoris. ceſſit eis iuri-
bus. aut relaxare poſſeſſionem dicto domino Nicolao credi-
tori priori, & tempore potiori, vt ff. de pig. l. ſi fundus. in ven-
dicatione habent 50. florenos. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCIII.

1 *An ſtatutum loquens de vero maleficio, vel maleſactore ha-*
beat locum in condemnato de maleficio per contumacẽ ſtan-
te ſtatuto, ꝙ inquiſitus ſuper maleficio, ſi requiſitus non cõ-
paret, habeatur pro cõfeſſo &c. & tenet, ꝙ ſic: quod no. quia
eſt quotidianum, & forte multi dicerent contrarium.
2 *Quis dicatur vere damnatus de maleficio.*
3 *In criminalibus an admittatur procurator vel defenſor.*
4 *Exemplum condemnationis factæ de aliquo maleficio contra*
aliquem, ſi ſit ſumptum ex archiuo publico, probat, & fa-
cit fidem.

Statuto ciuitatis Alexan. cauetur, ꝙ banniti, vel con
demnati ex maleficio, ꝙ ſit vere maleficium
in ſuis cauſis, nõ audiantur. Item ꝙ omnis iniuria, damnum,
ferita, homicidiũ, data, dicta, ſeu facta verbis, vel facto in per-
ſonis, vel rebus alicuius banniti de maleficio, quod ſit vere
maleficium, perpetuo remaneat impunitum, ita ꝙ nullo mo
do contra talem offendentem procedatur modo aliquo, ſiue
cauſa, dummodo bannum, vel condemnatio appareat, facta
fide de ipſo bãno per ipſum principalẽ, vel per procu. ipſius.
Alio ſtatuto cauetur, ꝙ ſi requiſitus nõ venerit infra certum
terminum, habeatur pro confeſſo, & perinde puniatur, ac ſi
illud maleficium feciſſet. ita ꝙ ſola cõtumacia faciat eum cõ-
uictum, vel confeſſum. Modo proponitur, ꝙ quidam Anto.
vnà cum duobus ſocijs fecerunt inſultum contra quendã Pe
trũ, & ipſum vulnerauerunt pluribus percuſſionibus, de qui
bus in curia proceditur cõtra dictos offendentes. Contra quem pro
ceſſum eorum procu. obijcit de banno, & producit, qualiter
ſcriptura exemplata publici notarij exemplata eſt de archiuo
1 publico. † Quæritur, vtrum dicta exceptio, & vtrũ dicta ſcri-
ptura probet, & vtrum admittatur procu. conſiderato quodã
quarto ſtatuto, quo cauetur, ꝙ in cauſa criminali non admit-
tatur procurator, ſiue defenſor ante litis cõte. per principalẽ.
2 Modo venio ad reſponſiones per ordinem. † & vr, ꝙ iſte ban-
nitus non dicatur bannitus de vero maleficio. nã doc. cõiter
dicunt, ꝙ damnatus de vero maleficio eſt, qñ fuit præſens, &
ſuas defenſiones fecit, & tamen fuit condemnatus: non autẽ
quando fuit cõtumax, & in contumaciã condemnatus: quia
tũc dicitur de ficto, ſeu præſumpto præſumptione iuris, & de
iure, vt ff. de his, qui no. infa. l. qñ. ſed contrarium eſt verum,
quia cum pp contumaciam quis ponatur in banno, & ſi non
eſt præſens in iudicio, ſequeretur, ꝙ nullus bannitus poſſit im-
pune offendi: quod eſt contra tex. ſtatuti. verum igitur malefi
cium intelligitur, quod eſt verificatum & per tacitam confeſ
ſionem, vt C. de interdicto matrimonio. l. ſi tutor. & ꝙ iſte ſit
condemnatus de vero maleficio, apparet, quia reatus per talẽ
condemnationem punitur, & per ſatisfactionem purgatur: ſi
enim eſſet pœna contumaciæ, adhuc principale delictum re-
ſtaret puniendum, vt ff. de arbi. l. ſi quis rem. quod eſt falſum.
conſidera igitur, ꝙ hic fuga, ſeu contumacia ponitur pro cri-
mine, quia tunc non eſſet verum maleficium, ſed pro proba-
tione criminis, ex qua probatione liquet de vero maleficio, vt
eleganter notat Cy. in l. 1. C. de rap. virgi. Nã præſumptiones
legum liquidiſſimæ probationes ſunt, vt ff. de le. l. licèt Impe-
rator. vt no. C. de periculo tut. l. ſi tutor. Super ſecundo pun-
cto de procuratore, vtrum debeat admitti, necne, non eſt quę
ſtio, ſed eſt caſus ſtatuti. & ideo non dubitãdum, vt C. de fur.
3 l. ancillæ. † Nec ob. aliud ſtatutum, ꝙ excludit procu. ante li.
conte. quia verum eſt, ſi lis debet conteſtari comparente prin
cipali. ſed hic nũ poteſt cõteſtari, quia nullo modo poteſt pro
cedi. & Iaco. de Are. diſputauit illam quæſtionem, & tenuit,
ꝙ ſi procederetur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus: ita ꝙ eſſe-
mus ſemper ante li. conte. & per conſequẽs nunquam admit-
teretur procu. quod eſt ridiculum dicere. ad idem facit, quod
no. Iac. Bu. in q. de Rauageſe. de qua etiam ponit. l. 1. C. quo-
modo, & qñ iud. pro hoc etiam facit, quia ſtatutum de banni
tis eſt ſtatutum ſpeciale, & non compatitur ſe cum alio gene-
rali ſtatuto, & ideo derogat generali, vt ff. de pœnis. l. ſanctio
4 legum. & in c. generali. cum ſua materia. † Super alio puncto
de probatione dico, ꝙ exẽplo ſumpto ex archiuo publico de-
bet ſtari, vt C. de fide inſtru. auth. ad hæc. & ſi iudex dubita-
ret de originali, videat, vt extra de accu. c. qualiter, & qñ. & ff.
fini. regun. l. ſi irruptione. §. ad officium. & ff. de eden. l. 1. poſt
princip. Ex his aperte concluditur contra inquiſitos denũcia
tos, vel accuſatos procedi poſſe non obſtãte iure publico mu
nicipali continente odium rationale ſecundum quid, non di
co ſimpliciter, vt ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicite. & C.
de iudæis. l. nullus. & ff. de calum. l. 1. §. quod autẽ. iſti enim
ſic banniti, & transfugæ reputãtur publici hoſtes, quibus bel
lum merito inducitur, vt ff. ad l. Corne. de ſicca. l. 3. §. transfu
gas. & C. quando liceat ſe ſine iudice vindicare. l. opprimen-
dorum. Et ita teneo ego Baldus.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Stante ſtatuto, ꝙ officialis, vel rector alicuius terræ, vel loci*
non poſſit durante officio ſuo aliquid accipere per ſe, vel per
interpoſitam perſonam, an appellatione offi. vel rectoris com
prehendatur conſiliarius alicuius regis, vel principis, & an
comprehẽdatur admiratus nauium, vel galearum, ſeu alias
magiſter nauis. & nu. 3.
2 *Ambaſiatores, qui receperunt xenia, ſeu dona ab imperatore,*
an teneatur reſtituere mittenti eos.

Adde conſi. 378. In 5. parte.

1 Præmiſsis verbis infraſcriptorum ſtatutorum ſub
rub. † ꝙ rectores, vel officiales non poſ
ſint recipere prǽmia, vel aenia, quorũ tenor talis eſt. Non poſ-
ſit aliquis officialis, vel rector alicuius terræ, vel loci durante
officio ſuo aliquid accipere per ſe, vel per interpoſitam perſo
nam. Præſupponitur factum talis continentiæ. & tenoris, vi-
delicet. in nomine dñi Amen. Caſus præſentis quęſtionis &c.
2 † Præmitto ad euidentiam, ꝙ antiqua quęſtio fuit de amba-
ſiatoribus Mediolani, qui receperunt aenia, ſiue dona ab Im-
peratore Conſtantinopolitano, vtrum teneatur ea reſtituere
communi Mediolani. de qua quæſtione no. gl. ff. ſo. matrimo.
l. ſi vero. §. item quicquid. & in l. qui proprio. §. procura. vt in
ter cætera. de procura. & ibi Gul. de Cu. & per glo. in l. ſi plu-
res. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupi. & per not. per Cy. C. de
fur. l. manifeſtiſſimi. & in ea communiter docto. ſic dixerũt;
aut donatum fuit contemplatione cõis, & tũc communi quæ
runt: aut contemplatione ipſorum, & tunc ipſius quæritur,
vt hic. aut dubitatur, & tunc aut Imperator, habebat eos no-
tos, & tunc vr eorum contemplatione datum, vt ff. de caſtrẽ.
pec. l. ſi forte. & l. miles. & l. dotẽ filio. §. fi. & l. hęredi. in prin.
aut non habebat eos aliàs notos, & tunc refert, vtrum promi-
ſerit nomina propria, an appellatiua, vt ff. de ſtipul. ſeruo. l. ſi
ſeruus cõis. §. 1. & de cond. & demõ. l. cum ita datur. & de iu-
re delibe. l. cum aliquis. alij dicunt, aut donaria ſunt eis con-
gruentia, aut non, & ideo ex qualitate &c. vt ſupra de dona.

inter vir. & vxor. l. vetam. & ff. commo. l. iu rebus. §. poſſunt. ſed Bat. dicit, quod nullo modo teneutur ambaſſatores reſtituere, niſi fuerit eis expreſſe datum, vt cōi redderetur. & per hoc eſt caſus, ſi bene inſpiciatur. ff. pro ſocio. l. ſocius, qui in eo. in fi. idem tenet Pet. & Iaco. de Ra. dicentes, q licèt contēplatione cōi fuerint eis conceſſa donaria: tamen eis concedūtur, vt ſibi habeāt. ad huc. ff. de bo. dam. l. diuus. in fi. Itē quia conſuetum eſt ſic fieri, & hoc potiſſimoe inſpiciendum eſt, vt l. iuriſgen. §. pactorum. Item etiam iu honorem alterius datur alteri. vt infra de le. 2. l. cum filius. §. pater. amplius q hic non fuerit habitus reſpectus ad cōitatem Ianuæ, apparet, quia fuit motus rex ex ſingularitate perſonæ: non enim donauit principali ambaſiatori, nec alijs cōſiliarijs, ſed dño Damiano tm: & ex ſingulari affectione datur mens intelligi, vt ff. de le. 2. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. & argu. C. de inſti. & ſubſti. l. reprehendenda. & certe de iure communi nullum eſt dubium, q regia donatio valuit, quia in regno ſuo vim habet legis. vt C. de do. inter vir. & vxo. l. vlt. & ff. de publi. l. ceſſat. & multo magis remuneratione, vt ff. de dona. l. aquilius regulus. & l. ſi pater. & certe illud, quod donatur benemerito, non cenſetur cōtemplatione officij dona. ſed tanquam extraneo, vt no. C. de inoffi. teſt. autē. vnde ſi parēs. & C. de colla. l. ſi donatione. & non puto, q de hoc non debeat fieri quæſtio inſpecto iure cōi, nec etiā inſpecta æquitate naturali: quia boni ſunt præmiandi, vt C. de ſtatuis, & imaginibus. l. & virtutum. & l. 1. poſt prin. ff. de iuſti. & iur. & maxime a regibus, & nobilibus, vt ff. de do. l. aquilius. & in hoc nil aliud dico, niſi quia ita te-

3 neo. † Sed nunc oportet deſcendere ad ſtatuta cōis Ian. & verba dicunt, q non poſſit aliquis officialis, vel rector alicuius terræ, vel loci durante officio ſuo aliquid accipere &c. allegatur autem cōtra dñm Damianum, q ipſe erat officialis in inſula Cypri. ſed iſta allegatio non vr vera, quia eſſe conſiliariū ſine aliqua autoritate, & ſine aliquo pondere dotis ſuæ nō eſt officium gerere: quia nulli præeſt adminiſtrationi, vt ff. de admi. tu. in l. quidam decedēs. & l. Titium, & Meuium. in prin. & ff. de mu. & ho. l. honor. in prin. facit quod no. ff. de inſa. l. ob hæc verba. Præterea iſtud ſtatutum vltra procedit dicens, q receptis reſtituatur. quæ verba de neceſſitate ſignificant, q reddatur danti, vel eius hæredi: quia id, quod eſt prohibitum recipi, debet reſtitui ſoluēti, quandio extat ipſe, vel eius ſucceſſor, & non alij, vt no. in c. ſtatutum. §. inſuper vt gratis. de reſcriptis. lib. 6. & no. in c. quamquam. de vſur. eo. lib. per Io. An. & per Io. mo. & ideo per iſtud ſtatutum nihil debet cōi Ian. applicari. ſed ſequitur aliud ſtatutum, quod dicit, nec poſſit etiā aliquis poteſtas, vel conſul, ſeu rector, qui fuerit in aliquo Imperio, regno, ciuitate, vel loco alicuius dominij aliqđ premium, vel gratiā percipere. & ſubdit, q recepta in vtilitatem publicam conuertantur, & iſtud ſtatutum eſt magis dubium, & vr expreſſe determinare contra d. Damianum, quia cum d. Damianus eſſet armiratus duarum galearum, non eſt dubium, q in ipſis galeis militabat, & tanquam magiſter militum habebat iuriſdictionem iu eos, quibus præerat. vt ff. de bono. poſſ. ex teſtō mi. l. 1. & C. de iuriſ. om. iu. l. magiſteria. Item attēta natura officij habebat etiam gladij poteſtatem in hoſtes ſuos; ſaltem, de facto, ex commiſſione ſibi facta, vt no. Cyn. in l. 4. ff. de offi. præſi. In ꝯtrium vr, quia verba dicunt. aliquis poteſtas, vel conſul, ſeu rector: quæ verba debent intelligi ſecundum cōem vſum loquēdi, vt not. de le. 3. l. librorum. §. quod tñ caſſius. Sed d. Damianus neutrum illorum officiorum gerebat: quia erat ſimpliciter magiſter nauis, & priuata perſona. nec apparet, q aliqua iuriſditio fuerit ſibi demādata. Item merum imperium ei non poterat delegari, vt ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſ. l. 1. in prin. & ff. de iuriſd. om. iudi. l. Imperium. Certe nec ſecundum ea, quę proponuntur, apparet de aliqua iuriſditionali commiſſione eidem facta. & ideo eam præſumitur nō habuiſſe, licèt cōmiſſum ei fuerit quoddam nudum miniſterium, vt C. de manda. prin. l. 1. & de iure fiſci. l. prohibitum. C. de diuer. offic. l. probatorias. lib. 10. 106. di. c. nobiliſſimus. & ideo cum eſſet mere priuata perſona, nō dicitur poteſtas, vt no. in l. vlti. C. de præſcri. longi tēpo. nec conſul. quia cōſules ſaltem debent habere voluntariā iuriſditionem, vt ff. de offi. conſu. l. 1. & ibi plene per Cy. Porro nec dicitur rector: quia rector propriè ſimiliter dicitur cū iuriſditione, ſeu cum aliqua poteſtate iuriſditionali, vt C. de offi. rectoris prouin. per totum. cū multis ſimilibus. & ideo dictum ſtatutum non vr loqui, nec debet intelligi in caſu dñi Damiani. Eſt & alia ratio: quia poſito, q habuiſſet officium iuriſditione, non tñ recepit eo prætextu. & ſic determinatur iſta quæſtio per ar. de tanquam. vt ff. de adop. l. ſi pater. §. qui duos. & l. ſi conſul. & ff. de excu. tu. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. vbi vr caſus iſtius quęſtionis. facit etiam pro domino Damiano, quia quæ ſunt diuerſa in nomine, non ſunt idem; vt C. de ferijs. l. a nullo. & C. de codicil. l. ſi idem. ſed certum eſt, q armiratus galeæ in vulgari vſu nō appellatur rector: ſed habet nomen ſibi appropriatum, & per ſe, vnde generali vocabulo non continetur. ar. ff. de le. 3. l. hæres meus. §. duæ ſtatuę. & de alimen. & ciba. l. alimenta. §. Baſilicæ. & l. Stichus notricis. & in c. generi. cū ſua materia. facit etiā ad prædicta: quia diuerſarum qualitatum diuerſa eſt ratio, vt ff. de annuis le. l. q Marco homini doc. & l. 2. ff. de ſtipu. ſeruo. ad hoc etiā bene facit, quod plene no. Io. An. in c. cum olim. de re iud. per Inn. & ff. de his, qui. vt indi. l. tutorem. & ff. de inoffi. teſta. l. Papi. §. ſed nec impuberes. & quod not. per Cyn. C. qui teſta. fa. poſ. l. ſenium. & in c. ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6. & extra de præbē. c. niſi eſſet. & quamquam multa ſubtiliter in cōtrarium ſint allegata contra dictum dominum Damianum, tamē ego credo eū fouere iuſtitiam: præſertim quia vt ſuperius dixi, donatio regis habet vim legis. Ego Bal.

CONSILIVM CXCV.

1 *An, & quando liceat, vel non ędificare ad emulationem, de quo dictum eſt ſupra conſilio 188.*
2 *Aqua, vel flumen quando dicatur de territorio.*
3 *Duplex eſt pax.*
4 *Pax quando dicatur fracta.*
5 *Si duo fecerunt pacem, & alter alterum offendit, & non apparet, quis prius, an alter poſſit alterum accuſare.*
6 *Pax quando dicatur rumpi. & n. 13.*
7 *Quæ ſpecialiter extinguuntur, non includuntur, in generali ſermone.*
8 *Pax, & ſtatuta ſuper pace ſunt ſtricti iuris.*
9 *Generalis ſermo an recipiat reſtrictionem.*
10 *Quando liceat ędificare, vel facere in flumine publico, vel priuato & nu. 14.*
11 *Hæc verba ex libito voluntatis non reducuntur ad arbitrium boni viri.*
12 *Dictio, tamen reſtringit omnia præcedentia.*
13 *Occidens fratrem illius, cum quo feci pacem, dicor pacem rumpere.*

Laudare vos, & commendare ea, quæ dixiſtis, non expedit, quia ſeipſa oſtendunt. tamen ſocij, cum quibus contuliſtis, mirantur, quia dicitis ſuper paſſibus, quos tāgitis, nihil erat valum, nec allegatum per ſocios veſtros. Nā ſicut ſcitis, vt veritas eſt, q duo fuerunt inter nos, & eos ruminata, videlicet, an liceret de iure magnifico noſtro ędificium, de quo quæritur, fieri facere. Secundo ſiue liceret, ſiue non, vtrum dominus intelligatur facere cōtra pacem. Et ſuper vtroque vos portaſtis omnes leges, & allegationes, quæ faciunt pro, & contra: & adhuc repetimus eas, nā contra dominum noſtrum facit l. opus. ff. de operibus publicis. & duplex interdictum prætoris, ſiue ne quid in flumine nauigabili fiat, vt l. quominus. & ne quid in flumine publico fiat; etiā ſi non ſit nauigabile, vt ff. ne quid in flumine publico. per totum. reſpōſiones autem ſunt iſtæ. primo, q d. noſter habet regalia ab Imperatore cōceſſa, vel ſaltem commiſſa, ergo habet poteſtatem fluuium aduertendi, alioquin ſequeretur abſurdum, videlicet, q in ſuo territorio non poſſet aliquam publicam aquam diuertere, quod eſt tam contra libertatē poteſtatis, quàm contra conſuetudinem ſuæ dominationis, & aliorū dominorum. nam nos videmus, q de aquis publicis poſtquā ſunt in ſuo territorio, & etiam de fluminibus nauigabilibus faciunt, quicquid volunt, & nunc ad vnum Caſtrum mittūt, & nunc ad aliud, ſuper quæ etiam ipſis fluminibus fortiſſimas,

mas,& inexpugnabiles faciũt munitiones,& caſtra; quod eſt
de conſuetudine,& de iure cõi: & ineſt contractibus,ac ſi in
ipſis contractibus eſſet expreſſum,vt ff.de edili.edi.l. ꝙ ſi no
lit.§.quia aſſidua.vbi tex.ſic ait,ea autem,quæ ſunt moris,&
conſuetudinis in bonæ fidei iudicijs,debent venire. idem di
cit tex.ff.de aqua plu.ar.l.ſi prius.§.recte placuit.ibi dum di-
cit,illa autẽ,ꝙ fere in conſuetudine eſſent,fieri poſſunt.hoc &
dominus Mantuanus ipſo facto confitetur: quia fecit poteſta
tem ſuper flumen publicum,& nauigabile. Præterea iſta ędi-
ficia,quæ dicuntur ad emulationem,fiunt, ſed tunc demum
qñ ipſum opus eſt principium, & cauſa emulationis. Sed qñ
venit ad emulationem aduerſarij propulſandum, nõ dicitur
ad emulationem fieri, imo hoc eſt licitum iure naturali,& ci
uili,vt ff.quod quiſq; iur.in alterius ſtatu. in rubro, & nigro.
& eſt expreſſum in.l.fi.eo.ti. hoc etiam nos videmus in ędifi-
2 catione caſtrorum.† Nam Rex Franciæ facit caſtra in finibus
ſui territorij ad emulationem regis Angliæ, & econuerſo &
idem faciunt etiam omnes dñi Mundi: quia cũ diſtinctæ ſint
iuriſditiones,& territoria, vnuſquiſque poteſt ſe in ſuo terri-
torio præmunire,& caſtrametari, nec ob.l.opus. quia illa lo-
quitur ſecundum antiqua tempora,ſecundum quę iuriſditio
populi Romani,& dñi Imperatoris erat apud eundẽ, hic au-
tẽ,vt dixi,territoria ſunt diuiſa, & iuriſdictiones: ita ꝙ vnus
dominus in alterum nihil poteſt.& legitur,& no.ff.de manu
miſ.l.apud eum.& ff.de acqui.poſ.l.1.§.veteres.& ff.de arbi.
l.nam magiſtratur.& no.in l.fi.C.de pręſcrip.lon.temp.& pa
ret in pace conſtantiæ. Præterea id, quod fit ad obuiandum,
ideo fit,quia fit in poteſtate aduerſarij mei, cui non debet cõ
ferri id,quod mecum habet facere,vt no.ff.de iuriſ.om.iudi.
l.ſi idem cum eodem.§.ſi mutuæ. Nec tenetur quis viam ape
rire,vt amicus reconciliatus poſſit eum offendere, vt extra vt
lit.non conteſt.c.accedens. & licèt de iure diſputare non de-
beatis ſuper hoc,nec ad hoc vos aſtringatis, quia non eſt cer-
tum: tñ in via diſputatiua ſatis poſſetis defendere, ꝙ dñs no-
ſter facere poſſit dictum ędificium,non tñ ſuadeo, ꝙ faciat,
ne propter domum multi pereant innocentes, vt C.de pœnis.
l.ſancimus.& ff.de ſtatu.homi.l.Imperator. quia ipſe dñs nõ
eſt principium motus,ſed eſt mouẽs agitatum: ſiue motum
ab emulantibus ſibi: vt C. de ſer.fugi.l.mancip.§.fi. & C.de
fur.l.ſi quis ſeruum. Sed quicquid ſit de potentia, verũ poſſit,
vel non,ſupponamus ſine præiudicio veritatis,ꝙ non poſſet.
l.vt ſicuri.§.ariſto.ff.ſi ſeruitus vendi. tñ indubitanter dicen-
dum eſt,ꝙ dñs noſter non facit cõtra pacem: quia ędificium
prædictum non eſt in actu nocendi, licèt ſit in potẽtia. vnde
ſicut poſthumus ante natiuitatem non rumpit teſtũ,licèt ſit
in potentia nocendi: ita damnum, quod eſt potẽtia nocendi,
antequam noceat, pacem non rumpit. potẽtia enim antequã
deducatur in actis,aſſimilatur conditioni, vnde interim non
naſcitur obligatio.vt ff.de condi.& demon.l.1.in fi.ff.de ver.
ob.l.interdum.ff.de ſta.homi.l.aretuſa. Pręterea dato,ꝙ dam
num eſſet in facto eſſe, tamen nihil contra pacem factũ eſſet,
quia pax non eſt aliud,quam capitula pacis, vt ff.de pactis.l.
1.§.1. Sed capitula pacis hoc non dicunt,nec de hoc fuit co-
gitatum: vnde ſiue conſideremus obligationis ſubſtantiam,
quæ peruenit ex conſenſu,non veniunt ea,de quibus cogita-
tum non eſt, vt ff.de tranſac.l. cum aquiliana.& ff.de contra-
hen.emp.l.lége.& l. rutilia polla.& in c.1.de eo,qui interfe-
cit fratrẽ domini ſui.col.10. ſiue conſideremus obligationis
formam, in nullo capitulo hoc continetur. Ergo non includi
tur, vt ff.de ver.ob.l. quicquid aſtringendæ.ff.de fideiuſ.l.fi-
deiuſſores magiſtratuum.§.pro Aurelio.ſed contra hoc obij-
citur, ſicut ſcribitis,quia in 1.c.pacis ſic cõtinetũ. Statuimus,
ordinamus,& mandamus bonam, & veram ſinceram pacem
eſſe,& eſſe debere inter dictas partes,& quamlibet earum per
petuo duratura,quia verba hoc ſapiunt, ꝙ arbitrio boni viri
ſeruetur pax.i.bona concordia,quæ non poteſt eſſe ſine iuſti-
tia, vt extra de ſum.Tri.c.rex pacificus.& dicit̃ offenſa,quic-
quid fit, ex quo poteſt agi actione iniuria.i. omne, quod põt
trahi ad maleficium,vt extra de ver.ſig.c.ex parte in Chriſto.
ſed iſta perturbatio, quæ prouenit ratione nauigationis, quæ
in parte interrumpitur, vĩ ad actionẽ iniuriarum pertinere,
vt ff.de iniurijs.l.iniuriarum.§.ſi.ergo tale ędificium fieri nõ
poteſt.ſed ad hoc vos dediſtis reſpõſum,& adhuc clarius po-
teſtis reſpondere,quia iſta verba generalia non continent ca-
ſus,niſi ſimiles expreſſis, de quibus fuit facta pax, per.l.fin.§.
cui dulcia.ff.de vino legato.& quia in dicta pace præcedit ge
nus,& ſequitur ſpecies,& ideo genus reſtringitur. Pręterea in
capitulis pacis continetur,ꝙ in ſuis territorijs, quibus poſſet
a ędificari facere pro libito voluntatis. † Certum autem eſt, ꝙ
iſtud eſt territorium tam in terris, quàm in aqua dñi Comi-
tis, vt ff.ad l.rhodi.de iacto.l.deprecatio.& no.in c. vbi peri-
culum.de elec.lib.6.& licèt aqua ſit in ſuperficie, tamen ter-
ritorium eſt in ſolo: & ideo cum dictum capitulum expreſſe
permittat, & ſi dictum pactum nõ valeret de iure communi,
valet tamen quantum ad excludendum hunc caſum fractura
pacis, ut aperte probatur, ſi ſubtiliter inducatur, ff. de peculio
lega.l.cum dñs.§.fi. Præterea quia quicquid ſit de iure publi
co, tñ inter paciſcentes iſta priuata conuẽtio de facto ſeruãda
eſt, ut ff.de uer.ſig.l. ſi cum fundum. Illa igitur uerba, dãtorũ,
vel illatorũ.reſtringunt genus generaliſſimũ prædicatũ ad ſi-
milia præteritis damnis iniurijs, puta ad caualcatas, incẽdia,
& ſimilia,quæ eſt doctrina cõis doctorum.de uer.ob.l.quidã
cum filium.& l.uenditur.ff.cõis prædio.& ar.ff. de condi.&
demon.l.menius.& ff.de cond.inſt.l.mulier.§. ſi quis hæredi
tatium. Sed quia aliquid de pace tangitis, & de eius natura,
3 quod dicitis,non fuiſſe inter eos ruminatum. † Sciẽdum eſt,
ꝙ pax eſt duplex.quædam,quæ in inſtanti perficitur, ut de in
iurijs præteritis. quædam ſucceſſiua, per quam datur forma
futuro tempori.de prima non eſt quæſtio,quia præteritus dat
formam iurgijs,& non pertinet ad forma, ut ff.de uerb.ob.l.
cũ ſtipulamur.& l.ſi a colono. & ff.de le.2.l. ſi ita ſcripſiſſet.
pax uero ſucceſſiua requirit perſeuerantiam tranquilitatis.ff.
de arbi.l.inter Caſtellanum, ut C.de pub.l.titiæ. uel conſu.l.
1.& fi.l.12.C.de cadu.tol.l.unica.circa prin. ne recidiuus in
iurijs iterum ueniatur ad arma, ut ff.de uſufru.l. æquiſſimũ.
& ff.ſi ſerui.uen.l.harum.& de his ſolet fieri pax, de quibus
primo modo ſolet fieri treuga, & ſufferentia, ut no.ff.de cap.
l.hoſtes.& l.poſtliminij.& facit extra de treuga, & pace.c.1.
4 & extra de iudi.c.nouit. † Quis autem, & qñ dicatur iſtã pa-
cem infringere, uerba Bar.dicunt, in l.ſacta.§.cauſa.ff.de pœ-
nis.quæro,cum tu,& ego eſſemus inimici, fecimus pacẽ: de-
mum ego te percuſſi, quæritur, utrum uideatur pax rupta. re-
ſpondeo conſiderandam eſſe hoc ex cauſa: nã ſicut dicimus
in aliqua tranſac.per quam recedimus a lite, ut l.fratris.C.de
tranſac.& in re iudi.quæ eſt finis litium, ut l.1.de re iu.uidet̃
quis uenire contra ſententiam,& tranſactionem, qñ uenit ex
cauſa decíſa,& determinata, ut l.cum quæritur. de re iudi.l.
ſi de certa. de tranſa.Sed ſi ageret ex noua cauſa, nõ diceretur
uenire contra tranſa.uel ſententiã, ut dictis legibus.ita in pro
poſito ſi percuſſi te ex cauſa antecedenti, per quam fueram ti
bi inimicus, de qua inimicitia fuerat facta pax, tunc rumpo
pacem. Sed ſi percuterẽ ex cauſa ſuperueniẽte de nouo: quia
de nouo inter te, & me ſuperuenit rixa ex ioco, uel ebrietate,
tunc non rumpo pacẽ.pro hoc facit,quod hic dicitur in ma-
leficijs eſſe conſiderandã cauſam.idem ad hoc facit.ff.de con
5 di.ſine cauſa.l.ſi fullo.† & quod not.Io.An.in c.fi.de immu.
eccle. duo fecerunt pacem ſimul, poſtea ſe inuicẽ offenderũt,
nec apparet quis prius,quis poſtea,quęritur, an alter alterum
poſſit accuſare de pace rupta?& uidetur tex. ꝙ nõ, ut ff.de le.
a.l.cum pater.§.libertis.quia ſimul ruperũt pacẽ. Sed ſi unus
primo, alius ſecundo: tunc ſecundus poteſt accuſare primũ
de pace rupta, nõ primus ſecundum, ut d.§.libertis.& ibi per
Bar.Pro hoc facit,quod no.ff.de tranſac.l.qui fidem.& l.1.§.
cum arietes.ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. & C.
de app.l.1. Amplius certũ eſt, ꝙ dñs noſter non eſt obligatus.
d.Marchioni ad manutenendum nauigationem extra territo
rium ſuum, maxime ex aliquo c.pacis. nec tenetur curare, ut
d.Marchio lucrum ex nauigatione Mantuæ conſequatur, ut
ff.de dam.infec.l.proculus.ff.de aqua plu. ar.l.1.§.ideo autẽ
aquam.unde non poteſt d.Marchio aliquid contra dñm cau
ſare, quia in ſtipulationibus, nedum qñ uerba deficiunt, imo
& qñ ſunt obſcura, interpretatio fit contra pręferentem, ut ff.
de pac.l.ueteribus.& ff. de re.iu.l.ſemper in ſtipulationibus.
unde clare,& apertiſſime poteſtis dominum noſtrum defen-
dere.

ſtere.Inſuper & laude dignus eſt,qui habet bonum propoſitũ
ſatiſfaudi,de non mutando alueũ dicti fluminis in caſu,quo
alia pars in ſuis terminis ſit cõtenta, vt C.de no.ope. nun.l.fi.
& extra de no.ope.nun.c.vlti.facit in ratione ſui, vt C.fini.re
gun.l.ſi cõſtiterit.& C.de iudę.l.nullus.& ff.quod metus cau
ſa.l.extat.Ex hoc enim oſtendit dñs noſter ſe nolle aliquid ſa-
cere,quod ſibi non proſit,& alij noceat, vt ff.de aqua plu.ar.
l.2.§.item varus.non tamen intendit aliena commoda procu
rare,& inſidias contra ſe poſitas ſuſtinere,vel alienas commo
ditates ſuis ante ponere: vt ff.ad Trebe.l.poſtulante Sticho.§.
fi.& C.de teſta.l.ſi quando.ibi dum dicit, ꝙ alienis cõmodis
6 ſuas inueniret difficultates.Illud eſt ſciendum,†ꝙ per cõtro-
uerſias iudiciales nõ dicitur pax publica,imo nec priuata rũ-
pi,ar.ff.de ver.ob.l.venditores. nec per quamlibet leuem oc-
caſionem,imo nec etiam per grauem ſuſpitionem:niſi dedu-
cta ſit in actum,ar.in c.1.§.ſi quis enim.in quibus cauſis feu-
dũ amittatur.& ff.de in integ.re.l.ſcio.& in ti.hic finitur lex.
§.1.col.10.non enim ideo ꝙ ſuper iniurijs ſit prouiſum,intel
liguntur actiones,& iura partium perempta,vt extra de iniu-
rijs.c.in noſtra. Inſuper ſciendum eſt, ꝙ ille, qui nominatur
in contractu,non venit in eo,niſi quatenus nominatur.vt in d.§.
pro Aurelio.& ff. de ver.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus.&
l.3.& plene no.ff.de eo,quod cer.lo.l. centum capuæ. ſed d.
Marchio Ferrariæ in iſta pace nominatus eſt.nominatus cum
reſeruatione iuris vtriuſque partis tã Illuſtris domini noſtri,
quàm dicti magnifici.d.Ferrariæ:ergo quantum ad iura eorũ
pertinet, quæ attinent ad ius fori, nihil hincinde veniunt in
pace:vt ff.ſi quis cau.l.2.poſt prin. ſed iura fluminum perti-
nent ad ius fori iudicialis, vt inſti.de interdic.§.fi. ergo ſuper
7 eis non fuit tranſa.nec conuentus aliquid:† quia quę ſpeciali
eximuntur,generali ſermone non includuntur, vt plene not.
per Dy.in c. gener.& patet. ff.de lega.3.l. hæres meus.§.duæ
ſtatuæ.& ff.de le.2.l.legatorum.§.qui plures.& ff. de ali.& ci
ba.lega.l.alimenta.§.Baſilicæ.& l.Stichus nutricis.& C.fam.
erci.l.quotiens.& extra de offi.deleg.c.ſtuduiſti.Præterea ſi-
cut ſe habet priuatus ad priuatũ, ſic ſe habet magiſtratus ad
magiſtratum.ſed priuatus priuato nõ tenetur permittere cur
ſus aquæ priuatæ, imo poteſt aquam intercipere,ergo ſic pu-
blica perſona inter publicam, ſicut ſunt dicti duo Magnifici
domini.Sed vt dictum eſt,diſputare non oportet de flumine,
ſed de pace,quæ quo ad dominũ Mantuæ non frangitur:quia
dñs noſter ei nihil tenetur.nec frãgitur dño Marchioni:quia
hoc non reperitur in capitulis pacis,quæ eſt ſtricti iuris,ſicut
contractus trãſactionis, vt l.in ſum.in prin.de condi. inde.&
8 ff.de pac.l.conuentionum.† & de pace,& ſtatu ſuper pace,ꝙ
ſint ſtricti iuris.etiã de iure canonico eſt text. in d.c. iniuria.
extra de iniurijs. Item omiſſum habetur pro omiſſo vt ff. de
verb.obli.l.ex ea parte.§.in inſulam.& ff.de contrahen.emp.
l.fiſtulas.§.frumenta.& ff.ſol.ma.l.ſic cum dotem.in prin.&
ex his poteſtis reſpondere ad capitulum primum.de pace fir-
manda.quia ibi legiſlator procedit vlterius ad grauandũ quæ
dam delicta etiam ſingularium perſonarum ad ſingulas per-
ſonas, quæ ſingulæ perſonę pacem rumpere non poſſunt: tñ
tempore pacis eorum maleficia grauiora ſunt, vt in titulo de
pace tenentur da. c.Federicus.§. ſi quis aduocatiua. alias eſt
certum per ſe.& facit quod no.ff.de regu.iur.l.aliud.§.refer-
tur.Sed & illud non eſt omittendum, quod in capitulis pacis
continetur,ꝙ non poſſit,nec debeat aliqua dictarum partiũ,
nec aliqua ex dictis partibus dare paſſus, vel victualia aliqui-
bus gentibus armorum,quæ vellent intrare in lombardia,vel
in italia,& ſpecialiter per pontes,vel aquas &c.Et ille,qui fe-
cit nouum pontem,præbuit materiam itinerari,& paſſus, &
proinde reddit gentes armigeras robuſtiores,& habiliores,&
audaciores, quam eſſent per prius, & ideo nemo dubitat di-
ctum tale in beneficio pacis non comprehendi: quia non ſo-
lum cogitat,ſed agit,& perficit aptitudinem ex occaſione da
ta cõtra ea,ꝗ pacis ſunt,vt ff.ſi vſuſfru.peta.l.1.§.1.& §.vtrũ.
& no.ſpecialē.C.de re milit.l.ſi quis barbaros.lib.12.Quis
ergo foueat eum in pace,qui rumpit federa pacis.vt ff.loca.l.
quæro.§.inter locatorem.& lex non iuuat eum,qui incidit in
legem, vt ff.de mino.l.auxilium.§.in delictis. Illud etiam eſt
ſciẽdum,ꝙ non dicitur offendere ille,qui aliquid facit iuſte:
ſed ille,qui aliquid patitur iuſte, ille, dicitur offendiſſe, vt ff.
de inoff.teſt.l.teſtõ cætero.C.de adult.l.grauis.C.de his,qui
ad eccle.confu.l.ſed ſeruus.ff.de leg.1.l.quid ergo.§.ſi hæres.
ff.de ver.ob.l.qui ſeruum.C.de libe.& eo.li.l.2.& ff.de cõdi.
obl.l.qui damni cum filium. Allegationes mei Bald.de Peru-
ſio pacem veram ſemper ſuadentis,& optantis, & quãtum in
me eſt cordialiter ſuadentis pro bono publico.Sciendum eſt,
ꝙ domini quandoque volunt mutare alueum publicum de ſuo ter
ritorio in ſuum territorium,& poſſunt, & ita obſeruatur de
iure,& de facto.quandoque de alieno in alienum, & non poſſunt:
quandoque de ſuo in alienum,& non poſſunt,quandoque de
alieno in ſuum,& non poſſunt,niſi poſtquam aqua in ſuũ ter
ritorium intrauit,vt iſta probantur.ff.ſi ſeruitus vendicetur.
l.ſicut.§.ariſto.cum ſi.Conſiderandum etiam eſt, quia terri-
torium domini noſtri, vel ipſe dñs non debet domino Mar-
chioni Ferrariæ ſeruitutem altius non tollendi,ſeu non ędifi-
candi in ipſius domini noſtri territorio, ſicut nec econuerſo,
cũ territoria ipſa ſint libera, vt C.de ſeruitu. & aqua.l.altius.
Item nec per viam perſonalis obligationis, quæ diuerſa eſt a
ſeruitutibus, vt ff.de ſerui.ru.præd.l. pecoris.& ff.de ſerui.l.
vt pomũ.& ff.de contrahen.emp.l.fi.§.fi.& ff. de ſeruitu.leg.
vt patet.extra de præben.c.niſi eſſet.poteſt dici hinc,vel inde
aliquod vinculum contractum, quod veniat ad impediendã
libertatem arbitri hinc,vel inde in proprio territorio,quia di-
ctum eſt,verba habent limitare contractum, & ad ſuam for-
mam reſtringere, vt no.ff.de pact.l.emptor.§.Lucius.& in ob
ligatione verborum deſiderantur verba, vt plene no.per doct.ff.
ſi cer.pe.l.cum quid.Demum conſiderandum eſt, ꝙ dñs no-
ſter nihil immittit,vel immittere vult in territorium domini
Marchionis,quia flumen, de quo quæritur,ingreditur padũ,
antequam perueniat ad territoriũ domini Marchionis: & ma
xime cum proinde flumen padi non immutet ſuam qualita-
tem.Cum ergo ex ipſius territorio nil immutatur, fruſtra de
iure vel alterius iniuria conqueritur, vt ff. ſi ſeruitu.vendi.l.
loci corpus.§.competit.vbi eſt notabilis regula, ꝙ ille demũ
dicitur offendi,qui ſuo nomine ius agendi conſequitur ea ta
li,nec conſideratur affectio, vt no.Bar.ff.de ver.ob.l.ſi ita ſti-
pulatus.§.griſogonus.in fi.facit quod no.Inn.extra de appel.
c.dilec.Illud non eſt omittendum,ꝙ intereſſe lucri,quod prę
tendit dñs Marchio,non debet hic conſiderari, quia eſt inte-
reſſe extra rei.i.ex opera,nõ ex re, vt C.de ſen.quæ pro eo.l.vni
ca.§.quæ in alijs.& ff.de ac.emp.l.ſi ſterilis.§. cum per vendi
torem.& ff.ad leg.fal.l.ſi hæres.Porro cum.d.Marchio con-
ſenſerit illi clauſulæ, ꝙ vnuſquiſq; in ſuo territorio poſſit ędi
ficari facere pro libito voluntatis, ſequitur, ꝙ non põt de tali
ędificio cõqueri.nam ſub iſta generalitate verborum,quæ ad
liberam voluntatem referunt, nihil venit reſtringendum,quia
multum refert, vtrum verbum voluntatis ponatur inter con-
trahẽtes, an vero per hunc ſermonem detur poteſtas cuidam
tertio.primo caſu etiam ſi inique quis arbitretur in ſpecto iu
re cõi,tamen non arbitratur inique inſpecta lege conuentio-
nis,quia volenti,& conſentienti non fit iniuria,nec dolus.&
hoc patet.ff.de lega.2.l.cum quidam.& ff.de leg.2.l. fideicõ
miſſa.§.quanquam. ſecũdo caſu bene recepit reſtrictionem
de arbitrio boni viri ſecundum quoſdam, ſecundũ alios nõ,
vt no.Cyn.C.de dotis pro.in l.ſi cum ea.Cũ igitur laudũ fuerit
emologatum,illa verba fuerunt prolata inter ipſas partes:er-
go intelligantur non ſolum de iuſta,ſed etiam de mera, & nõ
iuſta voluntate.per.d.§.quanquam.& per prędicta apparet re
ſponſio ad l.creditor.§.Lucius.ff.mandati.& facit quod not.
C.de contrahen.emp.l.in emptis.& l.fi.& in l.1.ff.de leg.2.
Conſiderandum eſt etiam, ꝙ clauſula pacis,quũ ſuperueniente ca
ſus inopinatus, ad cuius exiſtentiam oportet prouideri pro
bono publico ſubditorum,non excludit remedia opportuna
etiam ſi contra effectum pacis fieret aliquid non principali-
ter,ſed conſecutiue.arg.ff.quod vi,aut clam.l.ſi altius.§.eſt &
alia.& quod notatur in l.ſi mulier.ff.rerũ amo. Ex his omni-
bus ſurgunt tales concluſiones pro primo, ꝙ dñs noſter quo
ad dñm Marchionem ędificare poteſt:& maxime pp dicta ge
neralia verba: quia effuſus ſermo conſueuit pręiudicium ge
9 nerale:ut C.de dote.promiſſ.l.fi.§.fi.† & eſt notandum,ꝙ ge
neralis ſermo,qui venit ad ampliandum poteſtatem datã iu-
re com-

re communi, nullam recipit reſtrictionem. & no. per Iaco. de
Are. & Bar. in l. 1. §. item nunciatio. ff. de no. oper. nun. & ple-
niſſimè per Bar. in repetitione legis. 1. C. de ſac. ſan. eccl. 2. cō
cluſio, ꝙ dñs noſter nedum in facto, ſed ēt facto, & per actus
ædificij, de quo quæritur. quæſtio nunc eſt in ſicco poſito in
aqua, & curſu fluminis, non eſt, nec dici poteſt fractor pacis
10 conſideratis, q̃ ſuperius dicta ſunt. † Circa hoc quatuor ſunt
caſus. nam quandoque facto hominis ex publico nocetur pu
blico, & hoc non pōt fieri. ff. de aqua plu. arc. l. ſi autē. qñque
ex priuato nocetur priuato: & tunc poteſt fieri, niſi ei, cui no
cetur, ſit aliquod commodū deputatum a iure, vel pacto, vel
præſcriptione: vt ff. de aqua plu. arc. l. ſi in meo. vel dic vno
verbo, ꝙ ille obtinet, qui habet iura potiora. vt l. præſes. C. de
ſerui. & aqua. per Cyn. quandoque ex publico nocetur pri-
uato. i. ex eo, quid ſit in publico: & hoc non poteſt fieri, ſi pri
uato eſt ius quæſitum. quandoque ex priuato nocetur publi-
co, puta nauigatione: & hoc non poteſt fieri: vt l. quomi-
nus. & iſta vera ſunt de iure communi. Sed nos non ſumus in
iure communi, ſed pacto. & dico, quòd conſiderato pacto nō
ſit contra pacem: vt l. quamuis. de in ius voc. l. 3. §. ſi quis vo-
11 lentem. de lib. ho. exhiben. & hoc 4. rationibus. † Primo ra-
tione verbi, pro libito voluntatis. nam ex natura ſermonis
iſta verba non reducuntur ad arbitrium boni viri: vt l. fideic.
§. q̄q̄. de leg. 3. & ff. ad Tre. l. quia poteras & C. de hæred. inſt.
l. cum proponas. Secundo ex natura termini aduerſatiui. nā
dictio, tamen. eſt dictio aduerſatiua, vnde cohæret etiam pri
mo capitulo pacis. i. dicere, facio pacem. tamē & c. ff. ad treb.
12 l. Lucius. quæ habebat. † Tertio etiam ex natura termini re-
ſtrictiui, nam iſta dictio, tamen. omnia præcedentia reſtrin-
git. Item etiam illa verba faciunt pacem. vt infra hoc impor-
tat. i. ſaluo: vt infra dicam: vt C. de inſti. & ſubſtitu. l. pe. & l.
item labeo. §. 1. ff. fa. her. Eſt & quarta ratio. ſ. mutatio cōditio
nis, & qualit. rerum. nam nouus pons, qui dedit occaſionem
nocendi terris domini, certe dat domino conſilium reſiſten-
di. vt ff. de le. 2. l. cum pater. §. titia. vltimo iſta verba, tñ poſſit
& c. non recipiunt reſtrictionem. Item ſufficit, ꝙ ſumus extra
pœnalem caſum: vt ff. de condit. & demon. l. in teſtō. el 1. &
l. mulcta. in prin. & ibi per Bar. Item quod non licèt per ſe, li-
cèt per accidens, vt ff. de verb. obl. l. qui ſermo. Nam quandò
antecedens non prohibetur etiam conſequens, vt no. in l. iu-
riſdictio. ff. de iuriſ. om. iudi. Item vt dixi ſuperius, non debet
haberi ratio lucri, quod non eſt deputatum a iure conſuetu-
dine, vel pacto. Nam & ſi lucrū, quod adminiculo territorij
mei alteri quæritur, auferā, non dicor ei frangere pacē, quan-
do ex cauſa aufero non valēs aliter me defendere ab inſidi. s.
ar. ff. quod vi, aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. Item pactum de
bet aliquid operari. vt in l. ſi quando. de le. 1. Item ſicut ſe ha-
bet conuentio inter priuatos, ſic ſe habet conuentio inter do
minos, quæ ſi reducūt ad inſtar priuatorū, facit ad prædicta,
quia cauſa immediata reſpicitur non remota, vt l. verum. de
fur. & l. ſi mulier. rerum amotarum. & hæc dico retentia alle
gationibus aliàs factis. Item qui iuſte facit, non incidit in pœ-
nam. vt ff. de uerb. ob. quidam cum filium. Itē pœna requirit
factum conſummatum. vt in c. perpetue. de elec. in nouella.
niſi ſit adiecta facto præſenti, & damno futuro. l. labeo. de ſta
13 tu lib. † Item ſciendum eſt, ꝙ quandoque præcedit inimici-
tia perſonalis, & de ea ſit pax, & talis pax nō rumpitur niſi per
perſonalem offenſam: quia guerra, & pax ſunt relatiue oppo-
ſita, & quod de vno prædicatur affirmatiue, de reliquo prædi
catur negatiue. facit quod no. Bar. in l. 4. de verb. ob. §. catho.
Interdum præcedit inimicitia tam perſonalis, quàm realis, vt
guerra, quæ eſt inter dominos, & communitates, & tunc ſiue
fiat offenſa in perſona, ſiue in rebus, rumpitur pax, vt no. Bar.
ff. de pub. l. illicitatio. §. quod licite. quod verum eſt, ſi fiat of-
fenſa retro ſimilis, puta guerrezādo, vel hoſtilizādo, vel ſtatu
tū, vel honorē alterius deuaſtādo puta furādo caſtrū, vel arcē,
vel mittendo ruinas clandeſtinis artibus ſuper territorio alte
rius. Si vero offenſa non ſit eiuſdem generis. i. non ſit retro ſi-
milis, tunc non dicitur pax rumpi. nam pax quædam eſt tran-
ſactio, & ideo refertur ad lites, quę ſunt eiuſdē generis, & non
ad alias: vt C. de tranſac. l. ſi certa. Nam cauſa, & mens verbo-
rum intuenda eſt tanquam reſtringēs verba indefinita, & am-
bigua, vt legitur, & no. ff. communia prædio. l. ſi in venditio-
14 ne. in fine. † Item præmittendum eſt, ꝙ aliquid ſit in flumine,
propter quod ipſum flumen in ſe efficitur magis damnoſum
publice tranſeuntibus. quandoque per reſcriptū ad aliud flu-
men, & hoc contingit quatuor modis, nec ſunt alij nauigabi
les, & ſic de publico ad publicum. vt ff. de fluminibus. l. quo-
minus. & l. ſi autem. de aqua plu. arcē. de priuato ad priuatū:
vt C. de ſerui. & aqua. l. prǽſes. & de aqua plu. arcē. l. ſi in meo.
de publico ad priuatum, & de priuato ad publicum. & quia
iſta non pertinent ad noſtram materiam, non proſequor, nec
illuſtris dominus comes quærit ſcire, vel informari ſuper hoc
de iure communi: ſuper quo doctores & rogati ſunt, bene di
cerent veritatem, quando interrogarentur. Sed tantū vult hoc
ſcire, vtrum per dicta ædificia nedum remota aqua a ſuo ſoli
to curſu, vel etiam ſi ea remoueri contingat præcedēte culpa,
& machinatione, vel inſidijs domini Mantuani pax facta la-
nuæ rumpatur, cum ipſe dicat, & proteſtetur, ꝙ intendit, pa-
cem obſeruare, & flumen non diuertere niſi pro euidenti, &
neceſſaria ſua defenſione, puta ſi dominus Mantuę per pontē
nouum, quem fecit facere, vel permitteret tranſire gentes ini-
micas dicti domini comitis. & certe ſuper iſto puncto licèt
forte in conſilio æquitatis naturalis eſſet aliud domino ſuadē
te propter multa, quæ euenire poſſunt ſecundum ſtricti iuris
rationem, dictus dominus comes non rumpit pacem. Et ad
euidentiam præmitto, ꝙ in hac q̃one ſunt duo conſideranda.
primo præſens ſtatus rei per præſentiam eſt reducibilis in pri
ſtinum ſtatum. Item & per deſiſtentiam ab opere. unde non-
dum eſt conuentio conſummata, & pp conſequens nondum
eſt nentrum contra: ut ff. quod quiſque iuris. l. 1. §. hæc uerba.
& C. ſi mancip. ita fuerit alie. l. ea quidē. & hoc manifeſte ap-
paret: quia ex his, quæ hucuſque facta ſunt, nullus læditur, &
nullus tanquam lęſus agere poteſt. Item tractus futuri tempo
ris non ſpectat ad iudicem, niſi ubi nominatim hoc lege caue
tur: ut l. 1. in prin. ff. de uſu. nec eſt uerum, ꝙ in ciuilibus caſi
bus id, quod eſt proximū fieri, habeatur pro facto, ut notatur
in l. ſi quis non dicā rapere. & eſt ratio: quia nondum intereſt
aduerſarij. facit quod notatur in c. perpetuæ. de elect. lib. 6. in
nouella. uerum quia dñs comes non facit pręparatorium, niſi
ad finem, uideamus utrum ſequuto fine rumpat pacē. & hoc
poteſt conſiderari tripliciter, uno modo ut rumpat pacem do
mino Mantuano. & dicendum eſt, ꝙ non, quia cū eo non eſt
celebratus ꝯctus pacis: & ubi non præcedit habitus, ibi non
eſt dare priuationem: ut ff. de uerb. obl. l. decem. & ff. de con-
dit. & demō. l. titia uſufru. Secundo eſt conſiderandum, utrū
pp dominum Mantuanum, qui offenditur, eſt, ꝙ offenderet,
intelligitur pax rumpi dño Marchioni. & dico, ꝙ non, etiam
15 ſi eſſent fratres carnales. † nam ita eſt terminatum in iure, ꝙ
ſi eſſent duo fratres, & unus eſſet meus inimicus, & alter nō,
& facio pacē cum inimico, deinde occido fratrem eius, ꝙ pp
talem offenſam nō rumpitur pax. ff. de uer. obl. l. ſi ita ſtipu. §.
griſogonus. & ibi per Dy. & Bar. & eſt expreſſum in c. 1. de eo,
qui interfecit fratrem domini ſui. col. 10. Et hoc patet per lo-
cum a ꝯtrijs: quia ſi ille, cum quo non habeo pacem, interfice-
ret me, non teneretur ad pęnam pacis ruptæ: debent enim cō
tractus eſſe compatibiles, ut ff. de ac. emp. l. Iul. §. emptor. &
l. fin. ff. de acceptilationibus. & l. ultima. C. de inde. uiduitate
tollen. & ff. de reg. iur. l. ex qua perſona. & C. de fur. l. manife-
ſtiſſimi. §. ſed cum in ſecunda. Tertio poteſt conſiderari dñs
Marchio principaliter pp ſe: quia dicit ſuum flumen padi in
territorio ſuo fieri ſtrictius, uel remiſſius cum damno nauigā
tium, uel circuncolentium artem nauigandi, quod ipſius dñi
Marchionis damnum reputatur: ut C. de cadu. tol. l. 1. in fi. eū
intereſt reipublicæ locupletes habere ſubiectos. facit quod
notat Iun. extra de appel. c. dilectus. nam licèt hoc eſſet uerū,
quod in facto negatur: tamen iſtud eſſet modicum quid. ar.
ff. de in integ. re. l. ſcio. Item poſito, ꝙ eſſet magnum intereſſe,
tamen pax non rumpitur cauſis, & rationibus ſupraſcriptis,
uidelicet pp noui caſus emergentiam, propter propriè ſalu-
tis conceſſam prouidentiam, propter uoluntatis contrahen-
tium uerba, & ſententiam; propter intolerabiles inſidias, &
propter remedia adhibenda, ubi res dilationem non patiunt.
& quia res deuenit ad nouū caſum, de quo fuiſſet aliter pro-
uiſum,

uiſum, ſi fuiſſet cogitatum, ex quo imminet periculoſa calamitas: quæ omnia ſunt in ſuperioribus perfectiſſime declarata, ex his apparet quid iuris in diſputatione fori. Sed quia iſtæ diſputationes poſſent eſſe periculoſæ quo ad ſtatũ totius italiæ: & quia tales leges, vt dicit Beatus Bernardus, ſunt potius lites quàm leges, ſuadeo omnem materiam ſuſpitionis remoueri hincinde, & pacem ſine inſidijs ſeruari, quod placeat omnipotenti deo ad hoc, vt propter guerras Paradiſus italiæ non diſſoluatur &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCVI.

1 *Tractat de quadã confiſcatione bonorũ, & an veniãt dotalia.*
2 *Iudex, qui facit litem ſuam, ad quid teneatur.*

Viſa ſententia lata per dominum Muxe vice Capitaneũ &c. & eius collegas contra Marcum pictorem, in qua continetur, qualiter contra dictum Marcum proceſſum fuit per inquiſitionem, nec non ad intimationem prouiſorũ communis Tergeſt. eo ꝙ dum dictus Marcus habitaret in ciuitate Tergeſt. venit in dictam ciuitatem quidam presbyter Georgius forenſis, & quæſiuit bona meuij de damna ſcripta in inquiſitione prędicta, quę bona dictus presbyter Georgius quęſiuit a dicto Meuio iure ſucceſſionis: poſt quam ſucceſſionem dictus presbyter venit in dictam ciuitatẽ Tergeſt. & nupſit dominam Giliam filiam ſuam ſupra dicto Marco pictori tunc habitanti Tergeſt. quæ bona dictus presbyter Georgius dedit dicto Marco in dotem, & dotis nomine. quę bona ſic habita per dictum Marcum in dotem, & dotis nomine a dicto presbytero Georgio, dictus Marcus tenuit, & poſſedit, laborauit, & vſufructuauit per plures, & plures annos pacifice, & quiete. & deinde poſt acquiſitionem dictorũ bonorum eidẽ dicto nomine datorum dictus Marcus receſſit a ciuitate Tergeſt. & ab habitatione dictæ ciuitatis vnà cum dicta dña Gilia, & iuit extra diſtrictum dictæ ciuitatis: & continuo poſt dictum receſſum habitauit extra diſtrictum dictæ ciuitatis: & ſimiliter dictus presbyter Georgius receſſit ab habitatione dictæ ciuitatis poſt dictam acquiſitionem, & continuo ſtetit extra dictam ciuitatem, & eius diſtrictum, & ideo dictus vice capitaneus condemnauit dictum Marcum in florenis. l. & ꝙ amittat dicta bona ſecundum formam ſtatutorum communis Tergeſt. quæ tandem bona poſtea fuerunt vendita per commune vigore dictæ ſententię dicti domini vicecapitanei mandatæ non obſtante proteſtatione dicti presbyteri Georgij, ʒ quem dominum Muxe actũ eſt per dictum presbyterũ Georgium, & eſt expoſita quęrimonia, prout in actis apparet. quæritur, quid iuris, & dicendum eſt, ꝙ dictus do. Muxe, & ſua curia quadrupliciter errauerunt. Primò quia formauerũt dictam inquiſitionem inualidam dicta bona confiſcando. Secundò, quia imperite proceſſerunt, ſpreta proteſtatione dicti presbyteri. Tertiò, quia male pronuntiauerunt. Quartò, quia iniurioſam exequutionem fecerunt. Et ad euidentiam primi,
1 & tertij erroris eſt præmittendum, † ꝙ propter delictum mariti dos non poteſt confiſcari: imo debet mulieri reſtitui tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, vt ff. ſo. ma. l. ſi marito publico iudicio damnato. & no. ff. de bo. damna. l. quãdoque in legibus. & extra de pig. c. ex literis. & facit. l. 1. C. de pœnis fiſcales creditores præferri. li. 10. & C. de bonis dam. l. ſi quis poſt hac. & C. de dona. inter virum, & vxor. l. donationes. vnde cum in inquiſitione fiat mentio, ꝙ res erant dotales, & in ſententia idem recapitulogetur: apparet euidenter, ꝙ inquiſitio fuit iniuſta quantum ad concluſionem bonorum confiſcan-
2 dorum, & ideo dictus d. Muxe fecit litem ſuam, item dico, ꝙ dictus d. Muxe male proceſſit: nam ſi inquiſitionem ſuam diligenter ponderaſſet, ſibi liquido apparebat, ꝙ ſi bona fuerãt dicti presbyteri, præſumebantur ſua durare, niſi probaretur alienatio, vt C. de proba. l. ſiue poſſidetis. vnde cum non fuerit probata alienatio. i. in dotem datio, & tradiuo ex atteſtatione in dicta inquiſitione per dictum inquirentem, eſt fundata proteſtatio dicti presbyteri, vt ff. de re iudi. l. a diuo. §. ſi ſuper rebus. dixi quarto, ꝙ male fuit proceſſum ad exequutionem: quia ſententia non merebatur exequutionẽ, vt ff. de per. & cõmo. rei ven. l. lectos. & ff. de euic. l. ſi pignora. & ff. quod quiſque iuris in alterum ſta. l. 1. & ibi not. dictus ergo dominus Muxe debet condemnari ratione imperitiæ, videlicet, ꝙ aut caret poſſeſſiones reſtitui presbytero ſpoliato, & nihilominus in alijs damnis, & expenſis ſecundum formam libelli contra eum porrecti: quia ipſe ſic procedendo ſpoliauit indebite dictum presbyterum. aut ſi nõ poteſt reſtituere poſſeſſiones, condemnetur, quanto magis intereſt dicti presbyteri poſſidere, quàm petere ab occupantibus. i. in æſtimatione poſſeſſionis. Non enim dictus presbyter amiſit aliquod dñiũ, ſed poſſeſſionẽ, & ideo ſola poſſeſſio æſtimatur iudicis arbitrio, vt ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. poſſeſſionem. & ff. vti poſſi. l. ſi duo. §. fi. & nihilominus eſt condemnandus in expenſis, & damnis prouenientibus occaſione litis. vt C. de fructibus, & litis expen. l. non ignoret. facit. ff. de varijs, & extraord. cogni. l. ſi iudex. & inſti. de obli. ex quaſi maleficio. in principio. & in 10. col. de pace iuramen. firman. & ſeruanda. §. iudices vero. Sed non eſt omittendum, ꝙ cum iniurioſa fuerit exequutio prædicta, poſſunt dicti iudices ad quos eſt recurſum, ſi officium eorum ad hoc ſe extendit, in irritũ reuocare dictam exequutionem tãquam perperam, vt C. vnde vi. l. meminerint. & in l. 3. de admin. rerum ad ciui. perti. & no. in l. minor. in prin. ff. de euic. & extra de purga. vulga c. ſignificantibus. & ſi hoc facerent, multum prodeſſet dicto domino Muxe: quia dictus presbyter recuperaret ſuam poſſeſſionem, vt l. 1. C. de re iudica. damna vero, & expenſas dictus dominus Muxe nullo caſu poteſt euitare, vt C. de excuſ. tutorũ. l. ſeueriter. & ad prædicta quod no. Cy. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCVII.

1 *De intellectu ſtatuti mandãtis vinum vendi ad certam menſuram, & prohibentis vendi alibi, quàm in taberna.*
2 *Vbi ſunt deputatæ certæ menſuræ, per alias menſuras vendi, non debet, alias committitur fraus.*
3 *Quid veniat appellatione tabernæ.*

1 Statuto † cauetur, ꝙ menſuratores vini iurare debeant, ꝙ ſuum officium ſine fraude exercebunt, & menſurabunt quibuſcunque perſonis requirentibus eos, qui menſuratores debeant habere vrnam, mediam vrnã, conzium, & medium conzium. alio ſtatuto cauetur, ꝙ datiũ magnum vini, quod venditur in tabernam, incantari debeat &c. & ꝙ quælibet perſona vendens vinum in taberna ſoluere teneatur communi, ſiue datiario deputato certam quantitatem: & debeat vendere cum dictis menſuris ſub pęna 25. lib. pro qualibet vice. poſtea huic ſtatuto eſt additũ, videlicet, ꝙ ſi quis vendiderit vinum ad ſuratulam, cadat ad pœnam lib. l. & reficiat damnum datiario. Modo fuit proceſſum ʒ quandã enixam, quòd vendidit vinum clam alibi, quàm in taberna, & in damnum datiariorum. quæ enixa ſe excuſauit, & dixit, ꝙ vendidit ad quandam menſuram, quæ vocatur ſcutella: & eſt de cõſuetudine loci, ꝙ poſſit vendi cũ dicta ſcutella alibi, quàm in taberna ſine ſolutione alicuius datij. veruntamen iudex condemnauit dictam enixam in lib. l. vigore dictæ additionis. conuenitur nunc iudex in ſyndicatum, tanquam fecerit litem ſuam. quæritur, quid iuris. † Et ad euidentiã eſt præ-
2 mittendum, ꝙ vbi ſunt deputatæ certæ menſuræ, ad alias mẽſuras vendi non debet, ne fraus committatur in pręiudicium gabellariorum, quæ leges, & ſtatuta fraudari non debẽt. vt C. de legi. l. non dubium. & ff. de legi. l. fraus. & ff. de iure patro. l. ſi libertus maiorem. & ideo ne fraus committatur de menſura ad menſurã. Itẽ quia nihil refert, quid ex æquipollentib. fiat: & quia minuta rediguntˀ ad groſſa, & econuerſo. Item vt tollatˀ materia fraudandi, & delinquendi, & ne fraudetˀ datiũ, quod eſt pro publi. vtili. inuentũ, dico Ego Bal. infraſcriptus rõnabiliter fuiſſe cõdẽmnatã virtute additionis dicti ſtatuti.
3 † Nam taberna dici poteſt largo modo, vbicunque vinũ venditur ad minutum: ſiue nos inſpiciamus legis diſpoſitionẽ, ſiue communem vſum loquendi, qui debet inſpici: vt ff. de fun. inſtruc. l. tabernæ. & l. cum delanionis. §. Aſinam. & ff. de lega. 3. l. libertorum. §. quod tamẽ caſſius. licèt hoc nomẽ, tabernæ habeat multas ſignificationes: vt ff. de pign. l. cum taberna.

berna.& ff. ad l.aqui.l.ſi ex plagijs §.tabernarius.& quia offi cialis iurauit ſeruare ſtatuta,& nō conſuetudines: ſatis eſt, q ſtatuta ſeruauerit: & maxime quia nō eſt probata cōſuetudo cum ſuis ſubſtantialibus: vt ff. de legi l. de quibus. Ego Bald.

CONSILIVM CXCVIII.

1 *Stante ſtatuto, quod punit ciuem, vel habitatorem alicuius loci conducentis vinum natum extra diſtrictum dicti loci ad portum eiuſdem, quis dicatur hoc caſu habitare.*
2 *Dicens aliquem ciuem, vel habitatorem debet illud probare.*
3 *Quis dicatur propriè habitator.*
4 *Presbyteri an veniant appella. habitatorum, & an comprehendantur ſub ſtatuto &c.*
5 *Si quis vi tempeſtatis conduxerit vinum ad locum prohibitū, an ſit puniendus.*

1 Statutum † ciuitatis Tergeſti. inter cetera prohibemus, q aliqua perſona cōdu[illegible] nō poſſit in ciuitate Tergeſt. aliquod vinum ortum extra diſtrictum Tergeſt. vltra vnam vrnam: ſub pœna. 10. librarū ortrepeum, & additum ſub pœna librarum. 200. & ſequitur poſtmodum in dicto ſtatuto verſiculus, qui dicit. Prætereà prohibemus, q aliqua perſona ciuis, vel habitatrix Terge. ſit, cauſa, modo aliquo, vel ingenio per terram, vel mare conducere nō poſſit aliquod vinum ortum extra diſtrictum Tergeſt. sub pœna. 300. lib. & amiſſionis vini. modo accidit q dn. M[illegible] fecit inquiſitionem cōtra Petrum Bocco. quem [illegible] ciuem vel habitatorem Terge. de conditione cuiuſdam barchæ oneratæ vino orto extra diſtrictum Terge. quā bar[illegible] dictum Petrum conduxiſſe in portum Tergeſt. & [illegible] Petrus reſpondendo dictæ inquiſitioni negauit eam. & inter cætera ſicut apparet in proceſſu dixit, q non erat, nec nunc eſt ciuis Terg. ſed Venetus tam origine, quàm & quia ſic fuit habitus, tractatus, & reputatus, & q ipſe Petrus tempore ſupradicto non erat habitator Tergeſt. ſed habitabat Cremonæ. & ideo ſtatutum non loquitur de ipſo, nam habet ſolūmodo duo capita, quorum vnum loquitur de ciue, aliud de habitatore: & alias perſonas dictum ſtatutum non comprehendit: vt C. nō liceat habitatoribus metropolita. l. 1. ff. ſol. ma. l. ſi vero. §. de
2 viro. † Et ad euidentiam [illegible] ſciendum eſt, q ille, qui allegat aliquē ciuem, vel habitatorem, debet probare ſi iſta qualitas reſpicit aliquod delictum, vel aliquam pœnam. Item ſi reſpicit forū, vel iuriſdictionem. & niſi probet, iudex non poteſt procedere, nec condemnare. & eſt ratio: quia hæc ſunt facti: & facta non præſumuntur, niſi probentur, vt not. Inn. extra de reſcriptis c. ſuper literis. & probatur in l. quæcunque. §. ſi. ff. de publiciana. & in l. prætor. §. docere. ff. vi bon. rap. & l. 1. §. occi-
3 ſorum. ff. ad ſilla. Item eſt † ſciendum, q ille dicitur propriè habitare, qui habitat cum ſua familia, & facit ibi focum, & alia, q̄ ſolēt facere habitatores: vt l. 2. C. vbi ſena. vel cla. & C. de agric. & cēſi. l. cum ſimus. & l. mulieri. ff. quib. mo. vſusfr. amit. Item præmittendū eſt, q iſta habitatio poteſt mutari pro libito voluntatis ipſius habitātis: dummodo mutetur facto, & animo, vt ff. ad muni. l. domicilium. Ex quibus apparet, q deciſio huius quæſtionis ſtat in hoc, vtrum conſtet de ciuilitate, vel habitatione, necne, videlicet tempore deducto in inquiſitione. Nam illud tempus inſpicitur, vt ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. & pro parte dicti inquiſiti ſunt productæ quædam literæ, quæ tamen literæ parum probant, vt ff. de teſtibus. l. 3. §. idem diuus Adrianus. Item ſunt producti quidā teſtes ad probādum, q dictus inquiſitus eſt Venetus. Sed hoc nihil prodeſt dicto inquiſito, quia ſufficit, q eſſet habitator tempore delicti. Hoc enim ſolum eſt videndum, & pro parte dicti domini Muxe videtur hoc probatum per plures teſtes, videlicet per magiſtrum Valentinum, dominam Claram, & per alios teſtes. ex quo ſequitur, q dictus inquiſitus legitime fuit condēnatus in 300. lib. dena. & in amiſſione vini, ſi quod
4 ius habebat in vino. † Nam ſi erat presbyteri, non potuit confiſcari: vt C. de [illegible] ſan. ecc. l. ſac. ſanc. theſſalonicen. eccleſia. Nec enim excuſatur venēdo contra prohibitionem ſtatuti, eo quod vinum conducat alienum ad portum, vt ff. loc. & conducti. l. placet. §. autem. Nec obſt. ſi dicatur, q priuilegio eccleſiaſtico debeat iſte conductor excuſari, ſicut excuſantur familiares pres[illegible] C. de epiſc. & cle[illegible] quia iſte non tanquā [illegible] ſed ratione mercedis ſtu[illegible] con ducebat: [illegible] me[illegible] ores. [illegible] facit cōtra [illegible] in portu, q[illegible] inde ſta
2 dũ eſt, † ꝙ quædam eſt coniunctio dictionũ: quædã orationũ;
quædã locutionũ, vt no. ff. de pec. le. l. quidã i teſtõ. Coniũctio
dictionum eſt, qñ vnus actus verbi regit duas diuerſas dictio
nes: vt lego Titio, & Seio talẽ fundum. Coniũctio orationum
eſt, qñ ſunt duę orationes cum copula: vt Titio fundum, item
Seio lego eundem fundum. Coniunctio loquutionum eſt etiã
de diuerſis rebus, vel perſonis: vt lego Titio fundum. item Se
io domum. præmitto etiã, ꝙ aliqñ vna determinatio determi-
net plura determinabilia: vt lego Titio, & Seio fundum. nam
lego determinat, determinabilia autem ſunt Titius, & Seius:
tunc propter vnitatem ſermonis legatarij ſunt coniuncti ver
bis. & re, quod idẽ eſt dicere, quod ſermonis vnitate. vt C. de
ca. tol. §. hęc ita tam varie. & hoc qñ teſtator non eſt loquutus
diſtributiue: nã ſi adiecisſet portiones, propter diſtributionẽ
portionũ non eſſent coniuncti re, ſed verbis tñ, vt ff. de hę. in
ſti. l. interdũ. nã vbi eſt diuiſio volũtatis diſtribuentis portio-
nes, ibi dr̃ eſſe realis diſtinctio, remanente tñ cõiunctione ver
bali. & vtrunq; procedit a vobis virtute, & teſtatoris volunta-
te, vt ff. de leg. 3. l. re coniuncti. in 1. & 2. reſpon. Qñ igit̃ duæ
ſunt orationes copulatæ, tñ quælibet ſtat per ſe, talis copula
non facit coniunctionem verbalem: quia ſunt diuerſę termi
nationes determinantes diuerſa determinabilia, vt not. ff. de
hęr. inſti. l. liber homo. §. Titius. & vbi eſt portionum diſtribu
tio, ibi non eſt coniunctio rei: & hoc patet per locũ ab effectu,
quia non parit ius non diminuendi. item quia ſermo teſtato-
ris non attribuit ſuam virtutem cuilibet inſolidum. Ex quib.
ſic concluditur, ꝙ diſtributio partium remouet realem, diſtri
butio vero orationum remouet verbalem coniunctionem: &
iſta eſt ipſa veritas. Et duo verba principalia faciunt duas ora
tiones, quas dyalectici appellant cathegoricas, quia quælibet
earum habet ſubiectum, & prędicatum, & principales partes
ſunt de per ſe. Vnde nulla eſt hic copulatiua: quia nõ copulat
neq; ſenſus, neq; verba, cum quælibet per ſe habeat cõſtructiõ
proprium, & ideo eſt vnio. Et ſicut ſe habet diſtributio par-
tium ad diſcretionem realem, ſic ſe habet diſtributio oratio-
num ad diſiunctionem verbalem. hęc probantur expreſſe in-
3 ſti. de leg. §. ſi coniunctim. in 2. reſpon. † Quod dixi, ꝙ plurali
tas orationum facit ceſſare coniunctionem verbalem, quan-
tum pertinet ad ius accreſcendi, eſt verum, ſi quælibet oratio
ſit perfecta in nomine, & verbo. lego Titio fundum, & Seio le
go eundem fundum. ſed ſi vna oratio eſt perfecta in nomine,
& verbo, alia etiam eſt ſine verbo, vt lego Titio fundum, & Se
io eundem fundum. tunc eſt copula verba. vel quia verbum,
lego. ſemel poſitum commune eſt, & influit ſuper toto. vt ff.
de leg. 2. l. cum pater. § cum imperfecta. in verbo ad commu-
nionem aſſumitur. & ita poſſet intelligi opi. do. Raynerij, qui
dicit coniunctionem verbalem eſſe in orationibus copulatis.
Hoc modo poteſt reduci ad concordiam opi. Bart. in l. tripli-
ci. ff. de verb. ſig. cum opinione Raynerij. Ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM CCXII.

1 *Donatio facta ſub modo præſtandorum alimentorum, ſi alimẽta non præſtentur, reuocatur. & nu. 3.*
2 *Non præſtans alimenta non poteſt moram purgare, niſi infra paucos dies.*
4 *Ceſſante, ſeu reſoluta affinitate an valeat donatio inter perſonas prohibitas.*

1 Ad euidentiam † eſt præmittendum, qñ ali
qua donatio fit ſub modo
præſtandorum alimentorum, niſi alimenta præſtentur, dona-
tio reuocatur, & competit rei donatæ repetitio, & vtilis rei vẽ
2 dicatio, vt C. de dona. quæ ſub modo. l. 1. † Secundo præmit-
tendum eſt, ꝙ ille, qui non præſtitit alimenta, non poteſt mo-
ram purgare, niſi infra paucos dies, vt no. Cy. i d. l. 1. & proba
tur. ff. de ver. ob. l. ſi ita quis. §. Seia. Et biennium non dr̃ infra
paucos dies certa, nec annus in alimentis, vt ff. loca. l. diem. §.
inter locatorem. Nam alimenta non deſiderant moram, ſed
ſubſidium, vt ff. de ferijs. l. 2. Et ideo iſte donatarius, de quo
quæritur, ſi fuerit interpellatus, & diu poſt interpellationem
non præſtitit moram, purgare non poteſt, ſed cecidit a dona-
3 tione. † Dubium tamẽ mihi occurrit, vtrum illa verba, quòd
dictus ſer Modeſtus debeat habere victum, & veſtitum. fa-
ciant moram. & dico, quòd ſic, vt ff. de manu. teſ. l. Meuia. un
de ſi donatarius neglexit ei dare uictum, & ueſtitum uigore
pacti, cui etiam eſt annexa ingratitudo, poteſt donatione pri-
4 uari, ut C. de reuocan. donatio. l. fi. † Dubitatur etiam, utrum
inter perſonas, de quibus quæritur, poſſit fieri donatio. & ui-
detur dicendum, quòd poſtquàm reſoluta fuit affinitas, ut
not. ff. de re iud. l. ſed hoc. ita fieri potuit, ſed dic, quòd ex quo
ex poſt facto euanuit dicta donatio, ut dictum eſt, expirauit
dubium. Non tamen omitto, quod ſubtiliter allegatur per l.
ult. C. de pact. quòd donatio præſentium, & futurorum om-
nium, ubi eſt mera donatio, non ualuit. & ſufficiant in hoc
puncto allegationes ſubtiliter factæ. finaliter tamen dico, ꝙ
qui non præſtitit alimenta, non debet habere donationis emo
lumenta. facit de conditio. appo. c. uerum. & ff. de donat. l. 3.
Ego Baldus de Peruſio.

CON-

C O N S I L I V M CCXIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd filiusfa. non poſſit ſe obligare ſine conſenſu, & parabola patris, an poſſit ſe obligare pro ipſo patre redimendo cum ipſius conſenſu.*

2 *Quid ſit parabola.*

3 *Stante ſtatuto, quòd contractus facti cum filioſa. etiam cum iuramento ſine patris conſenſu præſumatur ſimulari, quomodo intelligatur.*

4 *In ætate probanda ſufficiunt coniecturæ.*

1 Occurrit † dubium, ſi ſtatutum dicit, quòd filiusfa. non poſſit ſe obligare ſine conſen. patris, vtrum poſſit obligari pro ipſo patre redimendo cum ipſius patris conſenſu. & videtur, quòd non, quia conſenſus hic eſt loco autorita. & ideo pater eam in facto proprio præſtare
2 non poteſt: vt not. in l. 1. ff. de aut. tuto. & hæc vera, † quia illud verbum, ſine parabola. ſecundum communem intellectũ vulgi videtur ſonare in autoritatem præſtandam. arg. ff. man. l. ſi vero non remunerã. §. interdicta. Sed poſito, ꝙ poſſet obligari conſiderata cauſa. ſ. quòd redimendo patrem: vt ff. ſolu. matri. l. quãuis. nam hæc cauſa eſt pia, & neceſſaria. remanet quæſtio, vtrum ſtatutum debeat indiſtincte intelligi, an vero iſte caſus debeat excipi a ſtatuto quaſi per naturalem rationẽ, vt in Auth. ſi captiui. & dicendum eſt, ꝙ aut ſtatutum dat modum, vel formam, & indiſtincte eſt ſeruandum, vt ff. ad muni. l. quæſtionibus. aut aliquid diſponit, quod naturalis ratio abhorret: & tunc intelligitur ſecundum ius commune, vt C. de
3 nox. l. ſi ſerui veſtri. de conſue. c. cum dilectus. † Et hoc quoad primum ſtatutum. Sequitur aliud ſtatutum, quo cauetur, ꝙ contractus facti cum filioſa. etiam cum iuramento ſine conſen. pa. intelligantur ſimulati. circa quod dico, ꝙ patre qualitercunque conſentiente, etiam ſi non valeat conſenſus, tamen ceſſat fictio ſtatuti propter patris conſenſum: vt not. C. de his, qui. vt indi. l. polla. & ideo remanet dubiũ de iuramento: quia iſtud ſtatutum nõ videtur derogare iuri communi in caſu, in quo interueniat conſenſus patris, certe imo in caſu minorũ: vt aperte ſtatutum dicit. Conſidera ergo, ꝙ iſtud ſtatutum factum eſt odio creditorum: alia enim ratio non poteſt aſſignari, vt ff. de condi. inde. l. qui exceptionem. & iuramentum nõ valet in eo iure, cui non poteſt renuntiari: vt ff. de legat. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fi. Cum ergo ſtatutum expreſſe reprobet iuramentum, tale iuramentum nec validat ac. vt no. ff. de iu. pa. l. adigere. §. fi. nec impedit probationem minoris ætatis per teſtes: quia ſtatutum hoc diſponit expreſſe. nec in hoc iſtud ſtatutum eſt contra ius naturale, ſed contra ius poſitiuum: vt C. ſi minor ſe maiorem dixerit. l. ſi alterius. & ideo ſtatutũ eſt validum. Conſidera, ꝙ iurare ſuper ætate non eſt iurare ſuper futuro rei dandæ, vel fiendæ, ſed ſuper præterito. & iſta ſunt valde diuerſa, vt no. ff. de inſa. l. Lucius. Porro modus probandi non vergit in detrimentum ſalutis æternæ: quia non iurauit ſe non probaturum, videlicet ſe maiorem, ita ꝙ autoritas ſtatuti hoc pmittere poteſt, vt plene no. Moderni in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. & plenius per Moderniores. C. de legibus. l. non dubium. de iure autem non dubium, ꝙ minor ętas eſt probata, quia non præſumitur quis natus poſt matrimonium per locũ a communiter contingentibus: & quia non præſumitur ſtu-
4 prum. † Et in ætate probanda ſufficiunt non ſolum euidentię, ſed coniecturæ propter long. temp. tractum: vt ff. de probat. l. cum de ætate. Ego Baldus.

C O N S I L I V M CCXIIII.

1 *An filius naturalis, vel ſpurius poſſit viuente filia legitima, et naturali legitimari, vt ſuccedat tam in feud. quàm in quibuſcunque alijs bonis non ob. filia. & nu. 2.*

Caſus eſt talis, Quidam habet vxorem, & ex ea filiam, habet etiam ex quadam muliere filium natura-
1 lem, vel ſpurium. † Modo quæritur, vtrum prędictus poſſit legitimari, vt poſſit ſuccedere tam in feudis, cuiuſcuoque conditionis exiſtant, quàm in alijs bonis non obſtante, ꝙ filia legitima adhuc viuat &c. In feudis nos habemus talem textũ. naturales filij, licèt poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli, nec cum alijs vocantur. & ibi habemus talem glo. Quòd autem de naturalibus dicitur hic, ita intelligo, niſi iſti fiant legitimi, vt in feudo ſuccedant, & hoc nominatim dictũ fuerit ab Imperatore, & ſic ex. & præio. licebit, quod alias non liceret, vt C. de preci. impe. offe. l. quoọiens. & ita de facto accidit mutinæ in cauſa cuiuſdam hugonis contra paſſamontes, vt ferebatur. an autem, quod gl. dicit de naturali, habeat locũ in ſuperio. reſpondeo, aut legitimatio fit per ſereniſ. d. Imperato. vel per alium, qui habeat ab ipſo Imperatore ſufficiens mãdatum ad hoc, tunc idem, quod in naturali: aut alius habet mandatum ab Imperatore ad legitimandum naturales, & illud non extenditur ad ſpurios, quia nec nomine filiorum ſunt digni: vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fina. col. 7. & C. de natura. lib. l. vlti. ſi vero loquatur, an filia fęmina obſtet huic legitimando, debet diſtingui: aut eſt feudum regulare, in quo nõ ſuccedunt fęminæ, vt in 10. colla. qui feu. da. poſ. c. 1. §. hoc autem notandum. & tunc fœminæ non obijcitur legitima. aut eſt feudum irregulare, quia forte ex pacto tranſit ad fœminã: & tunc per authoritatem domini Imperatoris maſculus ſuccedat pariter cum fœmina, tamen non excludit fœminã, quin faciat ei partem: ſicut apparet ex communi ſtilo priuilegiorũ Imperialium, a quibus eſt arguendum, vt ff. de pecu. legat. l. ſi peculium. §. ſicut. Et quod dixi de legitimatione pręfati. d. Imperatoris, vel comitis habentis poteſtatem ad hoc, verum eſt in feudo ſeculari: ſecus in eccleſiaſtico: quia ad id Imperator legitimare non poteſt, ſi eccleſia ſit proprietaria: quia iuriſdictiones Imperatorum, & ſummorum Pontificũ nedum ſunt ſeparatæ, immo etiam obſtatiuæ: nec ſunt vſurpabiles: vt extra qui filij ſint legiti. cap. per venerabilem. & C. de teſtamen.
2 l. conſulta diualia. † Modo ſequitur videre de bonis allodialibus: & dicendum eſt, quòd Imperator conſueuit legitimare per ſe, vel per commiſſarium ſuum ſaluo iure legitimorum in parte. Et conſuetudines principum, niſi aliud appareat de mẽte eorum, pro conſtitutionibus debent haberi, vt in l. 3. §. fina. ff. de ſupel. leg. Hæc vera, quando legitimatio fit in vita patris, vel eo mortuo, antequàm filia immiſceat ſe hæreditati: alioquin ſi per immiſtionem eſſet ſibi quæſitum ius irreuocabile: niſi hoc nominatim eſſet ſibi a principe diſpoſitum, legitimatio non extenderetur ad bona, quæ proprie non ſunt hæreditatis: ſed ſunt bona ipſius filiæ, vt ff. ſi certum peta. l. eius, qui in prouincia. §. penulti. & quod ibi not. ff. de vulga. ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de ſepara. bon. l. 1. §. ſciendum. de reſcrip. cap. quãuis. lib. 6. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi per Moder. & facit quod leg. & no. C. de ſen. paſ. l. in quæſtione teſtamenti. Ego Baldus.

C O N S I L I V M CCXV.

1 *An ſi proauus, & retro progenitores acceperunt feudum pro ſe, & deſcendentibus ſuis tam maſculis, quàm fœminis in perpetuum, repellatur filia a ſucceſſione d. feudi, cuius pater, & auus receperunt inueſtiturã tantũ pro ſe, & filijs maſculis.*

2 *An vaſſallus renuntiando feudo præiudicet filio, ad quem pertinebat ſucceſſio.*

3 *An vaſſallus vendens feudum alicui cum pacto de retrouendendo cadat a iure ſuo, ſi fecit irrequiſito domino: & an præiudicet alteri ſucceſſuro in dicto feudo.*

4 *An per nouas inueſtituras dicatur receſſum a natura, et qualitate veterum inueſtiturarum.*

5 *An reſignatio feudi, & inueſtitura alteri facta poſſit probari per teſtes.*

Proponitur, ꝙ inueſtituræ antiquę a 50. annis retro fuerunt in filios, & deſcendentes in maſculos, & fęminas in infinitum. Sed ab annis 50. citra fuerunt in maſculos tantum. Ex quorum vltimo, videlicet, ex Bartholomeo de Saratico orta eſt, & in lucem peruenit domina Iſolda, quæ nunc viuit, quæ dicit, quòd non ob. inueſtitura patris, & aui, quæ fuit in maſculos tantum, ipſa venit ex inueſtitura proaui, & antiquorum: ex quorum inueſtituris toti poſteritati eorum, & vtrique ſexui ius acquiſitum eſt. Mõ quęritur, vtrum inueſtitura antiquorum ei proſit: an vero inueſtitura modernorum, ſeu moderniorũ. i. aui, & patris, q̃ fuit reſtricta ad maſculos tm̃. & cõſuetudo ex tanto tempore inua-

leſcens dictæ dominæ Iſoldæ habeat præiudicium generare.
1 Et iſte paſſus eſt multum dubitabilis. † Nam natura feudorũ
hæc videtur eſſe, ꝙ propter patris culpam generatur filio præ
iudicium, vt no. in c. 1. §. autem qui dñm. quæ ſit prima cau-
ſa beneficij amitten. & in c. vaſſalli feudum. ſi vaſſallus feudo
priuetur, cui deferatur. vbi de hoc colla. 10. Sed quædã culpa
eſt iura ſua, & filiorum negligere, & antiquorum prouidentiã
dimittere, & diſcedere, & nouos contractus præiudiciales fa-
cere, vt ff. de acq. poſ. l. ſi quis ante. & C. de pac. l. pacta nouiſſi
ma. In contrarium facit, quia in nullo c. feudorum hoc eſt ex-
preſſum, ꝙ per pactum patris poſſit derogari filio in eo, quod
habet a genere, & non a patre, ergo in hoc debemus ſtare legi
ſcriptæ, vt in c. Albertus de orto. §. ſtrenuus. de feudi cog. col.
10. ſed de iure communi hoc eſt, ꝙ ius poſteritati quæſitum
priuilegio, vel antiquitate pater non poteſt auferre filijs, vt ff.
de interdi. & releg. l. 3. & ff. de contrata. l. non tantũ. §. ſi eman
cipatus. Item iſtud feudum eſt permiſſiuum maſculorum, &
fœminarum, & eſt feudum antiquũ, ergo ex perſona antiquo-
rum ſucceſſorum non debet mutare priſtinum ſtatum, vt ff.
de vet. ob. l. 2. §. ex his. & C. de reſti. milit. l. quę parte. & in c. 1.
§. ſi vero. de inueſtitura de re aliena facta in ratione ſui. & arg.
ff. de diuer. & temp. præſcri. l. an vitium. §. ex facto. Pręterea fę
mina in feudis videtur appoſita in defectum maſculorum, &
quaſi ſubſtituta poſt mortem eorum in ipſorum locum. nõ pa
tet enim locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus
ſupereſt, ex quo qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus, in
cap. qui ſibi. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fę-
minis inueſtituram accepit. col. 10. Certũ eſt aũt, ꝙ prior gra-
dus nõ poteſt ſubſtituto præiudicium generare, nec quod pu-
re in ipſius bonis non eſt in alium trãsferre, vt C. cõm. de leg.
l. ũ. §. ſin autem ſub conditione. & auth. res, quæ. Præterea non
ob. conſuetudo, ſi qua dicitur inducta: quia nõ eſt verũ, ꝙ iſta
ſit conſuetudo, ſed eſſet potius pręſcriptio, quæ obeſſe nõ põt
mulieri, cui nõdum patuit locus, vt C. de iur. dot. l. in rebus. §.
fi. & C. de annali excep. l. 1. §. vlt. Præterea iſtæ inueſtiturę vltĩ
mę vñr facere per errorem, vel per impreſſionem epiſcoporũ:
quæ quidem inueſtituræ non nocent, vt no. in c. 1. ſuper ver-
bo, defendere. de feudo guardiæ, & caſtaldię. col. 10. Et in du-
bio pręſumitur error, cum quis facit, quod facere nõ tenetur:
niſi appareat de certa ſcientia, vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis.
§. fin. & ff. de prob. l. cum deinde. Et ſi dicatur, ꝙ filius nõ ſuc-
cedit in feudo, niſi ſit hæres, vt in cap. 1. an filius, vel agnatus.
col. 10. Et ſi eſt hęres, ergo non põt venire contra contractum
paternum. reſpondetur tribus modis: primo quia non eſt ſim
pliciter conceden. ꝙ in antiquo feudo ſit neceſſe, ꝙ ſit hæres:
niſi in ipſo feudo cum onerib. ſuis, vt no. in c. 1. §. hæc quoq;.
de ſucceſ. feu. ea. col. niſi inueſtitura dicet de filijs hæredi. &
non de deſcen. ſimpliciter, vt no. Cy. C. de ope. lib. l. liberti, li-
bertæq;. ſecundo rñdetur, qa aliud eſt in fęmina, aliud in ma-
ſculo. Nam fœmina non venit ex ſucceſſorio edicto, ſed præ-
ciſe ex pacto, vt in c. 1. §. hoc autem notãdum. qui feu. da. poſ.
ex quo pacto acquiritur vtilis actio virtute cõtractus inter vi
uos, vt ff. de verb. ob. l. quodcunq;. & ff. de ſol. l. ſtichũ. §. quęſi
tum. Tertio rñdetur: quia etiam hæres poteſt venire contra fa
ctum defuncti, qũ tendit ad fraudan. hæredem a legis benefi-
cio, vt no. in l. 1. & 2. C. ſi quid in frau. pat. Ex quibus conclu-
ditur, ꝙ dicta domina Iſolda poteſt venire ad dictũ feu. ex in-
ueſtituris proauorum, & vltra. In his enim non inſpicitur, ꝙ
ſit concepta viuo eo parente, qui fuit principium, cum certe
tranſeat in infinitum, vt in c. 1. §. hoc autem ſcien. qui feu. da.
poſ. & in c. vaſſalli feu. ſi vaſſallus feudo priuetur, cui defera-
tur. ibi dum dicit, & etiam vſque in infinitum. Secundus arti
2 culus quæſtionis eſt iſte. † quia proponitur, ꝙ dictus Bartho-
lomeus pater dominæ Iſoldę renunciauit feudo, & dubitatur,
vtrum dicta renunciatio noceret dictæ dominæ Iſoldæ. Et di-
cendum eſt, ꝙ renunciatio non nocet alteri, quàm ipſi renun-
cianti. ei enim, cui defertur ius per mortem renunciantis, non
nocet refutatio feudi, vt in c. 1. de alie. feu. pa. quia ſicut extin
ctus per mortem nõ præiudicat alteri: ita nec quaſi extinctus
per refutationẽ, vt in c. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis. vbi dr,
ꝙ non obſtante refutatione feudum eſt paternum. ipſi autem
refutanti dũ viuit, bene obſtat refutatio, vt in c. tres erãt agna
ti. de eo, qui finẽ fecit agnato de feudo. ibi dum dicit, niſi feu-
dum domino refutauit. Modo ſequitur tertium dubium, &
3 valde dubium proponitur, † ꝙ dictus Bartho. pater dictæ do-
minæ Iſoldæ fecit quandam venditionem cuidam corteſiæ de
iure feudi, cum pacto retrouendendi irrequiſito domino epi-
ſcopo. vtrum per talem venditionem feudum ſit reuerſum ad
dominum, etiam extantibus filijs. & videtur expreſſum, quòd
ſic, nam dicit tex. ꝙ ſi vaſſallus ita in dominum peccauerit, vt
feudum ammittere debeat: non ad proximos, ſed ad dominũ
beneficium reuertatur, vt bene ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vl-
tionem, vt in c. 1. §. denique. quæ fuit cauſa beneficij amitten
di. & ſtatim ſubdit. Si vaſſallus contra conſtitutionem bonæ
memoriæ Lotarij Imperatoris beneficiũ alienauerit, quia do-
minum contemnere videtur, ad dominum beneficium perti-
net, ſcriptum eſt, vt precio, ac beneficio ſe cariturum agno-
ſcat. & hic videtur vnus caſus, in quo quis poteſt præiudicare
poſteris ſuis, & progenitorum ſuorum, vt in tit. de probi. feu.
alie. per Fede. c. 1. §. habito conſilio. & §. nos autem. & §. calli-
dis. ibi dum dicit, feudum amittant, & ad dominum libere re
uertantur. & no. quia dicit libere. i. ſine aliquo obſtaculo. In cõ
trarium vř, nam dictus corteſia erat in poſſeſſione autoritate
epiſcopi, licet inualida, vnde dictus Bartho. nihil fecit in con
temptum epiſcopi, ſed ad cõfirmationem eius, quod factũ erat
p epiſcopũ: & ideo licèt præiudicauerit ſibi, non tñ fecit con
tra naturam feudi: quapropter non præiudicauit filiæ ſuæ eo
mortuo. Præterea ex quo renuntiauerat feudo, quæ renuntia-
tio nocebat ſibi ſoli, & non filię: ſtatim apparet, ꝙ ipſe nõ erat
vaſſallus, & ſic venditio non fuit facta a vaſſallo. vnde ceſſat
pęna dictorum capitulorum, quæ loquuntur de alienanatio-
ne facta a uaſſallo argumen. ff. de mil. teſtamento. l. Tirius. &
ff. de noxa. l. in delic. §. ſi extraneus. Item nec tranſtulit aliquã
poſſeſſionem, ut ff. de uer. ſig. l. alienatum. Item pactum retro
uendendi forte aliquid debet operari, ut in l. 2. C. de pac. inter
emptorem. & ff. de alie. iudi. l. ex hoc edicto. ut uideatur po-
tius uendidiſſe commoditates, q̃ ipſum ius inſeparabile, ut
ſubtiliter nota: in l. 1. C. ſi pignus pignori datum ſit. & hęc ap
probantur per priuilegiũ Papale, quod habet ſupplere, ſi quis
eſſet defectus. l. 1. ff. ad muni. & ita dico, & conſulo. In eo aũt,
quod quæritur, utrum dictum feudum ſit fęmineum. ſ. in de-
fectum maſculorum, dicendum uidetur, quòd ſic conſidera-
tis originalibus, & autenticis ſcripturis. arg. ſumendo ex for-
ma cõtractus: quia litera inueſtituræ antiquæ dictat, unde nõ
eſt qõ de antiquis inueſtituris: qa ubi eſt caſus inſtrorũ, ſicut
nos dicimus, ibi eſt caſus legis. C. de prob. l. cum precib. & C.
4 de fur. l. ancillæ. & ff. de publi. l. Cęſar. † Sed qõ eſt, utrum per
nouas inueſtituras, quę dicũt in maſculos tñ receſſum a natu
ra, & qualitate ueterum Inueſtiturarum. & uidetur, ꝙ ſic, Nã
quoties aliquid additur, uel detrahitur ueterib. pactionib. no
uum pactum efficitur, idq; ſeruandum, quod noua pactione
firmatum eſt, ut ff. loc. l. cũ in plures. §. lege dicta. & ff. de præ-
to. ſtipu. l. Valerianus. ff. de noua. l. omnes. C. de pac. l. pacta no
uiſſima. rurſus pacta, quæ detrahunt. i. minuũt obligationes,
ſaltem ope excep. ineſſe creduntur, ut ff. de contrab. emp. l. pa
cta conuenta. detracta igitur perſona filiæ a nouis inueſtituris
feu. aſſumpſit formam nouã, & uetuſtã depoſuit ptãte, ac uo-
luntate paciſcentium concurrente, ut ff. de acq. poſ. l. ſi quis
ante. & C. de noua. l. fi. & hoc apparet eſſe uerum per arg. a cõ
trarijs. Nam econtra ſi primum feudum fuiſſet paternũ, in no
uo pacto potuiſſent adijci fęminæ: ergo ſicut nouũ pactũ ua-
let ad agendũ, ita ad minuendum, ut ff. de vul. ſub. l. & ſi 3. Ad
uerte, hic iacet intellectus. Pone enim, ꝙ antiqua inueſtitura
diceret in maſculo tñ, dico, ꝙ noua inueſtitura non poſſet di
cere in maſculos, & fœminas ſimul, Sed bene poſſet dicere in
maſculos, & fęminas deficiẽtib. maſculis. nemini oportet ius
ſuum detrahi, ut ff. de pac. l. fi. & C. loc. l. ſi cum hermes. & ff.
de conſt. pe. l. unde falſum. & ff. de his, qui ſunt ſui, uel ali. iu.
l. 2. porro př, qui eſt legitimus adminiſtrator filiorũ, iura com
petentia, uel cõpetitura eius reſpectu rerũ Immobiliũ nõ põt
alienare, ut C. de bo. ma. l. j. nec eis, dũ ſunt ĩ ptãte, ulla currit
pſcriptio, ut C. de anna. exce. l. 1. ĩ fi. Itẽ cũ nõ pateat locus fœ
minæ in feudo exiſtente maſculo: ergo interim fœminæ nulla
currit pſcriptio, ut C. cõ. dele. l. fi. §. ſi aũt ſub cõdi. ex quib. cõ
cluditur,

cluditur, ꝙ in pręiudicium fœminarum non potuit pater recedere a prouidentia antiquorum parentũ, vnde erat ius ſpei filiabus quæſitum, vt ff. de iui c pa. l. diui fratres. & ff. de contratab. l. 3. §. ſi emanci. ff. de interdi. & rele. l. 3. & argumen. ff. de bo. libe. l. ſi in libertinũ. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de iureiuran. l. 3. §. pe. ff. ſolu. matri. l. 2. & l. non ſolum. Pręterea conſiderandum eſt, utrum ſcriptura fuit facta per obreptionem. Nam inueſtitura ſapit naturam gratiæ, ſecundum quod non dico ſimpliciter, vt ff. de obſequiis. l. Titius. & not. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. permittitur. & ideo ſi qua fuit obreptio, ipſi filiæ non debet nocere iſta obreptio, vt ff. de in
5 ius vocan. l. ſed ſi hac. §. patro. † Subſequenter eſt videndum, vtrum reſignatio feudi, & inueſtitura alteri facta poſſit probari per teſtes. & de reſignatione non habemus plene expreſſum: ſed de noua inueſtitura certum eſt, ꝙ non poteſt probari niſi per partes curiæ, vel breue teſtatum, niſi vere teſtatum eſſet caſu deditum, vt in 10. colla. quid ſit inueſtitura. ca. 1. in princ. & ca. 1. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram. eadem col. & in ca. 1. de feu. caſtal. & in ca. 1. de controuerſia inueſtituræ. in glo. quæ incip. qui debent intereſſe. caue tibi: quia hoc eſt falſum in inueſtitura clericorum, vt in c. 1. §. in clericorũ. ſi de inueſtitura inter dominũ, & vaſallũ lis oriatur. col. 10. vbi dicitur, ꝙ in inueſtitura clericorũ non ſunt neceſſarij pares curiæ: tamen bene requiruntur teſtes multi idonei, & omni excep. maiores. quia generatur magnũ præiudicium eccleſiæ. in emphyteuſi autem requiritur inſtrumẽtum: & ideo mirum eſt, quomodo non ita requiratur in feudo, tamen de conſuetudinibus non poteſt reddi ratio. Iterum dubitatur, ſi pater vendidit feu. quod poſt mortem ſuam debebat ad filiam peruenire, vtrum filia perdat feudum mortuo patre. glo. enim generaliter quærit, vtrum culpa patris noceat filio, in capitu. 1. §. 1. Et §. item qui dominum. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. & in hoc conſiderandum eſt, quòd quædam eſt culpa, quæ purgatur lege contractus: quædam, quæ purgatur lege delicti. ſi quidem enim purgatur lege contractus, nocet filio, qui venit ex eo contractu ſcilicet, & delinquentis: ſecus ſi veniat ex contractu innocentis: quia filius veniens non eſt hoc caſu ſucceſſor vitiorum ex contractu culpę patris: quia non habet cauſam ab eo, vt ff. de verbo. obliga. l. quocunque. & ff. de diuer. & tempo. præſcrip. l. an vitium. §. ex facto. & ff. de ſenato. l. emancipa. §. fina. & ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ſi vero culpa purgatur per l. delicti, diſtinguitur, vtrum delinquẽt per ipſum dominum, necne, vt in capitu. 1. §. denique. quæ fuit prima cauſa beneficij amit. Non obſt. ad prædicta eod. capitu. §. ſi vaſal. quia ex eo, quod ibi dicit, precio. apparet, quòd loquitur in feudo nouo: & forte in feudo, quod non eſt gentile, quia gentile feudũ non datur precio. Sed amore, & honore domini acquiritur, vt in capitu. 1. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ. col. 10. ſtrenuus. Igitur legis peritus rigidas cõſuetudines pactorum ſic retineat in ſuis terminis, ꝙ non progrediatur vlterius: ſed vbi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit cõprehẽſus, abſque calumnia vtatur l. ſcripta, vt c. obertus de orto. §. ſtrenuus. de feudi cogni. colum. 10. Concludendo dico, ꝙ cõſideratis inueſtituris antiquis dicta domina habet iuſtitiã: cum nouæ inueſtituræ ei præiudicare non potuerint: vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. ante omnia. item illi, qui non potuerunt pręiudicare dominæ Iſoldæ per contrac. non potuerunt præiudicare alienando: quia qui non poteſt conſentiendo alienare, non poteſt delinquendo præiudicare, vt no. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXVI.

1 *An ſpoliator teneatur ſpoliatori ad reſtitutionem, ſi poſt modicum interuallum ipſe fuit etiam vi deiectus, ſeu ſpoliatus, & an ſpoliatus poſſit vendere rem, de qua fuit ſpoliatus.*

2 *In inſtrumento donationis non continetur actio competens ad damna, & intereſſe.*

3 *Venditio non eſt ipſo iure nulla, licèt interueniat deceptio vltra dimidiam.*

4 *An valeat donatio facta per patrem de aliqua re vni, vel duobus ex filijs alijs ſuperextantibus.*

5 *An valeat donatio alicuius rei facta filijs poſt venditionem de eadem re facta alteri.*

6 *An, & quando, ſi eſt controuerſia de re feudali, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, cognoſcat ordinarius loci, vel dominus feudi.*

Fuit quidam nobiliſſimus vir vocatus. d. Iac. de Spinolis, dominus pro dimidia Caſtri Sarauallis Burgi &c. de qua dimidia dicitur fuiſſe ſpoliatus per dominũ Hanibaldum, & fratres: deinde poſt modicum interuallum do. Hanibal fuit deiectus, & ſpoliatus, vt dicitur, per dominum Anto. Spinolam de dicta poſſeſſione. Contigit, ꝙ d. dom. Ioã. vendidit ſuam dimidiam dicto domi. Anto. pro certo precio inde habito, non tamen deſcendente ad debitam quãtitatem precij, ſed infra dimidiam iuſti precij. Item poſt dictam venditionem dictus dominus Ioan. emãcipauit tres ex filijs ſuis, quibus in premium emãcipationis donauit dictam dimidiã dicti loci Sarauallis. item dico d. Io. mortuo G. & R. f. q. dicti d. Io. donatarij ſupraſcripti, & dictus d. Anto. Spinola ſe compromiſerunt in d. Philippum de Regio, qui d. Anto. iuſſu dicti d. Philippi per laudum eius ſoluit eidem certam quãti. & remanſit eidem d. Anto. dictum Caſtrum, & eius poſ. Ex prædictis inſurgunt plura dubia. Primo, vtrum dictus Hanibal poſſit conueniri per dictum G. & A. ad reſtitutionem poſſeſſionis dicti Caſtri. Secundo, an poſſit cõueniri per eoſdem ad damna, & intereſſe. Tertio, vtrum dicta venditio facta d. Ant. valuerit, conſiderato, ꝙ fuit lata quędam ſententia reſciſſoria dictæ venditionis in fauorem dicti G. & R. contra dictum d. Anto. precio eidem d. Ant. oblato, et eius reſtituto. Quarto, vtrũ dicta emancipatio, & donatio valuerit, cum dictus d. Io. plures haberet filios, & dictam donationem fecerit poſt vẽditionem prędictam. item quid dicta donatio, poſito, ꝙ valuerit, poſſit operari. Quinto, nunquid per compromiſſum factum cũ d. do. An. & laudum inde ſecutũ, & ſatisfactionem factam d. G. & R. nunc agẽtibus contra dictum Hanibal. ſit aliquod ius defenſionis partum, vel quęſitum dicto Hanibal. Inſuper quæritur, quid iuris, ſi dictum Caſtrum eſſet feudale Imperij Romani, & eſſet omnino extra iuriſdictionem communis Ianuæ, videlicet an ſtatuta Ianuæ ſuper hoc habeãt aliquid operari: & an Ianuenſes habeant ſuper hoc aliquam iuriſdictionem, vel cognitionem contra dictos Spinolas, qui ſunt originarij, & domicilium habentes in ciuitate Ianuæ, qui tamẽ dicuntur reliquiſſe in loco pluſquam exempto, videlicet, in loco Ianuenſi ſibi omnino libero, & de quo loco non habẽt intermiſſionem, vt in l. extra territorium. de iu. om. iud. Modo
1 venio per ordinem ad ſolutionem quæſtionum. † Circa primum punctum videtur, ꝙ dictus Hani. non poſſit conueniri ad reſtitutionem: quia de eo, quod ad eum non peruenit, nõ tenetur niſi intra annum vtilem, vt ff. de vi, & vi ar. l. 1. in princip. Sed non dicitur perueniſſe, quod non durauit, ut in l. ſi pro parte. §. in rem uerſum. ff. de in rem uerſo. Itẽ quia dictus Hanibal non habet facultatem rei reſtituendæ, ergo non tenetur ad impoſſibile, ut ff. de rei uen. l. ſi autem. §. poſſidere. Itẽ caſu fortuito, ſeu ui maiori perdidit poſſeſſionem: ergo propter caſum liberatus eſt. In cõtrarium uidetur, quia caſus ſuperueniens non liberat uiolẽtum: quia propter dolum ſuum tenetur de caſu, etiam ſi res eſſet eodem modo peritura penes actorem, arg. l. 1. §. rectiſſime. ff. de ui. & ui ar. Item ſufficit, ꝙ momento peruenerit, licèt poſtea deſierit: niſi forte incontinenti, & ſine interuallo poſſeſſionem perdiderit, ut ff. qđ me. cauſa. l. ſi ipſa. & ſic momento prouentionis perpetuatur ius obligationis. Venio ad ſecundum punctum, & breuiter dico,
2 † ꝙ actio competens ad damna, & intereſſe non continetur in inſtrumẽto donationis, ſed ſolum ius competens ad dimidiã dicti Caſtri. & ideo certum eſt, ꝙ ex uirtute donationis nõ poteſt agi ad damna, uel fructus concernentia, & concernentes tempus pręteritum ante ipſam donationem, ut ff. de act. l. iul. §. ſi fructibus. & eſt expreſſum. ff. quod ui, aut clam. l. is, qui in puteum. §. ſi poſtea. facit quod no. ff. de uſufru. l. defuncta. in
3 prin. † Super tertio puncto dicendum uidetur, ꝙ licèt interuenerit deceptio ultra dimidiam iuſti precij, tamen uenditio non eſt ipſo iure nulla, ut l. 2. C. de reſcin. uen. uidetur tamen dicen-

dicendum, ꝙ a ſententia reſciſſoria debeat appellari, vt extra
de emp.& vendi. ca. cum dilectus. ſed in hoc oportet videre
proceſſum, & ſententiam: aliàs non poteſt bene dari conſiliũ.
4 † Super quarto dicendũ eſt, ꝙ ſuperexiſtentia aliorum filiorũ
non reddit donationem nullã, licèt interdũ poſſet dici inoffi-
cioſa, vt l. Titia. §. Imperamt. de le. 2. & l. j. C. de offi. don. Sup
eo aũt paſſu, qoia fecit donationem poſt venditionẽ, dicendũ
eſt, ꝙ iura ex cauſa venditionis ceſſa d. do. Ant. non potuerũt
iterato cedi dictis donatarijs. vt ff. de le. 1. l. non quæcunq;. §.
qui Cavum. & ideo dicti donatarij ex vigore dictarũ ceſſionũ
ſtant venditione prędicta in ſuo eſſe, nec vř poſſe agere cõtra
dictum Hanibal, quia licèt interdictũ vnde vi poſſit cedi ſe-
cundum quoſdam: nõ tñ poteſt niſi ſemel cedi, vt d. §. qui Ca
vum. quia iura vtilia per ceſſionem in totum eradicãtur à ce-
5 dente, vt no. ff. ad treb. l. ex aſſe. † Super quinto puncto dicen
dum vř, ꝙ ſi per lau. dicti do. Phi. fuit dictus G. & R. plenarie
ſatisfactum, quod nõ poſſint vlterius agere, vt l. illicite. de re-
bus eorum. In cõtrarium videtur, quia hoc eſſet verũ reſtitu
ta eis poſſeſſione: ſecus in non reſtituta, vt plene le. & no. in l.
nec vllam. §. pe. ff. de peti. hære. Super ſexto vero, & vltimo pũ
6 cto de feudo eſſet conſiderandum. † Primo circa iuriſdictio-
nem an ordinarius poſſet cognoſcere de poſſeſſorio iudicio :
ꝙ ſic, vt no. extra de iudi. c. certum. ibi Ber. dicit, ꝙ de poſſeſ-
ſorio põt cognoſci per ordinarium. Alij dicunt, ꝙ non poteſt
cognoſci, niſi per dictum dñm feudi. & iſta qõ nõ eſt facilius
determinanda. ego tñ ſic dico, ꝙ aut eſt qõ inter feudatarius,
& cognoſcit dñs feudi, qui poteſt, & debet iudicare inter eos
ſecundũ leges feudi, ẽt ſi agatur interdicto recuperãdæ: quia
vtraq; ratione feudi eſt ſobditus ſuis. aut eſt qõ inter feudata-
riũ, & non feudatarium, & tunc quocũq; poſſeſſorio agať, &
ſiue feudatarius ſit ſpoliatus a non feudatario, ſiue ↄ, nõ per-
tinet cognitio ad dñm feudi: quia non hẽt iuriſdictionẽ in al-
terutrum, & quia leges feudorum non habent locum in non
feudatarijs, & ideo cognoſcit ordinarius, puta ptãs loci, vt C.
vbi de poſſeſſione agi oportet. l. j. No. tñ ꝙ ẽt ſi inter feudata-
rios agereť criminali, non cognoſceret dñs tanq̃ do. feudi, ni-
ſi aliàs haberet merũ Imperium, ſed cognoſceret ordinarius.
ff. de iudi. l. ſolemus. §. latrunculator. in petitorio autem aut
vterq; dicit ſe feudatarium, & cognoſcit dñs: quia eſt qõ feu-
di. aut alter tantum, & tunc cognoſcit ordinarius, & iſta eſt
veritas. tñ vt audio in ciuitate Ianuæ pluries eſt obten. & pro-
nunciatum, ꝙ non poſſit cognoſci, niſi per dominum feudi:
vnde ſtandum eſt conſuetudini. De alienationibus autem eſ-
ſet videndum, Sed quia factę ſunt inter conſortes, ſeu inter ip
ſos agnatos, ſufficit remittere ad id, quod leg. & no. in 10. col
la. in capi. 1. de alie. feu. paterni. vbi dicitur, quòd inter ipſos
poſſunt alienare. quod ſane intelligendum eſt, vt plene no. in
lectu. mea nouiſſima. Ego Baldus.

CONSILIVM CCUXII.

1 *Qualiter ſit formandus libellus in materia ſpoliationis.*
2 *Dictio, tunc. quid ſignificat.*
3 *Nullum interdictum infamat, nec aliqua conditio.*
4 *Quot remedijs agi poſſit contra inuaſorem.*
5 *Quomodo intelligatur verbum, occupare.*
6 *Quando filius fa. conuenitur ex delicto, poſſit eſſe in iudicio ſi-
ne conſenſu patris.*
7 *An iuramentum excuſet a refectione expenſarum.*
8 *An probabilis error excuſet a refectione expenſarum in cau-
ſa principali, & appellationis.*
9 *An, & quando a ſententia lata in poſſeſſorio poſſit appella-
ri, vel non.*

Verba libelli oblati coram ſapienti viro d. Io. Bernar-
di. de Braida, per Andreonum, & Ioan. filium
quondam Antonij Richi de Cherio: ↄ, & aduerſus Ant. filiũ
quondam Iacomeni Vachij, & Danielem filium dicti Anto.
ſubſtantialiter hæc ſunt. quanq̃ dicti Andreę, & Ioan. longis
temporibus fuiſſent in poſſeſſione certarum terrarum, & etiã
tenuerint, & pacificę poſſederint eaſdem de anno domini
1388. de mẽſe Octob. dicti anni ante, & poſt, & ad eos ſpecta
rent, & pertinerent de iure, tñ prędicti Anto. & Daniel, quib.
nullum ius competebat, prędictas terras, & arbores temere,
& de facto inuaſerũt, & occupauerũt, ac ẽt occupari, & inua
di mandauerunt, & fecerunt, & detinent occupata, ac etiam
euolſerunt. & ſubdit, ſua audacia prę́ſumpta ↄ Deum, & in-
ſtitiam ipſos tenuerunt ſpoliatos &c. Et concluſio libelli talis
eſt. quare petunt pronuntiari, & declarari dictas petias terræ,
& earum poſſeſſionem pertinuiſſe, & ſpectaſſe per dictũ an-
num currentem anno dñi. 1388. & ante, & poſt, & ẽt nũc de
iure pertinere, & ſpectare ad prędictos Andream, & Ioanno-
nũ actores: & d. Ant. & Daniel nullũ ius cõpetijſſe, nec cõpe-
tere in, & ſuper dictis petijs terrę, & amoueri debere a deten-
tione, occupatione, & poſſeſſione dictarum petiarum terræ.
ipſoſq; Andreonum, & Ioannonum fore, & eſſe admittẽdos,
reponendos, & reintegrandos in poſſeſſione dictarum petia-
rum terrę: nec non prędictos Antonium, & Danielem, prout
eorum quemlibet tangit, condemnari ad reſtituendum &c.
2 † Super hoc igitur libello dubitatur, vtrum libellus iſte quã-
tum ad poſſeſſorium iudicium ſit apte, vel inepte conceptus.
Et vř, ꝙ ſit apte conceptus: quia in dicto libello continetur,
ꝙ dicti Anto. & Daniel temere. & de facto inuaſerunt, & oc-
cupauerunt: ac etiam occupari, & inuadi mandauerunt, &
detinent occupata, terras, & loca ſupra dicta, ipſoſq; Andreo
num, & Ioannonum ↄ Deum, & iuſtitiam tenuerũt ſpoliatos.
Porro ſpoliatus eſt ſtatim reſtituendus, vt le. & no. ff. de vi, &
vi ar. l. 1. §. 1. in glo. quę incipit, eſt. n. ſpoliatus ſtatim reſtituẽ
dus. & C. ad l. Iul. de vi pu. vel priua. l. ſi quis ad ſe fundum. &
de agri. & cenſi. l. ſi coloni. & C. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi
maritus. & C. loc. l. ſi quis cõditionis. & C. vnde vi. l. inuaſor.
& l. non ab re. Et eſt ratio, qoia ſpoliator ſemper delinquit, do
nec reſtituat rem: & ideo niſi purget vitiũ, & delictum ſuũ,
non dẽt audiri ſuper proprietate, vel alio iure ſuo, vt le. & no.
2. q. 1. c. in primis. & in c. frequens. de reſti. ſpo. lib. 6. Pręterea
ↄ ſpoliatores ſufficit ſimplex querela: ſicut eſt glo. not. 2. q. 4.
c. quia præſulatus. Si igitur eſt probatum de ſpoliatione, me-
rito iudex poſſeſſionem reſtitui iuſſit. ad hoc facit. ff. de offi.
præſi. l. illicitas. §. ne potentiores. & quod not. C. de ſer. fugi. l.
cum ſeruum quis. Quòd autem ſit probata poſſeſſio, & ſpo-
liatio, probatur ex eo, quia dicit, actores probauerunt ſe poſ-
ſediſſe ante ſpoliationem. item ꝙ ſecuta eſt occupatio: ex quo
prę́ſumitur, ꝙ illi poſſederint vſq; ad tempus occupationis,
vt ff. de acqui. poſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. Nemo
. n. præſumitur poſſeſſioni renuntiare, vel aliàs deſinere poſſi-
dere, niſi probetur, vel niſi ipſe quondã poſſeſſor hoc alleget,
vt plene no. per Modernos. C. de proba. l. ſi non poſſidetis. Cer-
te & poſſeſſio aliquid iuris habet in ſe, vt ff. vti poſſi. l. j. in fi.
plurimum ex iure poſſeſſio mutatur, vt ff. de acquir. poſſeſ. l.
poſſeſſio quoque. in prin. & no. ff. de acq. poſſ. l. 1. in princ. li-
cet principaliter in facto conſiſtat, vt ff. ſi ſerui. vend. l. 2. & no
tatur. ff. de verb. obli. l. ſtipolatio iſta. §. hoc quoq;. Item poſ-
ſeſſio habet multa commoda in ſe, inſti. de interdi. §. commo
dum. quibus iuribus, & commodis nemo ſanę mentis prę́ſu-
mitur renuntiare, vel cedere, vt extra de renun. l. ſuper hoc. fa
cit quod no. 16. q. 4. c. volumus. & per Dyn. ff. de manu. teſta.
l. meuia. & l. 1. ff. ſol. matri. per Dy. & alios, quia igitur ſpolia
tor in ſuo crimine nõ eſt fouẽdus, merito dictus libellus de-
bet cenſeri actus, & maxime ſuppletur declaratioo modo per
probationes actas, & concludentes. ar. C. de iudi. l. licèt. & qđ
no. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentum. Sed in ↄrium, ꝙ dictus
libellus fuerit ineptus, quantum eſt in poſſeſſorio recuperan-
dę, vel aliquo canone poſſeſſionis reintegrandæ, vel etiam in
actione tritica, vt ff. de condi. triticaria. l. 1. & 2. videtur aper-
te probari, quia quocunq; iſtorum modorum agitur, intenta
tur violentia ſaltẽ a principio, & ſuper ea oportet fundari io-
dicium. Sed lege cauetur, ꝙ qñ intentatur violentia, intenta-
tur dolus, vt legi. & not. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. ad ſolam autẽ.
igitur locus, & tempus debet proponi in libello. i. tẽpus, quo
agens fuit deiectus. Item ꝙ eo tempore poſſidebat, vt ff. de vi,
& vi ar. l. 1. §. rectiſſime. & ibi per Bart. cuius verba hęc ſunt.
No. ꝙ debes proponere in libello tẽpus, quo fuiſti deiectus,
& ꝙ res deperditas ibi habebas tempore deiectionis. & p In-
no. in c. qualiter. de accuſa. Bar. Sed in libello prędicto nõ eſt
intentatum certum tempus deiectionis, licèt intentatum ſit
tempus

tempus poſſeſſionis. ergo dictus libellus eſt ineptus: quia caret ſubſtãtialibus formæ. ar. ff. de accu. l. libellorum. §. q ſi libelli. & quod no. per Inno. extra de priuile. c. ex parte abbatiſſę. Preterea illa verba, tenuerunt ſpoliatos. non ſunt ſufficientia ad aptitudinem libelli: quia ego poſſum tenere aliquẽ ſpoliatum, & non ſpoliaſſe, vt ff. de vſuc. l. fur. §. fundi. Itẽ multis modis cõtingit ſpoliatio. Item initium ſpoliationis debet inſpici, vt ff. de acq. poſ. l. clam poſſidere. in prin. & ex illo principio oritur actio, non ex continuatione delicti, vt ff. de fur. l. inficiando. §. infans. & ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. & no. c. ti. l. eum qui. §. in popularibus. Iſte ergo libellus fuit defectiuus, quia non continet, quo menſe fuit facta ſpoliatio, im
2 ipſo vř requirere textus, q exprimatur dies. † hoc. n. ſignificat dictio, tunc. q̃ ponitur in edicto pretoris. arg. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. interdum aũt hoc. Certe ſi libellus eſt ineptus, nunq̃ põt ſuppleri per aptitudinem probationum, ex quo fuit appoſita exceptio ineptitudinis. in hoc. n. prodeſt eam apponere, vt nõ valeat reliquus proceſſus tanq̃ totus ineptus, vt no. Inno. in c. 1. extra de offi. vica. & ſecundum Spec. & no. extra de iudi. c. examinata. in nouel. Nam tales probationes vñr receptæ ante litis conte. cum litis conteſtatio non videatur tenere, ex quo libellus eſt ineptus, vt l. 1. ff. de officio aſſeſſo. l. 2. C. de formulis nec inuenio, q in eo fiat mẽtio de tpe ſpecifico. i. ſpoliationis, ſed bene inuenio, q fit mentio de tpe in genere. i. in nube, & tẽporibus poſſeſſionis. Item inuenio, q appoſitum eſt tempus, quo detinent occupata. ſ. tempus libelli. Sed quia iſtud nõ eſt tempus ſpoliationis, remanet allegatio pręcedens de ineptitudine. forma libellorum eſt ſeruanda, & ſi non ſeruatus, libellus eſt nullus. ff. de dolo. l. item exigit. & ff. de iniurijs. l. prætor edixit. & poſito, q eſſet aliquis, debet per iudicem repelli, vnde ſi iudex pronũtiauit libellum aptum, merito potuit ad ſuperiorem appellari tanq̃ a grauamine, vt ff. de mino. l. ait pretor. §. permittitur. & tanq̃ a iure reprobato, quia omnis iuris imprudentia in iudice interloquente hr̃ pro grauamine. text. eſt ibi not. & licẽt a mero poſſeſſorio non poſſet appellari, tñ iſte articulus ineptitudinis libelli eſt ſeparatus a cã poſſeſſionis, quia non eſt qõ de poſſeſſione, ſed proceſſibus. Vnde ſtamus regulæ cõi, quæ eſt, q a ſnia lata pretextu libelli inepti põt appellari, vt extra de empt. & ven. c. cum dilectus. nec eſt nouum, q a poſſeſſorio nõ appelletur. & tñ a quibuſdam interlocutorijs lat. in inſtantia iudicij poſſeſſorij põt appellari, vt no. per Gul. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & patet ex eo, quod le. & no. in l. 1. C. de appel. vnde licẽt nõ appelletur a ſnia lata in cauſa appellationis, tñ appellatur a ſnia lata in modo procedendi, vt ff. de liberali cauſa. l. liberis. §. fi. & ff. de iudicijs. l. ſi de vi. Multa ẽt alia allegantur, q dictus libellus ſit ineptus non obſtante, q in dicto libello ſint appoſita illa verba, inuaſerunt, & occupauerunt: quia ex hoc non ſequitur, q per violentiam, vt C. vnde vi. l. cum quęrebatur. Item iſte, qui protulit ſniam, ſatis inepte vř locutus circa dictum libellum dicendo, q dictus libellus poterat cõcludere in diuerſis actionibus, & remedijs. & nominauit quaſdam actiones, & remedia, quæ parum vñr facere ad propoſitum, nec proſequor multiplices allegationes factas ſuper hoc, q̃q̃ valde ſubtiliter, & prudenter. ſolutio, hic aduertendum eſt, q licẽt videatur, q in dicto libello ſit ponendus menſis ſicut in criminali: quia intentatur dolus, ar. in c. pręſenuum. de teſti. lib. 6. & d. l. item exigit. tñ antiqui libellatores, vt Roffredus, & Speculator, nihil aliud in libello intentant, niſi quod ſufficit dicere. conqueror de tali, qui me ſpoliauit violenter, & temere de poſſeſſione talis vineæ, vel loci, quem locum, & vineã detinet occupatam. quare peto &c. vt patet in Spe. de reſti. ſpo. §. ſpoliatus. circa prin. facit extra de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem. & c. ſępe. & 2. q. 7. c. notum. & de prob. c. licẽt cauſam. & poſtea in proceſſu probabitur ſpecifice de tpe ſpoliationis, & de poſſeſſione tunc temporis. Et minime ſunt mutanda, quæ certam conſuetudinem libellandi ſemper habuerunt. † & quia
3 nullum interdictum infamat, vt not. C. de interdictis. l. incerti. & l. 3. de vi, & vi ar. neq; aliqua conditio, vt ff. de act. & ob. l. Cęſar. & no. in l. certi conditio. in prin. ff. ſi cer. pe. ideo non eſt opus aliud dicere, niſi q fuit ſpoliatus de poſſeſſione rei, q̃ tunc tpis poſſidebat. Leges autem, quę dicunt de appoſitione menſis in libello, loquuntur in cauſa criminali, vel famoſa, & ſic non obſtant. & hæc eſt opinio æquior, & iuſtior: quia debemus conſiderare realitatem negotij, magiſquam nimiã ſubtilitatem, non obſtantibus prudentiſſimis allegationibus fa-
4 ctis in contrarium. † Illud porro ſciendũ eſt, q 3 inuaſorem cum dolo datur directum interdictum vnde vi. ſi nõ eſt ſine dolo, tenetur inuaſor reſtituere poſſeſſionem, vt not. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. 1. in glo. quæ incipit, quod eſt. Item datur conditio triticaria, & ſine cauſa, quia exemplo furis omnis conditio degenerat contra eum, vt ff. vſufructua. quemadmodum caueat. l. fi. & no. in l. ſi quis nec cauſam. §. rea ſi pignori. ff. ſi cer. pet. & per hoc remouentur certæ allegationes factę cõtra
5 libellum. † Illud etiam eſt notandum, q verbum, occupare. interdum reſpicit poſſeſſionem vacantem: & tunc nõ importat violentiam, niſi forte in reſiſtẽdo, ne ei poſſeſſio auferatur per vim. interdum concernit poſſeſſionem non vacãtem, ſed quam agens dicit ſe tenuiſſe tempore occupationis: & tunc de directo ſignificat violẽtiam expulſiuam rei mobilis, & ablatiuam in re mobili, vt ff. de vi, & vi. ar. l. 1. §. itẽ labeo. in gl. quæ incipit, cum dominus. Concluditur igitur ex prædictis, q dictus libellus quantum ad aptitudinem poteſt ſuſtineri, q fuerit apte conceptus. Ad hoc facit doctrina Bar. in l. hæredibus. §. in hac. de dolo. cuius verba hæc ſunt, notanda multum diligenter, q quãdo agitur ciuiliter actione famoſa, debet poni menſis, ſicut quando agitur criminaliter. vt extra de proca. c. tuæ. & de iniurijs. l. prætor. Si vero eſſet actio ex delicto ciuili, quę non infamaret, hoc non eſſet neceſſe, vt dicitur ibi in mete, & probatur in l. neratius. §. fi. ad l. aqui. iſta ſunt verba Bar. Item vt dixi, ſufficit temeritas: ergo in ciuili actione non eſt neceſſe in libello apponi locum, & tempus, ut not. in
6 c. abbate. de re iud. lib. 6. † Secundo principaliter dubitatur, quia filiusfa. fuit in iſto iudicio, & dicitur, q non habuit cõſenſum patris, & ſic iudicium non tenuit, ut l. fi. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. utrum illud ſit uerum: & dici põt, q non eſt neceſſarius conſenſus patris, cum filius cõueniatur ex delicto, ſecundum communem opi. Doc. Item quia ſpeciale eſt in cauſa momentaneæ poſſeſſionis ſaltem in interdicto recuperandæ, in quo non admittuntur exceptiones, quæ ſunt de apicibus iuris, quia ſpoliatus ſtatim eſt reſtituendus, & non eſt eundum per ambages, & dilatorias, ac friuolas exceptiones, ut C. ſi per uim, uel alio modo. l. 1. & C. qui legitimam perſonam. l. momentaneæ. Item quia habuit conſenſum patris, qui ad cõem iudicium peragendũ ei pręſtitit conſenſum, & mandatum in cõem cauſam, ut ff. qui. mo. pig. uel hypo. ſol. l. ſi Titius. in uerbo, conſenſu mutuo. Conſtat igitur, q perſonæ fuerunt legitimæ. Modo reſtat uenire ad merita cauſæ. præſuppoſito, pro uero in facto, q agentes fuerunt ſpoliati de poſſeſſione eorum. Nam propter multitudinem ſcripturarum, & uarias occupationes nõ potuit ad plenum examinare atteſtationes, & allegatio. utriuſq; partis. uidentur hoc præſupponere pro uero: & ideo ſpoliati ante omnia ſunt reſtituendi, ut dictum eſt: nec obſtat, q rei dicant ſe habuiſſe titulum, & iuſtã cauſam: quia non habuerunt cauſam ab aliquo, quin ipſis nominatis non citatis potuerit eis auferre poſſeſſionem, ut not. Inno. extra ut lit. non conte. c. quoniam frequenter. Et ideo temere ſpoliati ſunt reſtituendi ad eorum poſſeſſionem, ut C. unde ui. l. meminerint. & no. in l. ſi quis in tantam. in glo. magna. & C. ſi per uim, uel alio modo. l. fi. & 2. q. 1. c. in primis. & ideo bene fuit iudicatum, & male appellatum. præſuppoſito, ut dixi, q fuerit probatum de poſſeſſione ſpoliatorum, & occupatione reorum, Nam & ſi eos excuſaret talis qualis cau-
7 ſa a dolo, non tamen excuſat a reſtitutione poſſeſſionis alienæ, ut dictum eſt. † Tangitur alius paſſus, utrum iuramentũ excuſet a refectione expenſarum. & glo. communiter dicunt, quòd ſic, pro quibus. ff. de iureiur. l. 3. §. proderitq;. ſed Guiliel. de Cu. & Butrigarius tenent contrarium: quia quando iuramentum ſequitur ſententiam, iuramentum euaneſcit, ut ff. de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi damnatus. & ita communiter tenent moderni. C. de epiſco. & cleri. l. generaliter. & C. de iudicijs. l. properandum. §. ſiue autem. Sed in hoc dicendum eſt, quòd in hoc eſt arbitrium pendens ex qualitate cauſæ. Nã ſi quidem reus peruenerit in bona fide, uel ſaltem non fuit

in mala fide: quia cauſa erat dubia in iure, vel in facto, certe
non debuit ius ſuum indiſcuſſum relinquere, vt ff. de pe. hæ-
re. l. illud. ſed tamen hoc non habet locum in inuaſore, i quo
præſumitur dolus, vel lata culpa, vt C. vnde vi. l. meminerint.
Sed ſi quis nō inuaſit a principio, ſed ſucceſſit inuaſori, & ip
ſe credidit ſe iuſte poſſidere, iuſta ignorantia excuſet eū, do-
nec repetitur agitata cognitio veritatis, vt ff. de regu. iu. l. qui
alterius. Et de iſta refectione expen. in caſu noſtro dico id, qđ
dicit glo. ordi. in ca. ignorantia. de reg. iu. lib. 6. & ſecundum
illam gl. in hac parte do conſilium meum. verba gl. hęc ſunt.
8 † licèt in principali cauſa probabilis error excuſet a refectio-
ne expenſarū, in cauſa tamen appellationis indiſtincte victus
victori condemnat in expen. ſed Accur aliter dicit. C. de reb.
cred. l. generaliter. §. 1. ſed illa glo. Ioan. And. debet intelligi in
9 expenſis factis in cauſa appellationis. Aduertendum † tamen
eſt, ꝙ in caſu noſtro fuit appellatio temeraria, vt C. ſi de mo-
men. poſ. l. 1. & hoc ſecundum. ll. idem ſecundum cano. niſi
in appellatione eſſet expreſſa rationabilis cauſa appellandi. &
iſtud ius canonum eſt valde æquius, & ſecūdum ſeueritatem
iuris ciuilis: immo ſi eſſet licitum loqui iniquitatem mitigā-
tis, vbi ſuper poſſeſſorio pronuntiatur diffinitiue ꝫ actorem,
vel contra reum non habentem aliud remedium, tamē ita di
ctat legis ſcriptura, & autoritas: cui ſtādum eſt. & de hoc no.
extra de teſti. ſpo. c. cum ad ſedē. & in c. Ro. §. ſi aūt. de appel.
li. 6. Concludendo ergo dico, ꝙ a ſnia lata ſuper dicto poſſeſ-
ſorio fuit temere appellatum: in vno autem caſu iuſte appel-
laretur, immo & reſtitutio daretur. ſ. quando eſſet lata ſenten
tia inimicitia, vel dolo iudicis, vel eius latiſſima culpa: quia
talia ſunt emendatione digna, & non debent remanere indi-
ſcuſſa, & incorrecta, vt no. ff. ad treb. l. ſeruo inuito. §. cum ꝑ-
tor. & ibi gl. ſing. Vltimo rogo vos, ꝙ alia vice nō mittatis mi
hi tot chartas: quia non occupat me tantum lectura maioris
libri. ſ. veteris, quā rum ſcripta veſtrarum chartarum. ſed tuit
tatis mihi pūcta, & dubia iuris, & ego offero me paratum ad
omnia vobis placita. Commendetis me plurimum Magnifi-
co, & Illuſtri Principi, & ſingulariſſimo domino meo, domi-
no Principi Achaiæ. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXVIII.

1 *An appellatione patrui veniat frater patris vterinus tātum:*
& ſic ex parte cognatorum: & quid in ſtatuto excludente
matrem a ſucceſſione filij extante patruo. & nu. 4. & 5.
2 *In ſtatuto ſemper præſumitur ratio.*
3 *Dictio, ſeu. quid importet.*

Statuto ciuitatis Floren. poſito ſub rubrica qualiter
mulier ab inteſtato ſuccedat. ſic cauet. Nul-
mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere filijs, vel filiabus ſuis de-
functi. extantibus ex defuncti perſona aliquo filio nepote, vel
pronepote naturali, & legitimo, vel patre auo paterno, vel pa
truo, vel fratre, vel ſorore, aut nepote ex fratre carnali: poſſit
tamen de bonis talis defuncti habere, & percipere alimenta, ſi
non haberet aliter, vnde ſe congrue ſuſtētaret. Modo accidit,
ꝙ duo erant fratres carnales ex latere matris tantum: ex quo-
rum vno remanſit filius impubes, qui deceſſit ſuperſtite ma-
tre ſua, & dicto fratre Vterino patris ſui. Modo vertitur quæ-
ſtio ſucceſſionis inter dictum fratrem Vterinum, & matrem,
& quęritur, quis ab inteſtato præferatur. Et pręſuppoſito ſine
preiudicio veritatis, ꝙ dictum ſtatutum habeat locum in im
pubere, ſuper quo a me modo petitur conſilium, ſequitur vi-
1 dere ſolum, † vtrum dictum ſtatutum, quod loquitur de pa-
truo, intelligatur conſideratis verbis, & mēte dicti ſtatuti, de
dicto fratre carnali patris, qui eſt maternus frater, & non pa-
ternus. & quęſtio reſidet in hoc, an patruus proprie dici poſ-
ſit ille, qui eſt de linea cognatorum, & non agnatorum. Et pla
centinus dixit, ꝙ non: cuius opi. tenet Cy. Sed Ioan. & gl. ord.
dicunt contrarium, nedum in patruo proximo, ſed etiam in
patruo magno. hoc tenet glo. C. de ſuc. edic. l. ſi mater. & cer-
te de hoc in eo, qui vulgo appellatur Zius, de quo in Authē.
de hære. ab inteſt. §. 1. qui eſt tertio gradu nepoti tranſuerſali:
non videtur dubitandum, quia patruus. i. patris frater & ipſe
dupliciter intelligendus eſt ex patre, vel matre, vt ff. de gradi.
l. iuriſconſultus. §. 3. gradu. Nam patruus eſt frater patris, ſiue
ſit frater patris vtrinq; coniunctus patri, ſiue conſanguineus
tantum, ſiue Vterinus tātum. & hoc verum, quando ſimplici
ter profertur, & non ſub ratione agnationis. Nunc igitur re-
ſtat videndum, vtrum præferretur ſub ratione agnationis ex-
preſſa, vel a iure præſumpta. & per ea, quę not. Cy. ſecundum
Iaco. de Are. in l. 1. C. de adul. talia ſtatuta videntur fundari in
pręſumpto priuilegio agnatorum, ſeu lineę maſculinæ, per q̃
cōſeruatur dignitas familiarum, vt in l. 1. ff. de ven. inſpi. Prę-
2 terea † in ſtatuto ſemper præſumitur ratio, vt no. in c. vlt. de
reg. iur. lib. 6. per Dyn. Sed ad excludendam matrem propter
talem patruum nulla poteſt ſubeſſe ratio, vel ęquitas natura-
lis, vel ciuilis, ergo non intelligitur caueri ſtatuto, qđ ratione
caret, arg. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & quod ibi no. Prętere
verba dicunt, auo paterno, vel materno: vnde tacite intelligit
de patruo conſimili. i. de eo, qui eſt ex parte agnatorum. ar. ff.
de vi. leg. l. fi. §. cui dulcia. Ad hoc facit illud vulgare, quo ca-
uetur, ꝙ non debet vnum altare cooperiri, & aliud diſcoope-
riri, vt no. C. qui po. in pig. hab. l. aſſiduis. §. acceptis. Nam cū
vterq; ſit cognatus tantum, & non agnatus, mater potiſſima
ratione debet præferri, vt ff. de inoff. teſt. l. nam & ſi parenti-
bus. Item alio capite ſtatuti continetur, ꝙ illud, ꝙ dictum eſt
de matre, locum habeat in omnibus, & ſingulis atuncilibus,
vel coniunctis cuilibet tam mari, quàm fęminę decedēti per
3 lineam maternam, ſeu ex latere matris ſuæ. Nā † ſi iſta dictio,
ſeu. ponitur ampliatiue: tunc iſte patruus attinet per lineam
matris ſuę, non ſuccedat. Si autem ponitur expoſitiue pro. i.
tunc, non tangit caſum noſtrum. Circa quod eſt dicendum, ꝙ
quando dictio, ſeu. ponitur inter diuerſa ponitur ampliatiue.
vt ff. de aur. & arg. leg. l. ſi quis ita legauerit. Sed quando po-
nitur inter ea, quorum vnum venit ad poſitionem alterius,
tunc ponitur reſtrictiue, vel ſaltem declaratiue, ut ibi not. Si
autem poſſit poni vtroq; modo ſecundum tex. illius. l. ſi quis
ita. ponitur ampliatiue. & ita videtur in caſu noſtro. Statutū
ergo uidetur conſiderare ſolam progeniem maſculinam, & ei
4 exhibere pręcipuos fauores. Iſta † quęſtio eſt multum dubia:
quia verbum, patruus. eſt commune. & ſi tu dicis, iſte eſt fra-
ter maternus, non paternus, certe immo eſt paternus: quia fra
ter patris conſiderata radice proxima, licèt conſiderata radi-
ce remota ſit maternus, ego tamē magis inclino in opinione,
ꝙ non excludat matrem propter mentem ſtatuti: quia ſtatu-
tum, licèt de quibus patruis non declaret, tamen omnia ver-
ba ſuperiora, & inferiora dicti ſtatuti ſonant de agnatis. argu.
d. l. fi. §. cui dulcia. de vi. lega. & quia cognationis generi ſtatu
tum non vult dare prærogatiuam: ergo cognati inter ſe relin
quūtur in iure communi. argu. ff. de excu. tu. l. ſed & milites,
in princ. Tertio deinde in capite dicti ſtatuti ſic cauetur: fra-
tres vero Vterini, vel alij nati ex linea fęminina nō poſſint ſuc
cedere &c. Sed illud capitulum non facit contra matrem, quia
mater non eſt nata ex linea fęminina, ſed eſt principium gene
rationis. & ideo videt mihi, ꝙ in dicta ſucceſſione dicta ma-
ter ſit potior. illud non eſt omittendum, ꝙ ſi frater non ſucce
dit fratri Vterino, ergo nec alicui deſcendenti ex eo, vt in deci
ma colla. qui ſeu. dare poſ. §. hoc autem notandum. Et iſta ra
tio decidit quęſtionem contra dictum patruum. Nunquid
5 † appellatione patrui contineatur frater Vterinus patris, quā
tum ad uerborum interpretationem pertinet, continetur pru
denter allegatum. Nam etiam in mera linea cognatorum re-
peritur patruus, & non ſolum immediata, ſed magnus, ut no.
C. de ſucceſ. edic. l. ſi mater. licèt Placentinus ibi noluerit cō-
trarium dicens, ꝙ in mera linea agnatorum non proprie erat
patruus, ſed auunculus: uel quodam generali nomine eius, ſi
ue Zius, ut in Auth. de hæredi. ab inteſta. §. 2. Sed opi. Placen-
tini non eſt uera, licèt Cy. eam ibi tenet. contrarium eſſet de
mente loquentis. Nam nunquam uerborum interpretatio tā-
tum ualet, ꝙ meliori ſenſu exiſtat, ut C. de libe. præt. uel exhę
re. l. 3. & ff. de excu. tuto. l. ſcire oportet. §. & ſi maxime. Alio
capite ſtatuti ſic cauetur: fratres uero Vterini, uel alij nati ex
linea fęmina non poſſint ſuccedere alicui, uel aliquibus eorū
fratribus Vterinis defuncti exiſtētibus ex latere patris aliquo,
uel aliquibus coniunctis ex latere patris, ſaltem uſq; ad quar
tum gradum incluſiue: hi ergo, qui ſupra quartum gradum
ſunt

ſunt agnati, non tepellunt proximiores cognatos: & hoc propter dictionem taxatiuam, vſque. item quia cum dicti agnati vſq; ad quartũ gradũ excludant proximiores cognatos contra ius commune, certe in caſu omiſſo in dicto ſtatuto ſequi debemus ius commune, vt in §. de viro. & l. ſi cum dotem. & in Auth. de hære. ab inteſta. §. ex his. Ex quibus concluditur dictum Petrum agnatis remotioribus vltra quartum gradum eſſe potiorem propter gradus prærogatiuam: vt in authen. poſt fratres. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXIX.

1 *An fideicommiſſarius vniuerſalis poſſit cedere, vel donare ius fideicommiſſi ante reſtitutionẽ ſibi factam: & an poſſit agere ad res alienatas ante reſtitutionem ſibi factam.*

2 *Filius, qui alienauit aliquam rem, præſumitur pro ſua legitima alienaſſe.*

3 *Filius detrahi duas quartas.*

4 *Res alienatæ pro ſoluendis debitis, vel vſuris, vel male ablatis non imputantur filio in legitimam.*

5 *Hæc verba, ſub modo. quando faciant conditionem: & quando modum.*

Pepus Nicolutij fecit teſtamentutu, in quo inſtituit ſuos hæredes vniuerſales Ioannem Petrutij, & Pepum Ciuelli ſuos nepotes. & ſi aliquis ſuorum prædictorũ ipſorum nepotutu moreretur in pupillari ætate, vel quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus: q̃ tũc bona ipſius morientis deueniant ad alium ſuperuiuentem: & eos inuicẽ ſubſtituit: & ſi ambo morerentur ſine filijs ex eis legitime deſcendẽtibus, voluit, & reliquit, q̃ omnia ſua, & ſingula bona ſupradicta remaneant, & remanere debeant dominæ Philippæ, & dominæ Iacobæ, & dom. Ioannæ ſuis filiabus in æquali portione. & eas in dictum caſum ſibi inuicem ſubſtituit: dũmodo dictæ ſuæ filiæ teneantur, & debeant ædificare vnũ hoſpitale, vbi eis videbatur conuenire, & dare, & ſoluere pro dicto hoſpitali fiendo 5000. li. iſtud teſtm̃ fuit factũ 1337. die 27. menſis Martij. Poſt hæc deceſſit teſtator ſuperſtitibus ſibi dictis ſuis nepotibus, & dictis ſuis filiabus. Demum deceſſit Pepus Ciuelli nepos dicti teſtatoris ſine filijs ſupſtite ſibi dicto Ioanne Petrutij ſuo fratre conſobrino. Demũ deceſſerunt prędictæ domina Philippa, & Iacoba filiæ teſtatoris. Demum deceſſit prædictus Ioannes Petrutij ſine filijs ſuperſtite ſibi p̃dicta Ioanna filia prædicti teſtatoris. Demum dicta domina Ioanna dicens hęreditatem dicti teſtatoris ad ſe pertinere vigore prædictę ſubſtitutionis ex titulo donationis, & inter viuos: donauit cum onere ædificandi hoſpitale Nicolao Toldoli ſuo filio oĩa ſua ſua iura, & actiones, quas haberet in dicta hæreditate dictorum Pepi teſtatoris, & dictorum ſuorum nepotum. Demum dictus Ioannes fecit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit hoſpitale miſericordiæ. Et in codicillis legauit Petro Catlucij ſuo fratri cogino vnam domũ, cum quadam turri &c. Modo hęredes dicti Nicolai petũt dictam domum, & alia bona dictę hęreditatis. Quæritur, an poſ

1 ſint. † Pręmittendum eſt ad euidentiam, q̃ fideicommiſ. vniuerſale non poteſt reſtitui alteri, quàm fideicommiſſario vniuerſali. itaque non poteſt cedi, neq; donari hoc ius quaſi donatio, de qua quæritur, fuerit impoſſibilis, & nulla ipſo iure. tex. eſt ad literam. ff. de iure dotium. l. ſi mulier. §. ex aſſe. vbi expreſſe dicitur, q̃ fideicommiſſum vniuerſale procuratori ĩ rem ſuam facto reſtitui non poteſt. Cum igitur fideicommiſſum, de quo quæritur, ſit vniuerſale, ergo ante reſtitutionem factam dictæ domi. Iacobę donare, vel cedi non potuit, vt no. ff. ad trebel. l. qui ita. § j. per glo. & Dyo. illud conſtat, q̃ fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutam hęreditatem ex trebelliano nullam realem actionem habet pro rebus hæreditarijs vendicandis, vt ff. ad trebel. l. facta. & l. reſtitutam. & C. e. l. penul. Et ſi dicatur, quòd res alienatæ per hæredem poſſunt vendicari per fideicommiſſarium vniuerſalem non facta reſtitutione, vt not. ff. ad trebellianũ. l. Marcellus. §. res quę. hic aduertat intelligens, quòd verum eſt, quòd non requiritur reſtitutio illarum rerum, ſed bene requiritur reſtitutio vniuerſalis, vt poſſit habere quaſdam res particulares: & tamen non ſubiret onera hęreditaria. quod eſt ridiculum, & contra volũtatem teſtatoris, & diſpoſitiones iuris: quia reſtitutio ex trebelliano non diuidit ſe, nec ipſa trebellianica ſucceſſio. d. l. reſtituta. in princip. Pręterea iſtę res non erant alienatę tempore conceſſionis, nec erat ſpes alicuius rei vendicationis quęrẽdę ex alienationibus de futuro: & ideo tale ius nõ includitur in ceſſione: quia illa verba, omnia ſua iura, & actiones, quas habere. loquuntur de iuribus, quę tunc erant in rerum natura, & non de oriundis ex cauſa de futuro, & incognito, vt no. C. quæ res pig. obl. poſ. l. fi. & ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcripſiſſet. & ff. de verbo. obli. l. ſi a colono. Nam illa verba, quas haberet. ſunt pręſentis tpis. Item illa verba, dicens hęreditatẽ ad ſe p̃tinere. ſunt præſentis tpis, & futuram minime includentis, vt dictis legib. Pręterea dicta donatio fuit vniuerſalis, & nulla, ergo nullum parit effectum: quia initium habuit impoſſibile, & vitioſum, vt in regula, quòd ab inſtituto. cum ſimilib. Amplius conſiderandum eſt, q̃ teſtator non fecit ſubſtitutionem ſimpliciter, & pure, ſed conditionaliter, vel ſaltẽ ſub modo, in quo implendo fuit cõmiſſa mora, & deſijt impleri poſſe. & tunc arguo ſic, quando impletio modi impeditur mora pręcedente, vitiatur relictum, vt C. de condi. inſer. l. fi. ſed hic deſijt formaliter impleri poſſe morte omnium filiarum: quia non poſſunt eligere locum, nec de loco conuenire poſt mortem, ſicut requirunt verba teſtamenti, vt ff. de manu. teſtamẽti. l. ſi ita. Pręterea etiam ſi per caſum deficit modus, deficit relictum: ſi apparet, q̃ teſtator non erat aliter relicturus. quod pręſumitur, ſi modus erat ad pias cauſas: quia locus pręſumitur inſertus loco finalis cauſę. quod idem eſt dicere, q̃ teſtator aliàs non eſſet relicturus, vt ff. de don. l. 2. §. fi. Sed cũ appa ret de pręciſa mẽte teſtatoris, qui illum modum inſeruit ſubſtantiæ ſubſtitutionis: quia dixit, ſubſtituo, dũmodo. q. d. non aliter. ff. de ma. teſt. l. Meuia. nam verbum, ſubſtituo. eſt radix ſubſtantialis, ſuper qua fundatus eſt modus. Pręterea ſciendũ eſt, q̃ abſurdum eſt plus tribui a prætore ei, qui fideicommiſſum petit, quàm teſtator voluit, ff. ad trebe. l. facta. §. ſi pręteor. verſi. plus. n. vnde non debet plus peti, quàm teſtator voluit. vnde notandum eſt prius, non peti importat conditionẽ. Sed an ipſius non peti, ſi portat modum. quicquid ergo ſit, ſiue cõditio. & iſta eſt defecta, vt C. de condi. inſer. l. leg. ſiue modus, & tunc eius natura finalis, & executiua eſt, q̃ relictum eſt ſine efficacia, vt ff. de condi. & demon. in rubr. Præterea quãdo iubet teſtator conſtrui hoſpitale, uidetur apponere annum, ut in Auth. de eccleſia. titulis. §. ſi quis ædificatorem. unde elapſo anno repellitur a defuncti iudicio, ut no. in Auth. de hær. & falci. §. ſi quis autem non implens. & extra de teſtamentis. c. nos quidem. & c. ſi hæredes. & C. de epiſ. & cle. l. nulli. eos enim ad fideicommiſſum inuitaſſe uidetur, qui iudicio ſuo utuntur, non contrario, ut ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. uerſi. eos. & C. de fideicommiſ. l. quæſtionem. in fin. Supereſt

2 alius articulus, † uidelicet, q̃ filius, uel nepos, uel eius hęres pro ſua legitima alienaſſe pręſumitur, quam poteſt detrahere in una re, ſi cum tali detractione concurrit arbitrium boni uiri: ſicut creditor habens arbitrium ſibi ſoluendi, uel eligẽdi, ut in Auth. de reſti. & ea, quæ parit. §. quamobrem. & ita ſępe conſultum eſt. unde hoſpitale cum eſſet hęres uniuerſalis, potuit uendere uſq; ad legitimam, & trebellianicã in una re cõſiſtente: ut ff. de leg. 1. l. non amplius. § fi. cum l. ſeq. Amplius hęres hæredis fideicommiſſum uniuerſale potuit efficaciter alienare, licèt ipſe teneatur ad precium, ut l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. quia precium in uniuerſalibus ſuccedit loco rei, ut ff. de peti. hære. l. ſi ad rem, & precium. & plene not. C. de rei uen. l. mater. Sed non eſt omittendum, quòd ſi poſſet adhuc adimpleri modus, debet adimpleri plene, & ideo debet impleri; & ſoluendo intereſſe pauperum arbitrio epiſcopi declarandũ, quia de ſe non habet certam quãtitatem, uel naturam, ut C. de ſen. l. 1. Nam pauperibus mora committitur re ipſa, ſicut pupillis, ut ff. de leg. 2. l. Titia Seyo. §. uſuras. pauperes enim incerti habentur loco pupillorum, immo loco infantium, quib. non eſt intellectus, ut C. de epiſco. & cle. l. orphanotrophos. & hoſpitalia ſunt eiuſdem cẽſurę, ergo ſequitur id, quod ſequitur

3 ex pręmiſſis. Porro † nec illud in dubio reuocandum eſt, an poſſit detrahi falcidia, uel trebellianica: quia de hoc hodie

nulla

nulla eſt opinio, cum ſit caſus decretalium determinantium iſtam quęſtionem antiquam, ſed hodie deciſam in capi. Ray. & Raynaldus. & capitu. ſi patet. quam ſeruat totus mundus. extra de teſta.
4 Item † nec eſt dubitandum, ꝙ res alienatæ pro ſoluendis debitis, vel vſuris, vel incertis male ablatis, vel pro alijs legatis non imputantur hæredi in legitimam, vel trebellianicam, vt no. ff. ad trebellia. l. Marcellus. §. res, quæ. & præſumitur hæres in iſtis cauſis alienaſſe, ſi creditores, vel legatarij litem diutius non mouerunt, quia præſumptio eſt, ꝙ mouiſſent, ſi eis ſatisfactum non habuiſſent, quia non pręſumuntur ſuum iactaſſe, vt ff. de proba. l. cum de indebito. non tamen eſt iſta præſumptio omnino concludens, ſed veriſimilis; ſi aliud non appareat ſimile. C. ad macedo. l. fin. & C. de pig. l. vlti. & ideo quantum ad hunc articulum videnda ſunt verba teſtamenti, ſi probatur de aliena. ſed ſi non probatur, nihil præſumitur diminutum: quia facta non pręſumuntur. De il-
5 lis verbis ſub modo † ſciendum eſt, quòd quandocunque faciunt modum, vt ff. de contrahē. emp. l. cum ab eo. & hoc eſt ex ordine faciendi præſumēdum, quia ſi ordo eſt, quòd prius exequutioni mandetur diſpoſitum principale, quàm onus, facit modum, ſed ſi eſt ordo conuerſus, facit conditionem, vt cum dico, lego tibi 10. cum nauis venerit ex aſia. quia conſenſus deeſt, niſi nauis veniat. vt ff. de act. & obl. l. non ſolum. nec poteſt prouideri per cautionem: quia non eſt in poteſtate cauentis nauem venire, vel non venire. Sed ſi eſſet negatiue concepta omnino, vt ſi dicatur, dummodo nauis ex Aſia non veniret, haberet locum cautio mutiana, vt ff. de condi. & demō. l. Mutianæ. & l. cum tale. §. lucius. Sane videamus, ſi dicta domina Ioan. admitteretur ad quartam partem, admitteretur deducta legitima, & trebellianica. & certe non admitteretur, niſi p. o tertia, vt ff. de condi. & demon. l. in teſtamento. & l. tales conditiones. quia ius accreſcendi defecta conditione, vel modo in perſona pręmortuarum locum habere impoſſibile eſt. caſus eſt in d. l. tales. immo certe, vt diximus, modus mora conſumptus, & fideicommiſſi virtus euanuit, quia cum do. Ioan. excluſa ſit, nihil ei accreſcere poteſt, vt ff. de vſufruc. l. ſi quis Titio. §. 1. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXX.

1 *An ſi ſunt plures ſocij, vel conſortes in vno pedagio habentes ius percipiendi emolumenta dicti pedagij, quilibet pro portione ſua poſſit vnus ius portionis ſua vendere, vel alienare ſine conſenſu, & requiſitione aliorum.*

1 Quæritur, † an d. Spineta poſſit petere diuiſionē fieri de dicto pedagio ſuis ſocijs inuitis: adeo ꝙ quo ad partem ſuam poſſit ponere collectorem, & vendere dictū pedagiū pro portione ſua debito tpe. Dn̄s Spineta non habet iuriſdictionem, ſed pp commoditatem percipiendorum fructuum poteſt ibi ponere ſuum collectorē, vel aſtantem ſuis expenſis, ne poſſit fraudari in eo, quod ad eum tangit. & quia iſta qō formatur in ſimili per ſpe. tit. de deci. §. fi. vbi pleniſſime allega. non extendo me in allegando. Et eius conſortes non poſſunt vendere in ſuum præiudicium abſque eius conſcientia: quia eſt in poſſeſſione cōmoditatis pro parte ſua, eo ꝙ ipſas commoditates percepit. diuiſio aūt non cadit, quia commoditas ipſa, nō quota ſunt diuiſa. ſolū aūt non pertinet ad dominum Spinetam, vt ff. de cōtrah. emp. l. j. §. fi. Chriſtopho. de Caſtelliono.

Ad idem ſubſcriptio per Bal.

Nobilis, & Magnificus dominus do. Spineta, qui habet commoditatem percipiendorum fructuum pedagij &c. poteſt ibi ponere ſuum collectorem, qui vnà cum alijs cōſortium ſuorum deſcribat, & videat, quod colligitur: quia intereſt ſua, quoniam commoditas partita ſua eſt, vt no. in ſpecu. de deci. §. fina. & ibi copioſe allegatur in iſta materia: & ideo non me extendo in allegando. Item quando venditur pedagium, ſemper ibi poteſt habere procuratorem ſuum, vel perſonaliter intereſſe, ſi voluerit: ne fraus committatur. & ad hoc debet requiri, vt C. de diſtrac. pig. l. creditor hypotecas. nam qui non requirit illum, cuius intereſt, clā, & mala fide facere videtur. ibi eſt textus notabilis. vnde concludo, quòd conſortes non poſſunt vendere pedagium in ſuum præiudicium abſq; eius ſcientia, & conſenſu, vt ff. de aqua plu. arcen. l. in concedēdo. cum l. ſequenti. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXI.

1 *An, & quibus caſibus vir propter adulterium vxoris lucretur, vel non lucretur dotem. Et an ſingularis ſucceſſor, vel hæres extraneus mariti lucretur dotem, & poſſit opponere vxori adulterium.*

1 Nam † quandoq; propter adulterium re vera commiſſum vxor eſt a viro repulſa, accuſata, & condemnata, & tunc vir ſtatim lucratur dotem, vt in Authē. vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero. & C. de repu. l. cōſenſu. & hoc ius tranſit ad hęredem: quia eſt iam deductum in ſententiam, ſiue ſit hæres ſuus, ſiue extraneus, vt l. 3. C. ſi pę. ap. mors interuenit. tranſit etiam exceptio hoc caſu ad ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam a marito, vt l. etiam. ff. de iureiuran. & quod no. Dy. in l. fluminum. §. adijcitur. de dam. infec. Secundus caſus eſt, quando mulier fuit repulſa per virum, non tamen fuit accuſata, & condēnata: & tunc vir bene habet exceptionem, ſed hæres eius extraneus non habet eam, vt leg. & no. ff. ſol. mat. l. rei iudi. per Dy. & Bar. & tangitur per doc. in l. vlti. C. de adul. & eodem modo non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem viro mortuo: quia ſucceſſor ſingularis æquiparatur hęredi extraneo; tn̄ in decretali dr̄, ꝙ mulier adultera non repetit dotē, vt extra de don. inter virum, & vxo. in c. plerūq;. Sed loquitur in duobus caſibus. ſ. qū eſt facta ſeparatio thori per eccleſiam, vel qn̄ ipſa propria volūtate receſſit ſpreto thoro viri. in primo. n. caſu, quando iudicio eccleſiæ eſt ſeparata, ſatis eſt de adulterio quodammodo condemnata, vt extra de proc. c. tuæ. §. ſi vero. Secūdo vero caſu eſt ratio, quia in duobus deliquit. ſ. adulterando, & virum ſpoliando quaſi poſſeſſione thori. Sed cum vir repulit eam propria autoritate, mulier, non deliquit, niſi in vno. ſ. adulterando. & ideo mortuo viro hęres extraneus, vel ſingularis ſucceſſor nō habet excep. adulterij. Specu. autem indiſtincte tenet, ꝙ niſi mulier ſit cōdemnata indiſtincte, vir nō lucratur dotem, nec hæres poteſt ea non condemnata excipere de adulterio. in ſpe. de dona. inter virum, & vxorem. §. fin. verſi. quid ſi mulier agit ad dotem contra hæredes. & in ſpecu. de excep. §. dicto verſi. item quæritur, eccle. Ioan. And. in d. c. plerunq;. remittit ad ſpeculatorem tanquam contentus deciſione ſua. Tertius caſus eſt, quādo vir non repulit, nec accuſauit: tunc non poteſt opponi, vt C. de reuo. dona. l. fi. & C. de decur. l. ſi ille. lib. 10. & not. per glo. in d. l. rei iudi. §. 1. Ex quibus apparet, ꝙ aut fuit condemnata, aut iudicio eccleſiæ fuit ſeparata. emptores bonorū poſſunt opponere excep. dotis habitæ, vel non, & ideo extra pręd ictos duos caſus poſſunt poſſeſſores bonorum hypothecaria conueniri pro reſtituenda. Ille autem tertius caſus, de quo ſ. tetigi. ſ. qn̄ receſſit propria ſponte, videtur debere limitari. Si vir mores vxoris accuſauit. & hoc placet, & ſecundum diſtinctionem pręd ictam debet intelligi, quod not. Iaco. de Bel. in quæſtione diſpu. per eum, quam ponit in l. vnica. C. de rei vxo. act. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXII.

1 *An, & quando dominus teneatur pro delicto ſerui, vel famuli, vel diſcipuli ſubtrahentis res pignoratas, vel alias apud eum depoſitas, ſeu exiſtentes.*

1 Hæc † quæſtio formatur in ſimili. ff. commo. l. eū, qui. §. ſi rem. cum. l. ſe. & l. ſi mei cauſa. §. 1. & l. argen. & breuiter gl. dicunt, ꝙ debet conſiderari qualitas perſonarum. Si. n. diſcipulus erat bonus ſibi, & alijs notus, & pro fide habitus, qui poſtea fractis horreis aufugit: adhuc reputatur caſus fortuitus, & non tenetur fęnerator de pig. ſi autem erat homo ignotus, & improbatus, tūc eſſet in culpa ſaltem leui ille, qui fidit in eo, in quo homines mediocris diligentiæ non debuiſſent confidere. vt ſecūdum caſum, qui proponitur, videlicet, quòd ipſe aliàs erat experimentatus, & legalis fęnerator nō tenetur de rebus ſubtractis per ipſum, vt d. l. argentum. & facit.

ff. ſi

ff.ſi cer.per.l.ſi quis nec cauſam.&l.rogaſti.& ff.commo. l.ſi
vt certo.§.nunc videndum.nec poteſt dici,ꝙ iſte vteretur ope
ra malorum hominum:quia non conſueuit aliàs eſſe malus,
vnde de eo non debebat haberi mala præſumptio, vel ſiniſtra
ſuſpitio, vt d.l.argentum. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXIII.

1 *Decretum non poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
2 *An valeat datio inſolutum facta per iudicem vni ex hæredibus aſſerenti ſibi in diuiſione hæreditatis contigiſſe quoddam debitum, ſi de hoc non conſtiterit iudici. & poſito, quòd non, an ratificatio cohæredum validet prædictam dationem. numero 3.*
3 *An quis poſſit ratificare factum geſtoris etiam in rem ſuam.*

Proponitur, ꝙ vnus hæredum aſſerẽs ſibi ob-
uenisse in partem tempore diui-
ſionis quoddam totum creditum duorum milium flore. egit
coram iudice:& meruit primum, & ſecũdum decretum pro
integra quantitate, non facta aliqua probatione, ꝙ dictum cre
ditum ſibi in partẽ obuenit. modo poſteriores creditores pe-
tunt iſta tanquam de facto facta reuocari, & fructus pceptos
in ſortem computari, quia ob falſam petitionem miſſus fuit
1 in poſſeſſione.† & dicunt, ꝙ dicta miſſio non poteſt diuidi,
vt pro parte valeat,& pro parte non: cũ in tota quantitate ege
rit nomine ſuo, vt ff.de condi.inde.l.ſi non ſortem.§.ſi centũ.
2 vbi Bar.ſic loquitur.† Tene ergo menti iſtum.§. pro dationi-
bus inſolutum,quæ fiunt tota die,vt ſi in aliqua parte datum
inſolutum vitiatur,totum vitiatur.Item nec poteſt decretum
pro parte valere,& pro parte non valere, vt l.in hac iudicia.
fami.hęr.Sed ex aduerſo dicitur, ꝙ cohæredes, licèt dudum
poſt dictum ſecundum decretum ratificauerunt, & aſſerue-
runt,ꝙ rei veritas fuerat, ꝙ dictum creditũ obuenerat in par
tem dicto petenti,& nihilominus etiam iura ceſſerunt, vnde
ratihabitio debet retro trahi,vt in c.rati.& l.fi.C.ad mace.ff.
de iudi.l.licèt.Sed ad hoc reſpondetur.primo,ꝙ non apparet
de ratihabitione,licèt cohæredes aſſerant verum eſſe,ꝙ dictũ
creditum obuenerat in partem.Nam aliud eſt confiteri,aliud
habere ratum.Item dicitur, ꝙ ceſſio poſtea ſuperueniẽs nihil
operatur,vt ff.de iudi.l.non poteſt videri.Item allegatur,ꝙ ẽt
ratihabitio non potuit fieri in pręiudicium tertij, videlicet,
aliorum creditorum,quibus competebat hypothecaria, & ẽt
competebat ius compenſandi fructus in ſortem, vt ff.de ſolu.
l.Titij. Hæc eſt enim regula, quòd in pręiudicium tertij ne-
mo poteſt ratificare,ut ff.de pig.l.ſi fundus.§.j.Pro hac etiam
parte poteſt allegari,ꝙ iſta decreta non poſſunt interponi ni-
ſi liquidam debito,vt ff.quibus ex cau.in poſ.eatur. l.hoc au
tem.§.1.ibi dum dicit,conſtare debet,liquere prætori &c.Cũ
igitur non fuerit probatum de credito,ergo datum in ſolutũ
non tenuit.facit quod no.extra de conſti.c. eccleſia Sãctæ Ma
rię.vbi glo.dicit,ꝙ probatione penitus omiſſa ſententia eſt ip
ſo iure nulla.pro hoc etiam facit, ꝙ ſpirituale eſt in minore,
ꝙ poſſit ratificare nulliter factum a non legitimo tutore: er-
go in contrarium eſt ius commune,vt no.in l.ſi tutor.C.in q-
bus cau.in integ.reſti. non eſt neceſſaria.per glo.pe.& Cy. ad
hoc facit quod no.in ſpe.de defenſione.§.1.verſ.ſed pone. Nã
per ratihabitionem non videtur purgari vitium falſę petitio-
nis,quod habet impedire ſecundum decre.vt ff. ne vis fiat ei.
l.1.§.hęc verba.Sicut vitium falſę impetrationis.Nam falſę di
cuntur literæ:quia a falſo procuratore ſunt impetratę,vt c.ex
parte decani.Item iſte agens videtur intentaſſe vtiles actiones
nomine ſuo,vt C.de procur.l.qui ſtipendia.ergo alij cohære-
des non poſſunt ratum habere, quod eorum nomine non eſt
geſtum,vt in regula ratum.& l.ſi ſeruus.ff.de præcario. & ad
hoc facit.C.de condi.inde.l.creditoris. Item quia dictus pro
ceſſus non videtur habere aliquod fundamentum veritatis.
Item quia dicta nuda aſſertio cohęredũ videtur facta in frau-
dem cre.vt C.de non nu.pe.l.ſi cui.& ff de iureiu.l.nã & po-
3 ſtea.§.ſed & ſi quis &c.† Modo quæritur, quid iuris viſis alle
gationibus prædictis,& alijs,quæ fieri poſſunt pro, & cõtra.
ſolutio, communis opinio eſt, quòd quis poſſit ratificare fa-
ctum geſtoris,etiam in rem ſuam,vt no.ff.de cond.ob cau.l.ſi
procuratori falſo. de procuratore ſimplici minus eſt dubiũ,
& in decretorum interpoſitione,vt ff.rem ra.ha.l. bonorum.
& ff.de procu.l.mutus.§.is, qui. vnde licèt ſit obreptum prę-
tori, tamen ratihabitio reconſiliat,vt ff.de neg.geſ.l.ſi autem.
§.item ſi fundum.& not ff.de excep.rei iu.l.ſi mater.§.hoc in
iure. vnde primus creditor poteſt factum a non procuratore
ratificare,& confirmare non obſtante creditore ſecũdo,qa ra
tificatio fingit retro,& poteſt creditor primus vti iure ſuo, &
ſecundo creditori præiudicare propter prærogatiuam tempo
ris,vt ff.de excep.rei iu.l.ex ſextante.§.latinus.nec ob. l.ſi fun
dus.§.1.ff.de pig. quia debitor non poteſt pręiudicare iuri q̃ſi
to debitori,ut ibi in ſecundo reſponſo. ſed creditor prior be-
ne poteſt præiudicare poſteriori,ut l.pupillus. q̃ in frau. cre.
& ideo ſi apparet de ratificatione, reconciliatur dictus proceſ
ſus agentis,ut retro,& ideo computantur in ſortem quaſi re-
cepti ex re propria.Illud autem non pondero.ſ.nouam ceſſio-
nem,quia nihil operatur ad cõualidationem proceſſus, ut ff.
qui ſatiſ.cog.l.Iul.ratihabitionem pondero:quia uerificat, ut
retro:& pro hoc facit ff.de fur.l.ſi uendiderit.§.ſi Titius.uer.
quod ſi pecunia. ubi ſi dominus ratificat ſolutionem factam
etiã falſo procuratori,purgatur procuratoris dolus, quia de-
bitor liberatur.Quanto ergo magis hic in caſu noſtro,ubi cre
dendum eſt,ꝙ fuerit uerus procurator: quia domini ita aſſe-
runt,quibus uidetur credendum de animo,& facto eorũ, ut
ff.de procu.l.ſi procuratorem abſentem. Item nõ eſt dubium
tali ratihabitione debitores liberatos a dictis cohęredibus,er
go ratihabitio eſt ualida.Porro hæc datio inſolutum. Sol.eſt,
ut C.de euic.l.ſi ob cauſam.& l.a diuo pio.ff.de re iud.Pręte-
rea conſiderandum eſt,ꝙ ille, qui egit, non expreſſit ſe agere
utilibus actionibus,nec directis, nec fuit ab eo petitũ, ꝙ de-
claret.unde intelligitur utranq; uiam cumulaſſe: cum in effe
ctu tendant iſtæ duæ uiæ ad eundem finem,argu.C. de annu.
excep.l.fi.Itaq; cum procuratorio nomine uideatur actũ, ra-
tihabitio reconciliat factum,ut ff.de neg.geſt.l.1.& no.eo.ti.
l.ſi pupilli.§.pe.Item & in utili gerit imaginem cedẽtis, ut d.
l.qui ſtipendia.& ff.fa.hęr.l.plane.Vnde de primo ad ultimũ
concludendum,quia uerum erat debitum,& per conſequens
circa ſubſtantiam debiti non fuit obreptum pętori, & man-
datum in rem ſuam uerificatum,& etiam ratum habitum, di
cta datio in ſolutũ uires aſſumpſit,uel a principio,uel ex poſt
facto:ita ꝙ trahitur retro,ut ff.de ſolu.l.ſi quis offerenti.§.1.
& §.ſi duo.Non ob.quod not.in l.2.C.de iure fiſ. lib.10.quia
ibi erat defectus iuriſdictionis,ut no.Inno.extra de offi.dele.
c.prudentiam.& ita uidetur mihi Baldo de Peruſio, ſalua ſub
ſtantia ueritatis.

CONSILIVM CCXXIIII.

1 *Qui ſint actus, per quos aliquis videtur adire hæreditatem.*

1 Super † eo,quod quæritur, an domina Simona cõpro
mittendo,& ratificando laudum, & exequẽdo
ipſum uideatur adijſſe hęreditatem Ioanni Boiæ.Conſideran
dum eſt, ꝙ aut fecit aliquem tranſlatiuum alicuius rei dicti
Ioannis Boię: & tunc uidetur ei hęreditatẽ adijſſe.Nam qua-
tuor modis aditur hęreditatis.ſ.per actum acquiſitiuum, per
actum tranſlatiuum in alterũ,per actum poſſeſſiuum,& uer-
bo.iſti enim actus non poſſunt fieri citra ius, & nomen hære
dis,ut ff.de acqui.hære.l.pro hęre.§.Papi.& l.gerit. & l. cum
bonis.& l.duo fratres.& inſti.de hære.quali.& diff.§.fin.ff.de
hære.inſt.l.iam dubitari.Si autem quis facit aliquem actum,
qui non attingat ius,& nomen hęredis,non uidetur adire,qa
adire eſt facti,& animi,ut C.de iu.delib.l.potuit. & C.unde
leg.l.nam hoc & C.de repu.hære.l.1.Si autem eſt actus, qui
poteſt duplici modo fieri.ſ.tanquam hæres, & tanquam non
hęres: in dubio non præſumitur quis adire,ut no.ff.de cond.
ob cau.l.1.§.ſi parendi.Reſtat ergo uidere,ſi tranſigendo ſup
corporibus hęreditarijs, & iuribus hęreditarijs uideatur adi
re:& ſi quidam mouet quæſtionem ut hæres, uel ei mouetur
tanquam hæredi, intelligitur hęreditatem adire niſi dubium
ſit,an hæreditas ſit ſibi delata,uel non,ut no.ff.de tranſa.l. cõ
trouerſia.& l.3,in prin.unde iſta quæſtio,de qua quęritur, fa
cti eſt potiuſquam iuris,ut ff.de ſtatu ho.l.idem erit. & quia
perfecte dicti actus non uidentur potuiſſe geri, quin gereret
pro

pro hærede dicti Ioan. ſi non fallor in facto, dico, ꝙ videtur adijſſe hæreditatem dicti Io. propter dominij translationē, ac liberationem factam ſuper toto: vt inſt. de hęre. quali. & diff. §. fi. & ff. de acq. hære. l. duo fratres. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXV.

1 *An minor compromittens datis expromiſſoribus de ratificando, & non contraueniendo, poſſit nihilominus aduerſus laudum petere reſtitutionem. & an is, qui promiſit ſe pariturum ſententiæ arbitri in quolibet ca. ſub pœna mille, ſi arbiter ſententiauit, ꝙ ſoluat ducenta alicui ſub certis terminis, ita tamen ꝙ tota ſolutio ſit facta infra duos annos, incidat in pęnam, ſi non fuit facta ſolutio in primo termino: & ſi ſic, an incidat in totam pęnam. & numero 2.*

Verba dicunt, & promiſerunt dicti ꝯhētes noībus ſupraſcriptis ꝑ ſolennē ſtipulationem ſtare, parere, & obedire omni ſnīæ, arbitrio, & laudo: & nunq̃ ꝯfacere, vel venire per ſe, vel aliū de iure, vel de facto aliqua rōne, vel cauſa, nec appellare, nec ſupplicare, nec petere reduci ad arbitrium boni viri ipſam ſnīam: nec aliquem actum facere de iure, vel de facto, pp quod ſnīa, arbitrium, arbitramentū, vel laudum, & amicabilis compoſitio irritaretur, vel annullaret̃ aliquo mō, vel irritari, vel annullari poſſet ſub pęna mille ī quolibet ca. in quo eſſet ꝯfactum. Promiſeruntq; inſuper quidam A. B. & D. ſuo proprio noīe ſe facturos, & curaturos, ꝙ principales laudabunt, approbabunt, ratificabunt, & confirmabūt dictum cōpromiſſum, & oīa, & ſingula ſcripta in eo contēta: & ꝙ ſtabunt, & parebunt ſnīæ, laudo, arbitrio, & arbitramēto dictorū arbitrorum, & arbitratorum, ac amicabiliū compoſitorum, ac oīm amicorum, qñ facti erunt puberes. In ſnīa autē dictorum arbitrorū, & arbitramentorū continet̃ ſic, ꝙ debeāt ſolui ſexcēti duc. in certis terminis: & ſubdit, ita ꝙ integra ſolutio ſit facta ī. duos annos &c. Modo in primo dictorum terminorum non fuit facta ſolutio. Quęritur, vtrum dicti maiores, qui pro minoribus ſe obligauerunt ad dictā pęnam, ſi valeant conueniri.
2 Sup hoc† dñs Di. ſic ſcribebat ar. ꝙ ſi minor cōpromittat in arbitriū, & promittat pęnā, ſi ſnīæ non pareat, ꝙ petendo in integrū reſtitutionē aduerſus ſnīam arbitri non incidat in pęnam. Nam de ſui facilitate quæri vr̃, non de ſnīa arbitri: & ideo tex. conſuluit in forma cōpromiſſi adijciēdū, ꝙ aduerſus ſnīam non veniat, neq; in integrū reſtitutione petat. Di. idem refert Bar. poſt Di. in l. cū minor. in prin. ff. rē ra. hab. Præterea verba dicunt, ꝙ iſta pęna cōmittatur in ſingula capitula. Sed vnum tm̄ vr̃ eſſe capitulum 600. flor. nam diuiſio ſolutionum non eſt c, ſed eſt pars capituli: ergo niſi oībus præſtationibus elapſis non poteſt peti pęna, vt ff. de pi. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. Præterea iſti expromiſſores diſtulerunt promiſſionē ſuā in tēpus legitimæ ætatis pupillorū, videlicet, ꝙ ſi tunc non obedirent, ipſi tenerent̃: ergo ante non pñt conueniri. facit qd no. ff. de cond. ind. l. ſi procurator. §. fi. cum l. ſeq. In ꝯtrium vr̃, ꝙ dicta pęna ſit cōmiſſa, & cū effectu reſpectu dictorum expromiſſorum. Nam certum eſt, ꝙ per reſtitutionem minoris ipſi non releuantur à promiſſionis effectu, vt C. de fideiuſ. minorū. l. 1. & 2. & not. ff. de procu. l. minor 25. an. Item certum eſt, ꝙ ipſi non ſteterunt in finibus promiſſionis rati: ſed promiſerunt, ꝙ dicti minores parerent, & obedirent omni arbitramento. Sed non poteſt negari, quòd non ſit paritum arbitramento. Nam arbitramentū duas partes habet. Nā vna pars, ſiue capitulum habet, ꝙ ſoluatur: alia pars, ſiue cap. ꝙ ad idem ſoluatur, vt ff. de arb. l. celſus. §. idem ait. quia ergo nō eſt ſolutum ad diem, pęna vr̃ commiſſa, vt ff. de pe. leg. l. 1. in fi. nec dici pōt, ꝙ dicta pęna videat̃ inſerta quantitati: immo eſt inſerta facto reſpectu dictorū promiſſorum, qui promiſerunt ſe facturos, & curaturos, vt ff. ſi cer. pe. l. fi. §. fi. & le. & no. ff. de ver. ob. l. ſtipulationum aliæ. §. ſi ſortē. Item pęnę appoſitæ in arbitrijs, & in arbitramentis non eſt dubiū, ꝙ poſſunt poni ratione contemptus, vt ff. de arb. l. cum pęna. & l. ſi quis rem. & C. de arb. l. 1. & l. pluribus. alias fruſtra apponerentur: ꝙ ridiculum eſt dicere, vt ff. de arb. l. 3. Et hic cōſidera, ꝙ illa verba, qñ facti erunt puberes: videntur reſpicere ratificationem, & non ſolutionem. Nam ſolutio certum tempus habet, & ideo non differtur per incertum tempus ætatis, vt ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura. Item cōſidera, ꝙ diuiſio ꝑ tempora vr̃ inducere diuiſionem capitulorum quo ad pęnam, vt ff. ſi cer. pe. l. lecta. & optime facit. ff. de mino. l. emilius largianus.
2 Dubitari poſſet, † poſito, ꝙ pęna eſſet commiſſa cum effectu, vtrum eſſet commiſſa quo ad partem ratione partis ſortis, an in totum: & videtur, quòd in totum, vt ff. fami. hercif. l. hęredes. §. in illa. In contrarium videtur, quòd in arbitrarijs pœnæ rediguntur ad inſtar prætoriarum, in quibus fit diuiſio, vt ff. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. de quo dic, vt in dicto. §. ſi ſortem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXVI.

1 *An heredes infantis poſſint petere reſtitutionem ad adeundam hæreditatem delatam, antequam fuerit adita eo viuo. & quid ſi lapſum ſit quadriennium.*

1 Quæſtio eſt, † qñ nomine infantis non eſt adita hæreditas eo viuo: vtrū hęredes infantis poſſint petere reſtitutionem in integrum ad adeundum. quidam dicunt, ꝙ ſic per l. qui duos. de te. du. ſecūdum quod exponit illum tex. Ia. de Are. & ar. ff. de acq. hęre. l. pantonius. & C. de te. mil. l. ſi valerianus. Alij dicunt ꝯtrium per l. ſi infanti. §. j. de iuſ. deli. & hanc opi. tenet Ia. de Bel. Sed quicquid ſit, poſito ſine præiudicio veritatis, ꝙ poſſit peti reſtitutio in integrum ꝑ hæredem infantis ex perſona infantis: tū hic ideo peti non poteſt, quia eſt lapſum quadriennium a morte infantis: immo ſi concederetur, reſtitutio eſſet ipſo iure nulla, ſecundum Dyn. inſti. de act. §. rurſus. Item iſti qui dicunt tutores, fuerunt negligentes, qui debuerunt viuis infantibus adire. vnde nō debet eis ad eorum commodum ſubueniri, immo ſe a ſucceſſione faciunt alienos, qui tutelam legitimā non ſuſceperunt, nec inuentarium fecerunt: vt le. & no. ff. ad ter. l. 2. §. quid ergo ſi petijt. in gl. in ver. quod potuit. Illud eſt certum, ꝙ tutor, qui non fecit inuentarium, nec recipit adminiſtrationem per iudices decretum, nō poteſt infantes obligare, nec maiori infante autoritatem præſtare in aliquo actu, & maxime in aditione hæreditatis, quæ eſt actus ſolennis, & nimis obligatorius, vt C. de tu. & cura. qui ſatiſ. cog. nō dedit. l. fi. & l. in dubium. & C. arb. tut. l. veteris. tutor igitur, qui non habet ius adminiſtrādi hæreditatem, adire nō potuit nomine infantis. Item nec reſtitutionem in integrum petere: præſertim quia nec tempora ſuffragantur, vt C. de temp. in inte. reſti. peten. l. fi. dubium tamen mihi facit, quia hæredi infantis nō uidetur currere tempus petendæ reſtitutionis ex perſona infantis ante aditā hæreditatem infantis, vt C. de temp. in inte. reſt. l. ea quæ. §. fi. & ſic forte tempus petendæ reſtitutionis nō eſſet elapſum: quia eſt vtile quo ad ſuum principium: & ſic remaneremus ſolum in illo puncto, vtrum ex perſona infantis poſſit peti reſtitutio in inte. qui paſſus eſt multum difficilis: & ſunt opi. pro, & cōtra inter modernos &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXVII.

1 *An ſi ex pluribus tutoribus vnus adminiſtrauit, poſſit alius, qui non adminiſtrauit, ratam habere ſententiam latam contra adminiſtrantem, ita ꝙ ſibi noceat.*

2 *Si is, qui non adminiſtrauit, promiſit ſe facturum, & curaturum, quòd nullo ingenio veniretur contra ſententiam. an ſi appellatur, vel petatur reſtitutio, poſſit ex tali promiſſione conueniri.*

Proponitur, ꝙ tutor quidam, qui tutelam nō geſſit, ſed eius contutor bene adminiſtrauit, contra quem adminiſtrantem fuerat lata ſentētia in mille. compoſuit cum pupilla quondam pro quingentis libris. cūq; non haberet, vnde ſolueret, duxit ſecum quendam nummularium cum pecunia, & finxit dicta quingenta ſe ſoluere faciens apparere in inſtrumento: & recognouit dictā pecuniam a dicta quondam pupilla ſe habere ex cauſa ſocietatis. quo facto dictus nummularius dictam pecuniam ſecum exportauit. Conuenitur iſte quondam tutor ad iſtā pecuniā: opponitur, quòd dicta pecunia nō interuenit re vera, ſed fuit
1 quædam fictio: quæritur, quid iuris. † Reſpondetur, quòd ſi dictus

dictus tutor erat obligatus, liberatio ipſius habetur pro numeratione, & tenet ſoluere, ut l. ſi mulier. ff. de condi. ob cau. Sed ſi non erat obligatus, ſimularis pro infectis habitis nihil cenſetur eſſe contractum, ut C. ſi cer. pe. l. ſi ex precio. de hoc tangitur per Bar. ff. ſi cer. pe. l. ſingularia. dũ tractat de practica il-
2 lius legis. Secundo quęrit, †quia dictus tutor, qui nõ adminiſtrauit, approbauit ſniam latam contra contutoré adminiſtrãtem: vtrum hęc ſententia ſibi noceat. & dicendũ eſt, q licèt confiteatur ſniam bene latã, tñ non confitetur eã ſibi pręiudicare, quia res inter alios acta &c. vt C. qui. res iud. nõ noc. per totũ. Tertio quęritur, quia iſte tutor, qui nõ adminiſtrauit, ſe facturum, & curaturũ promiſit, q nullo ingenio veniretur contra ſententiã, & ſi veniretur, q conſeruaret indemnẽ dictã quondã puellã. vtrum ſi appelletur, vel reſtitutio in integrũ petatur, vtrũ iſte ex tali promiſſione valeat conueniri. & dicendũ eſt, q nõ: ſi probetur dolus iudicantiũ, qui non erat notus dicto promittenti, ut ff. man. l. creditor. §. Luc. Idem ſi probetur lata culpa, quę dolo cõparatur, ut no. ff. ad Tre. l. ſeruo inuim. §. cũ pretor. Sed opp. & vr, q et ſi in ſnia interueniſſet dolus, tñ ex quo promiſit ſe facturũ, & curaturũ, ſuper hoc oĩno tenetur, quia ſup dolo præterito benè valet pactũ, & conuentio, ut ff. de pact. l. iuregentiũ. §. ſi paciſcar. & no. C. de tranſa. l. actione. Item id, qđ dolo geſtũ eſt, põt ratificari, vt ff. de neg. geſt. l. Pomp. & ff. de condi. ob tur. cãm l. ſi ob turpem. Sed credo, q inter ſciẽtes bene valeret pactũ: ſecus tñ ſi promiſſor errauit et per iuris ignorantiã: cũ tractet de damno vitando, vt ff. de cõdi. indeb. l. ſi me putem. in princ. & l. in ſumma. & iuſtũ ſuper hoc interpoſitũ debet relaxari, vt ff. de ope. lib. l. ſi libertus. ita hic eſt aduertendũ, q ſi iſte contutor docet, q tutela fuit bene, & legitimè geſta: ſecundum qđ mihi verbo aſſeritur. ita q tutores ſecundũ rei veritatẽ non erant obligati ad ſoluendũ dictæ pupillæ dictas pecunias, nec aliquã earum dictę impreſſiuæ promiſſionis: & oẽs promiſſiones debent carere roboris firmitate, ut l. illicitas. in prin. ff. de off. præſi. Vnde in hac materia non ſolum ius verſatur, ſed facti veritas obtinet principatum. Porro illud eſt notandum, q dictus contutor nõ potuit ratificare ſententiam contra gerentẽ: quia non fuit eo nomine aliquid geſtum in iudiciõ. Itaq; ratihabitio non fecit iudiciũ ſuum, ut ff. de neg. ge. l. pup. §. ſi ego. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXVIII.

1 *An ſi ex quinq; teſtibus deſcriptis in inſtrumento duo interfuerunt, & tres non, reddatur inſtrumentum falſum.*
2 *An inſtrumentum continens plura capitula, ſi in vno eſt falſum, reddatur in toto falſum. de primo vide etiam ſupra.*

1 In quodam †Inſtrumento ſunt quinq; teſtes deſcripti, quorũ duo interfuerunt, & tres nõ interfuerunt. Quęritur, vtrũ inſtrũm valeat. & vr, q nõ: quia eſt falſum in ſolennitate: quæ falſitas concernit totum inſtrumentum, ut no. Inn. extra de hęre. c. fraternitatis. in contrarium vr: quia ex quo remanet ſufficiens numerus teſtium, non vitiatur inſtrumentum: vt leg. & no. ff. quemad. teſt. ape. l. 1. §. fi. & hoc eſt verum, ſi per duos teſtes, qui ſunt de ſolennitate inſtrumẽti, adhibeatur fides contractui, de quo loquitur inſtrumentũ. Nã in dubio ſecus: quia denigrata eſt, & eliſa præſumptio, quę in dubio facit pro notario, ut C. de proba. l. iube-
2 mus. Secundo quęritur, †ſi inſtrumentũ continet plura capitula ſeparata, & in vno capitulo inſtrumentum eſt falſum ratione loci, uel etiam in tota ſubſtantia ipſius: vtrum aliud capitulum ſeparatum vitietur. dico, q non vitiatur in alio capitulo, dummodo imponatur fides ſuper vero capitulo, ſcilicet per teſtes deponentes: vel ſi aduerſarius non neget illud capitulum eſſe verum, ſed ſolutũ dicat, aliud capitulũ eſt falſum, ut ff. de fal. l. filius. §. ſequens. & plenè legitur. C. de tranſa. l. ſi ex falſis. & C. de fal. l. ſatis apertè. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXIX.

1 *Vſurarius præſtans cautionem dixit ſe velle credi debere de quantitate vſurarum ſacramento cuiuſlibet perſonæ petentis, ſi fuerit fide digna. vtrum autem ſit fide digna, voluit ſtari arbitrio diœceſani, ſeu eius vicarij, & trium laicorum executorum ſuæ vltimæ voluntatis: modo comparet aliqua perſona fide digna, & vult admitti ad iurandum de quantitate vſuraria: vnus ex tribus executoribus renuntiauit: alter eſt abſens: alter contradicit: quæ erunt partes diœceſani? Item quid ſi omnes adeſſent, an diœceſanus habeat quartam partem, vel dimidiam in vocibus.*
2 *Quæ non poſſunt plene probari, probantur per argumenta, & inſtrumentum.*
3 *Fœnerator non præſumitur, quòd gratis mutuet.*
4 *Inſpicienda eſt generalis conſuetudo fœneratorum ciuitatis.*

1 Verba †dicuut in quadã cautione vſurarij ſic, videlicet adijciens ſe velle credi debere de quantitate vſurarum ſacramẽto cuiuſlibet perſonę petentis, ſi fide digna ſit: vtrũ autem talis perſona exiſteret fide digna, diſpoſuit ſtare arbitrio diœceſani, ſeu eius vicarij, & quorundã aliorum triũ laicorũ, & executorũ eiuſdem vltimę voluntatis: quorũ vnus renunciauit executioni. modo quidã fide dignus petit vſuras proferens etiam codices rationum, & indicia: & offerens ſe paratum iurare. unus ex dictis executoribus contradicit: alter vero eſt contumax: diœceſanus videns fidem petentis, & indicia ſatis clara vult deferre iuſiurandum ex virtute dictę clauſulę, adijciẽs ſe velle &c. quęritur, qđ iuris. Et vr, q non poſſit: quia qđ cõmiſſum eſt pluribus ſimul, per unũ, vel pauciores expediri non põt, ut ff. de arbi. l. pedius. §. 1. & copula poſita inter plures perſonas ad vnum effectũ vr poni collectiuè, ut C. de codicil. ſer. l. ſi plures. & l. ſi ita ſcriptum. de man. teſt. præſertim quia officia, & arbitratus ſapiunt naturam rei indiuiduę, ut ff. de arbit. l. quod tñ. Item iſte vr in ſtipulatione omiſſus: ergo pro omiſſo, debet haberi, ut ff. de contrah. emp. l. fi. iſta quęſtio eſt valde dubia propter regulas textuales, quę dicunt, q in contractibus non receditur a perſona, niſi qñ malè arbitratur, vt d. l. fi. & ff. de ver. obli. l. ſi quis arbitratu. & ff. qui ſatiſ. cog. l. ab arbitro ſecundum vnam lecturam. In cõtrarium videtur: quia fœnerator dixerit ſermonem ad iſtos tanquam ad bonos viros, necnon tanq̃ ad executores vltimę voluntatis: nec expreſſit, quòd omnes ſimul deberent arbitrari: ergo alio mortuo, uel in remotis agente, vel exequi nolente remanet arbitrium penès alium, qui vult adimplere officium: præſertim vbi tractatur de fauore animæ. argumentum in c. religioſus. §. ſanè. de teſtam. lib. 6. Præterea iſtud arbitrium eſt incertum non ad obligationem inducendam, ſed ad executionem obligationis iam inductæ, quæ non debet vitiari facto, vel negligentia commiſſariorum: ut not. Moderni. ff. de verb. oblig. l. ſi quis arbitratu. Præterea de iure communi diœceſanus hãbet arbitrium ſuper iſtis declarationibus, vt extra de iudi. ca. cum ſit. quod arbitrium fœnerator non poteſt modificare, quia nemo poteſt imponere legem legi, nec ſuperiori, vt ff. de lega. primo. l. nemo poteſt. Præterea ſecundum ea, quæ proponuntur, notoria eſt fides, & probitas iſtius petentis: & in notorijs non eſt tanta diſcuſſio neceſſaria, vt ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi vero §. qui pro rei qualitate. & ideo non obſtante allegatione vnius executoris ſecundum ea, quæ proponuntur, diœceſanus, vel eius Vicarius cum aliquibus indicijs poteſt dicto fide digniſſimo deferre iuramentum. Nimirum
2 †quia & alibi quæ non poſſunt clarè probari, probantur per argumenta: quibus ſuffragantibus defertur iuramentum, vt C. de donatio. l. ſi quis pro redemptione. & l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de teſtamen. milita. pro hoc facit quia iſtæ ſunt duæ clauſulæ: vna, quòd ſtetur iuramento, ſi petentes ſint perſonæ dignæ: alia clauſula eſt ibi, & vtrum tales petentes &c. licèt ergo clauſula ſecunda deficeret: tamen prima clauſula non debet deficere, argumen. ff. de legatis primo. l. quidam teſtamento. & ff. de arbitris. l. celſus. §. idem ait. & iſta pars videtur mihi iuſtior, & verior ſalua ſubſtantia veritatis. Puto enim, quòd non minus ſit fauorabilis iſte contractus fauore animæ, quàm vltimæ voluntatis, in qua receditur a perſona, ut l. 1. in fi. ff. de lega. 2. maximè cum ipſa cautio fuerit interpoſita in mortis articulo, & ſic executio iſtius cautionis deuoluta eſt ad epiſcopum, qui fungitur officio boni viri. ff. fam. her. l. certè. §. 1. ff. de ver. ob. l. continuus.

§.cum ita & in c.cum ab vno.de re ind.lib.6. tum quia con-
ſurtium, aliorum fidem diœceſani non minuit,qui etiam alijs
diſcordãtibus poſſet adhęrere, cui eorum vellet,& ſupplere,
arg.eorum,quæ no.ff.de re iud.l.duo iudices dati. & facit ad
prædicta.ff.de dote prælega.l.Theopompus.& quod not. in-
ſti.de verb.obl.§.pen.Hic videndum eſt, quòd vtrum tota ſit
vna clauſula, vel duæ: & veritas eſt,quia ſunt duæ, tamen ſe-
cunda eſt ad declarationem primæ , & eſt eius acceſſoria : &
arbitrium eſt appoſitum ſuper acceſſorio, quo caſu non arbi
ſco dot. nomine, & occaſione dot. Margaritę eorum conſobri
næ filiæ quõdam Squartiæ filij naturalis &c. certas pecuniarũ
quãtitates, & res mobiles ęſtimatas, & immobiles nõ æſtima-
tas. q̃ dotem promiſit in caſum reſtituere d. Margaritę, & ſuis

hęredibus ſub pactis, & cōditionibus infraſcriptis videlicet, ꝙ ſi d.do.Margarita deceſſerit ante dictum Lautentium ſine hæredibus ex ſe natis, ꝙ licitum ſit dicto Vbertino, & Franciſco propria autoritate corporalem poſſeſſionē accipere, & de ipſis immobilibus facere tanquam de re propria perpetua. demum extitit dictus caſus: quia deceſſit dicta Margarita cōdito tñ teſtamēto. modo quęritur, vtrum d.do.Margarita po-
1 tuerit teſtari, non obſtante dicto pacto. † Et ad euidentiā prę mittendum eſt, ꝙ aut bona prædicta erant dictæ domine, aut dictorum nobilium, aut dubitatur, cuius fuerint, ſi quidem .u. bona fuerunt dictæ dominæ, tunc quæſtio eſt ſatis dubia. & ſtat in hoc, vtrum dictum pactum ſapiat donationem cauſa mortis, vel inter viuos. nam primo caſu eſſet reuocabile. ſecundo non. & quod non ſit donatio cauſa mortis inter viuos, videtur probari per illud verbum, perpetuo. q.d. preciſe, & omnino, vt ff. de do. cau. mot. l. vbi ita donatur. ſed in contrariū facit regula tradita a gloſatoribus, & domino Dy. dicunt enim, ꝙ vbi ſit mentio mortis per modum cauſæ finalis. i. aliter non donatura, eſt donatio cauſa mort. & poteſt reuocari, vt ff. de don. cau. mort. l. Seva. & l. Seya. de dote prælegata. & not. per Cy. in l. a. C. de iu. dotium. & patet. ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. nuptura, & pleniſſimè no. ff. ſolu. mat. l. quæ dotis. ſo. credo quod cum iſtud pactum fuerit appoſitum adiecta morte, tanq̄ finali cauſa. nam vt patet iſta mulier nō intendebat donare, niſi præcederet matrimonium. quod iſta intelligatur don. cau. mort. & potuerit reuocari in teſtō, dummō in teſtō fuerit facta mentio de reuocatione per verba ſpecialia, vel generalia hoc importantia. nec obſt. illud verbum perpetuo: quia illud verbum habet in ſe conditionem mor. Item non obſt. l. vbi ita donatur. quia ibi irreuocabiliter do-
2 nauit. † Modo quæritur de ſecundo caſu. quid ſi bona erant ipſorum nobilium: & iſtud non habet dubitationem: quia ad eos debent res reuerti, ſecundum formam pacti, vt ff. ſolu. matrim. l. quotiens. & C. de iure dotium. l. auia. nec enim mulier hoc caſu aliquid donat: & ideo de hoc teſtari non poteſt in præiudicium ipſorum nobilium, niſi ipſi nobiles approbarent teſtamentum: quia res hæredis inſtituti bene poteſt alteri legari, & relinqui, vt ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. ſi rem. & l. cum filius. §. dominus. niſi feciſſet inuentarium: quia tunc non poſſet plus grauari, q̄ honorari. imo & falcidiam deduceret, ſi per modum legati eſſet diſpoſitum, vt in Aut. b. ſed cum teſtator. & plenè no. C. de rei ven. l. cum a matre. & C. de iu. deli. l. fi. §. in computatione. non tamen credo, quod generalis inſtitutio trahatur ad hunc intellectum, imo bona hæredis debent ſeparari a bonis teſtatoris maxime: quia in teſtamentis ponuntur illa verba, volens de ſuis bonis facere teſtm̄ &c. vt extra de teſtamentis c. filius. Porro pacta, quæ fuerunt facta ſuper lucro mariti, valēt, & non potuerunt per teſtamentum reuocari. vt no. ff. de dote prælega. l. 1. quia ſunt pacta dotalia, vt C. de epiſc. & cler. l. deo nobis. Item propter onera matrimonij, quæ vir ſuſtinuit. vt no. ff. de cond. ob cau
3 ſam. l. ſi donaturus. §. fin. † Venio ad tertium caſum, ſcilicet in dubio, vtrum intelligatur dotata de bonis proprijs, an extraneorum, & cum iſti extranei eſſent adminiſtratores, veriſimile eſt, quàm de bonis mulieris. vt plenè no. in l. fi. C. de dotis promiſ. & arg. l. vltimę. ff. de pet. hæ. & maximè quia iſtud tendit in fauorem ipſius mulieris. Conſiderandum etiam eſt, ꝙ ſi iſta Margarita deceſſit inteſtata, dicti attinentes ei ab inteſtato non ſuccederent: quia nata eſt ex filio naturali. vt ff. vnde cognati. l. hac parte. & not. inſti. ad orfi. §. nouiſſima. & ita dico & conſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXL.

1 *Stante ſtatuto, quod imponit pęnam vendenti rem duobus, an ſi vir, & vxor vendiderunt primo rem viri vni, deinde mortuo viro ſuperſtitibus liberis communibus vxor, & mater ipſorum filiorum tanquā nutrix, & proprio nomine vendidit eandem rem ei, qui fuit notarius primi contractus, dicatur incidere in pœnam.*

Præſuppoſito ſtatuto cōis Placentiæ, quo cauetur, quod ſi quis vendiderit, vel aliquo modo alienauerit aliquam rem immobilem, quam alij vendiderat, vel alienauerat, condemnetur in qualibet vice, in lib. a 5. Placentinorum, & omnis venditio, vel alienatio poſt primam venditionem, vel alienationem non valeat ipſo iure. & poteſtas, & iudices eius teneantur, primum emptorē, licèt non fuerit prius res prędicta tradita per venditorem, vel alienatorem ponere, & defendere in poſſeſſionem dictæ rei, tanquam verum, & legitimum emptorem. & nihilominus teneatur venditor reſtituere, ſecundo emptori precium per eū habitum &c. Pręſupponitur, quod Ant. & Berta vir, & vxor, pro certo precio, certa prędia, quę erant dicti Antonij vendiderunt, ſempronio eorum genero. & deinde ab eodem dicta prędia receperunt ad fictum, prout apparet manu Georgij notarij. Contigit poſtea, quod mortuo dicto Antonio ſuperſtitibus liberis, dicta Berta eadem prędia, tanquàm nutrix dictorum filiorum cōium, & nomine proprio poſt annum vēdidit dic. Georgio notario abſente, aſſerente tamen ſe fore conuentum de dic. Berta: qm̄ dicta Berta erat ſufficiens ad ſolutionē dicti ficti. & ex prędictis quęritur, an dicta Berta veniat condemnanda in a 5. lib. tanquam vendens rem duobus. ſecundo quęritur, ſi dictus Sempronius ratificet, & approbet, vtrū dicta Berta teneatur dic. Georgio ad reſtitutionem precij, dam-
5 ni, & intereſſe. vigore dicti ſtatuti. † ſoluendo breuiter dico, qđ nō tenetur ad reſtitutionē precij: quia ratihabitio dictam ſecundā venditionē reconciliat, & confirmat. dictus ſecūdus emptor, ſciebat rei qualitatem, vt ff. de pig. l. ſi fundus. §. 1. C. de eui. l. ſi fundū ſciēs. C. com. dele. l. fi. §. fi. & ff. de fur. l. ſi vēdidero. §. ſi Titius. ff. ſi cer. pe. l. proinde. cum enim deſinat ſecundi emptoris intereſſe, quia cōfirmator ꝯtus, ergo deſinit ei actio competere ad pretium repetendum. Porro nec debet reſcindere contractū, quē ex certa ſcientia approbauit, & emptoris primi voluntas fecit ratum. a pœna aūt fiſci in quā vendendo duobus incidit, ſemelq; delictum ſummauit, eſt magis dubium, vtrū excuſentur: quia res tranſiuit ad delictū cōſummatum. tamen credo, ꝙ excuſetur: quia mulier, & quia non fecit ſtellionatus vendendo ſcienti: quia vt dicit regula iuris, dolus non fit volenti, neque fraus ſcienti, vt ff. de regu. iur. l. nemo videtur fraudare eos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLI.

1 *An liceat priuatis immunitare curſum aquæ.*
2 *Aqua ſi defluit in territorium meum, liceat mihi de ea facere, quod volo, & ducere eam quocunque mihi libuerit.*
3 *An habens molendinum ſuperius poſſit retinere aquam ad vſum ſui molendini, & impedire, ne fluat ad vſum habentis molendinum inferius.*

Et uidetur, ꝙ poſtquàm aqua eſt in proprio territorio deriuata, liceat domino territorij quocunq; vult eam diuertere: dum tamē hoc faciat, vt ſibi proſpiciat, non vt vicino noceat, vt ff. de aqua plu. arc. l. ſi in meo fundo. & l. 1. §. Item aquam. & ff. de dam. infe. l. proculus. & eſt ratio: quia aqua ſequitur naturā aluei, & eius ſtatū aſſumit. & ſi quidem alueus eſt publicus, flumen eſt publicum. ſi vero eſt priuatus, aqua eſt priuata. & propriam doctrinam iſtā de alueo ponit tex. in l. 1. §. ille etiam alueus. ff. de fluminib. hanc opinionē tenat Bar. in l. 1. §. ſicut. ff. de aqua plu. arc. Sed in contrarium vr. nam impoſſibile eſt immutare curſum aquæ, cuius ꝯtrij memoria nō extitit, vt ff. de aqua quoti. l. hoc iure. §. ductus aquę. & gl. ord. ſimpliciter dicit, qđ aquā alio deriuare non licèt. vt not. de rerum diui. l. item lapilli. in fi. gl. Pręterea aqua communis eſt quantū ad commoditatem eius vicini, & quodāmodo ſocij ſunt. ergo vnus totū curſum aquæ ſibi vſurpare non poteſt. ff. de ſerui. ruſtic. pręd. l. Imperatoris. & ar. de vat. & extraord. cogo. l. de vſu aquę. & hoc vr̄ tenere dn̄s Cy. ff. de rer. diui. l. quędam in 5. q. vbi ſic ait. quinto quæritur, quid ſi aliquis id, quod eſt cōe, vel publicum, ſic aſſidue vtatur, vt aliorum vſum aſſumat. certè poterit cogi, vt vtatur pro rata. vt l. commu. diuidun. ſicut fit inter plures habentes ſeruitutē aquę, vbi fit diuiſio non ſeruitutis, vel loci ſeruientis, ſed aquæ, menſuræ, vel temporis. vt l. arbor. & l. cōi diuid. §. cum vſufructu. §. co. diui. & eſt quaſi expreſſum,

in-

in l. imperatores. ff. de ſerui. vrba. prædi. & ſic videmus Bono
niæ diuiſam aquam inter fratres prædicatores, & minores.
Cynus. Ex quo colligitur, q̄ eorum, quæ ſunt in cõi vſu, non
poteſt vnus præoccupare ſibi vſum totum, ſed debet pro rata
diuidi cum alijs. Præterea hanc diuiſionem facit cõſuetudo,
quę idem operatur, q̄ priuilegium principis. vt l. 2. ff. de aqua
plu. ar. & extra de verb. ſig. l. ſuper quibuſdã. §. præterea. Bart.
in l. quominus. ff. de flumi. ſic diſtinguit in 14. q. & ſic ait.
quartodecimo quæro, pone, vnus habet molendinum ſupra
alius ꝯ. qui habet ſupra in eſtatæ tpe ſiccitatis, vult facere col
lectam aquæ: ille qui habet infra contradicit, eo q̄ ſuũ molen
dinum redditur inutile, vel parum vtile, quęritur quid iuris,
& videtur, q̄ ille non poſſit facere collectam aquæ: nam non
licèt facere opus, per quod flumen exareſcat, & deſiccetur. vt
ff. ne quid in flumine publi. l. 1. §. 1. ſed per hoc flumen deſic-
catur, ſaltem ad tempus. ergo &c. econtra, q̄ poſſit. nam for-
mula eſt ſua, vt ſupra dictum eſt. ſed poſtquam aqua licite in
trauit in ſuũ, licèt ei facere de ea q̄cquid vult. de aqua quoti.
& æſti. l. 1. §. illud labeo. reſpondeo, aut cum dicta ædificia cõ
ſtructa fuerunt, de hoc fuit aliquid actum, & illud ſeruatur.
vt l. 1. §. ſi quis. de aqua quotidiana. aut non aliquod pactum
fuit appoſitum, & ſequitur. idem ſi de hoc proceſſit antiqua
cõſuetudo, quæ vim pacti habet. vt l. 1. §. fi. de aqua plu. arcẽ.
hic adde, q̄ conſuetudo poteſt eſſe etiam inter aliquos priua-
tos. vt l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. Sequitur
aliud membrum Bart. aut non proceſſit pactum, vel conſue-
tudo, puta: quia ſunt ædificia nouiter facta, & tũc aut ille, qui
habet ædificium inferius, fuit prior in tempore habẽdi, & ſic
non poteſt aquã ſibi contineri ſuperior: aut poſterior, & tunc
poteſt ad vtilitatem contineri, non ad meram damnoſitatem
3 inferius poſſidẽtis, ſecundum Bart. & ita eſt verũ: † ſed dubi-
tatur modo, quid ſi inferius poſſidentis molẽdinum fuit de-
ſtructum, & ſtetit longo tempore ſic deſtructũ, vtrũ poſſit re-
parari, antequam habens ſuperius molendinum dictam aquã
colligat, ad tertium molendinum nouiter fabricandum. & vi
detur quod non: quia tanto tempore amittitur ſeruitus. vt ff.
de ſerui. ruſt. prę. l. & atrilicinus. Contrarium eſt verum: quia
iſta non eſt ſeruitus, ſed eſt quædam facultas, contra quam nõ
præſcribitur vacuo tempore. i. antequam vicinus ſit in poſſeſ
ſione tertij molẽdini. nam ſine poſſeſſione nihil præſcribitur.
vt in regula iuris ſine poſſeſſione, neque corporale, neque in-
corporale, niſi ſola exceptio contra perſonalem actionem, vt
in c. ſine poſſeſſione. de reg. iu. li. 6. & ff. de ſer. vrb. pręd. l. ſer
uitutes quæ in ſuperficie. Ex his concludo, ſecundum ea quæ
in facto proponuntur, non licuiſſe mutare curſum aquæ: &
hoc, non ex eo, q̄ in alienum immittatur: quia nihil immitti-
tur, ſed ex eo, q̄ alienum ſubtrahatur, & alterius cõmoditas
vſurpetur. Nã iſta ſunt paria. vt ff. ſi ſerui. vendicetur. l. ſicuti.
§. ariſto. & C. finium regun. l. ſi conſtiterit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLII.

1 *An vectigalia poſſint præſcribi, ſeu an quis ex conſuetudine*
poſſit acquirere ius exigendi pedagium, vt vectigal, &
quid de alijs regalijs.
2 *In corporalibus reperitur duplex quaſi poſſeſſio.*

1 Antiqua † quæſtio eſt, vtrũ vectigalia poſſint præ-
ſcribi, ſeu conſuetudo de antiquis vecti-
galibus induci, quã ponit dñs Dyn. ff. de publi. l. ſi publica-
nus. §. in omnibus. cuius verba hæc ſunt. conſueuit eſſe quę-
ſtio, nunquid exactio vectigalis poſſit præſcribi, puta. aliquis
exigit vectigalia per longiſſimum tempus, vult exigere, ideo
quia exigit, & non prętendit alium titulum. & videtur, q̄ nõ:
quia ſciens exegit, & contra ius. vt l. non ſolent. C. noua vecti
galia inſtitui non poſſe. & ideo non præſcribitur. vt in Auth.
vt nulli iud. §. nulli vero. coll. 9. in contrarium: quia pręſcri-
batur. eſt iſte. §. in omnibus: quia contrariorum eadem eſt di-
ſciplina. nã ſicut poteſt pręſcribere libertatem vectigalis, ſic
debet poſſe præſcribere, vt ſibi debeatur. ar. ff. de publi. l. lici-
tatio. §. earum & C. de aquę duct. l. ult. alias incipit ueterem.
in lib. 11. ſed dic, q̄ non præſcribitur, niſi tanto tempore, cu-
ius contrarij non extat memoria. ut ff. de publica. l. Imperato
ris. §. idem ſcripſerunt, ſed in l. ultima. C. noua uectigalia. ui-
detur tex. dicere quod duo requiratur. ſ. iuſſus Imperatoris,
& uetuſta conſuetudo. Dy. Bar. dicit, q̄ ſufficit uetuſta: dum-
tamen interueniat ſcientia principis, quæ requiritur in iuri-
bus incorporalibus, quæ ſpectant ad principem. hęc igitur ra
galia non poſſunt pręſcribi niſi de ſciẽtia principis doceatur.
ut C. de ſerui. & aqua. l. 2. Spe. dicit requiri conſuetudinem,
cui non extat memoria in contrarium. in Spe. de cau. poſſe. &
proprietatis. §. quia uero. uer. quid de colligentibus pedagiũ.
hæc gl. quæ eſt in l. minus. ff. de uer. ſigni. in a. gl. tenet ſimili-
ter, quod requiratur utrũque. ſ. priuilegium, & conſuetudo.
nec ſufficiet unum ſine altero. Cy. in l. 2. C. noua uectigalia.
tenet q̄ ſufficiat unum de iſtis. ſ. quod princeps longiſſimum
tempus fuerit paſſus, uel q̄ conceſſerit expreſſum priuilegiũ.
ut extra de uer. ſig. & ſuper quibuſdam. Pręterea dicendũ eſt
quod ſi incipis a priuilegio, aut priuilegium eſt ſolemne, &
ſufficit ſolum priuilegium: quia inducit quicquid oportet.
aut ſolum dat cauſam præſcribendi propter aliquem iuſtum
errorem, & tunc utrũque requiritur copulatiue. ſ. priuilegiũ,
& pręſcriptio, ſiue conſuetudo: & tunc ſufficit tempus. 40.
anno. Si autem incipis a conſuetudine, & non eſt ibi aliquod
priuilegium, tunc talia iura regalia non pręſcribuntur inſcio
principe, niſi tanto tempore cuius contrarij memoria nõ exi-
ſtit. arg. C. de pręſcrip. 30. ann. l. competit. ſed eo ſciẽte, & pa
tiẽte ſufficit tempus. 40. an. quaſi princeps tacite prohibitio-
nem ſuam uideatur remiſiſſe. ſecundũ op. Cy. Sed hic eſt ad-
uertendum, quod in q̃one noſtra eſt confirmatio ſtatutorum
facta primo, per commune Nouarię, quod uidetur habuiſ-
ſe in ſuo territorio iſta regalia per pacem conſtantię. ut in c.
1. §. nos romanorum in pr incipio. de pace conſtan. colu. 10.
ſed de iſto poſſet dubitari: quia Imperator non concedit ibi
ſua regalia, niſi quatenus per prius erat conſuetum. & hoc eſt
difficile probare pp temporis antiquitatem. ſed ad idem facit
fortius: quia dñs noſter, qui habet regalia per ſua priuilegia,
quæ habet ab Imperatore confirmauit ſtatutum, cuius confir
matio vim priuilegij habet, niſi fuiſſet ei obreptum. de qua
tamen obreptione nemo põt iudicare, niſi ipſemet princeps:
quia hoc eſt priuilegium. ſecus autem qñ princeps ſcribit ad
obſeruantiã iuris cõis: quia tũc etiam inferior de ſurreptione
iudicat. vt extra de reſcrip. c. ſuper literis. & facit, quod no.
extra de iudi. in c. cum veniſſet. in nouella. quia igitur confir
matio ſtatutorum habet vim legis, & priuilegij, dicta confir-
matio facit ius, & quidem inter omnes: quia eſt ius vniuerſa
le quo ad omnes tranſeuntes, niſi probentur exempti. vt C. ſi-
ne cenſu vel reliquis. l. omnes. & no. extra de cẽſibus. c. perue
nit. in nouella. Poteſt enim in ſuo territorio legem omnibus
dicere, qui territorium ingrediuntur: quia talis lex prędio da
tur ad inſtar conſeſſoriæ, & negatoriæ, in quib. non diſtingui
tur, vñ ſint: quia reales actiones ſunt. vt inſti. de acti. §. æque.
& ff. ſi ſer. vend. l. ſi qui diuturno. §. 1. Conſiderandũ eſt etiã,
quod a quaſi poſſeſſione iſtorum iurium ſaltẽ collocata per
cõfirmationem, vel priuilegium nemo poteſt expelli, nec tur-
bari, quin vtatur ipſa cõſuetudine, donec iudicetur ſuper pe-
titorio. vt extra de elec. c. quęrelam, & ang. C. de agri. & cenſi.
l. ſi coloni. lib. 11. Ex quibus concludo, q̄ niſi aliud viderem
per facti probationem, quod dicti tranſeuntes, ſicut alij tenẽ-
tur ſoluere. nec eſt ius, quod ſint ſub vna poteſtate: qa diuer-
ſæ ſunt vniuerſitates, & ideo diuerſo iure poſſunt cenſeri. vt
no. Inn. in c. dilecta. de exceſ. prælatorum. dico tamen quod ſi
eſſet notorium de non iure exigentis, quod quin poſſeſſio nõ
teneretur eum vt eleganter no. Inno. extra de filijs presbytero
2 rum. c. conſtitutus. † Conſidero enim, quod in corporalibus
ẽ duplex quaſi poſſeſſio. ſ. actiua, & de iſta loquor: & paſſiua,
quæ eſt ad defenſionem, non ad impugnationem: & illã ſem-
per tuetur prætor lite pendente. vt inſti. de interdictis. §. com
modum. & l. chirographis. §. 1. ff. de admi. tut. Conſidera etiã,
q̄ iſti, qui noua vectigalia exigũt, aliquid in dubiu faciũt. i.
in loco publico, vel in pontibus publicis. aliquid dico, obſta
tiuum libertati, videlicet, impedire, & agere, mercari, & ſimi
lia, quæ pertinent ad vtilitatem publicam, quia vſus mercato
rum, & præcipue circa cibaria, & veſtes, eſt valde neceſſarius
omnibus hominibus, qui vbicũque ſunt. vnde & ſi edictum

prætoris

prætoris de hoc non loquatur: tñ ad officium iudicis recurrẽ
dum eſt, vt no. ff. de condi. & demõ. l. quibus diebus. in prin.
& arg. ff. de teli. l. ſi quis ſepultura. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §.
idem varrus. Item illicitas exactiones prætor ex ſuo officio de
bet prohibere. vt l. illicitas. in prin. ff. de officio præſidis. & in
caſu qñ conſtat, quod eſt illicita, alias dic, quod ſupra dixi. &
facit in ratione ſui. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. idem ait ſi
in publico. & ff. communi diuidun. l. cõi diuidundo. §. inter
prædones. vbi dicitur, quod poſſeſſio prædonis non pertinet
ad vigorem iudicij, quod ſapit ius. Et ita dico ego Baldus.
Et ita vt ſupra dico, & cõſulo ego Ioannes Zanobius de Vbal-
dis, de Peruſio miles, & legum doctor, illuſtris domini Ducis
Mediolani conſiliarius.

CONSILIVM CCXLIII.

1 *Si pater in teſtamento inſtituit A. & B. filias ſuas ex vxore præmortua, & C. filium ex vxore ſuperſtite, pro qua parte filiæ ſint hæredes, & pro qua filius.*

2 *Et quid ſi addidit poſtea, volo tamen, quod dictæ meæ habeãt lib. 400. pro qualibet, quæ contraxerit matrimonium carnale, & centum pro qualibet, quæ contraxit matrimonium ſpirituale, an per hoc videatur receſſum a priori inſtitutione, & filiæ dicantur nõ inſtitutæ vltra, ſed in re certa, & an poſſint detrahere duas quartas. & nu. 2.*

3 *Item quid ſi additum eſt in teſtamento, & ſi dictus filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſt ſine liberis, vel teſtamento, volo, quod d. frater meus habeat medietatẽ omniũ bonorum, & iuriũ meorum ſolutis omnibus legatis, & debitis meis, & dictam medietatem ei lego, alia vero medietas diſtribuatur inter pauperes, quid iuris de talibus ſubſtitutionibus mortuo dicto filio in pupillari ætate.*

Gregorius in ſuo teſtamento ſic ait. inſtituo mihi
hæredes Margaritam, & Ioannam ex
quadam domina Baldina olim vxore mea, & Ioãnem filium
meum, ex domina Ioanna nunc vxore mea &c. Volo tñ, quod
dicta Margarita, & Ioanna filiæ meæ ſint contentæ. 400. lib.
pro qualibet earum, quæ peruenerit ad matrimonium carna-
le: & in centum lib. pro qualibet earũ, quæ peruenerit ad ma-
trimonium ſpiritmale, & interim habere debeant alimenta in
bonis meis. Modo quæritur, quid pertineat ad maſculum, &
1 quid pertineat ad fœminas. † & videtur, quod filiæ fuerunt inſti-
tutæ in vna dimidia, & maſculus in alia dimidia, vt ff. de hæ-
red. inſt. l. liber homo. §. Titius. dixit enim Margaritam, & Io-
annam quondam ex domina Bladina. deinde dicit, & Ioan-
nem ex domina Ioanna. ad idem. C. de impube. & alijs ſubſti-
tutionibus. l. fi. In contrarium videtur, quod quilibet pro ter-
tia: quia non cauſa coniunctionis, ſed cauſa demonſtrationis
ſic loquutus eſt, vt ff. de hære. inſti. l. ſi ita quis hæredes. celeri
tas ergo loquutionis fuit in fœminis, non coniunctio. & ideo
ſi vna filiarum decederet ſic oratione compoſita, non accre-
ſceret magis filiæ, quàm filio, & hoc videtur verius: quia vni-
ca fuit oratio. i. verbum totam orationem reges. vt C. de cad.
tol. §. his ita. Sed contra hoc opp. & vr quod dictæ filiæ non vi
dentur eſſe inſtitutæ vniuerſaliter: quia teſtator poſtea proce
dit quaſi derogatiue, dum dicit, filiæ ſint tacitæ & contente
quatuor centum lib. &c. Nam certũ eſt, quod poſteriora ver-
ba prioribus derogant vt ff. de lega. primo. l. ſi mihi & tibi. §.
in legatis. & l. diui. §. licèt. de iure codicillorum. vnde dictæ
filiæ non videntur inſtitute hæredes vniuerſales, ſed in certa
quantitate. Item ad hoc. ff. de hæredibus inſt. l. qui nolebat. In
cõtrarium videtur, & eſt verius. nam propter expreſſam inſti-
tutionem, quæ proceſſit hęc verba, tacitas, & contentas. ſigni
ficant fideicommiſſum: vt ff. de lega. 1. l. peto. §. quid ergo. &
§. idem dicemus. nec ob. eo. titu. l. cum pater. §. pater qui filio.
2 vt ibi no. † Nunc ſequitur videre, vtrum filiæ ſic grauatæ poſ
ſint detrahere duas quartas. & videtur quod ſic. per c. Ray. &
Ray. & c. ſi pater cum ſua materia. Sed contrarium dicẽdum
eſt, quia fuerunt rogatæ pure: vt patet in dictione interim. &
ideo legitima debent eſſe contentę per ea, quæ no. in dictis ca
pitulis & in pluribus alijs legibus vulgaribus. & hoc de pri-
ma, & principali parte teſtamenti. Modo ſequitur in dicto te-
ſtamento, & ſi dictus filius meus deceſſerit in pupillari ætate,
vel poſt ſine filio, vel teſtamento: tunc volo, quod Ioannes frater
meus habeat medietatem omnium bonorum meorum, & iu
rium ſolutis omnibus legatis, & debitis meis, & dictam me-
dietatem ei lego. Alia vero medietas diſtribuatur inter paupe
3 res. mortuus eſt itaque filius in pupillari ętate. † Quæritur quid
iuris de dictis ſubſtitutionibus fratris, & pauperum, & vide-
tur, quod dictæ ſubſtitutiones ſint directe pupillare ex natu-
ra illius conditionis, ſi deceſſerit in pupillari ætate. vt in l. pre
cibus. C. de impuber. & alijs ſubſtit. & ſic dicti ſubſtituti ve-
nirẽt ad omnia bona impuberis, etiam ad dotem maternam.
vt ff. de vul. ſub. l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. nec ob. ver
bum lego. nam ſecundum legem 12. tabularum illud verbũ
aptatur etiam ſubſtitutioni directæ. vt de verb. ſig. l. verbis le
gis. ſed contrarium dico, conſideratis verbis iſtius teſtamẽti:
qa teſtator ſubſtituit in puro matrimonio, abſtracto ab omni
debito. & ſic in certis bonis, & non in omnibus. vnde dictum
verbum lego, non poteſt ſapere ſubſtitutionem directã, a qua
es alienum non poteſt excipi. vt ff. de hæredibus inſti. l. ex fa-
cto. Item quia teſtator locutus eſt vario modo, & non appo-
ſuit iſtud verbum lego, niſi in caſu iſto. & ſic videtur ſenſiſſe
de proprio ſignificato huius verbi, quod ſignificat quandam
diſtinctionẽ inter legatum, & inſtitutionem, vel directã ſub-
ſtitutionem. vt patet ex diuerſitate titulorum de vulgari ſub.
& de leg. 1. &c. dico ergo, quod dicta ſubſtitutio facta filio fuit fi
deicommiſſaria, ſeu legataria, vt ſic dicam. & ex hoc ſequitur
cum filius fuerit ſub conditione grauatus, quod pauperibus de-
trahitur medietas totius legitimæ, & non plus, ſed fratri de-
trahitur medietas totius legitimæ, & medietas trebellianicę.
& quod ſupereſt, venit in fideicommiſſum. diuidas ergo hęre
ditatem in 12. vncias in 6. vncijs fuerunt inſtituti pauperes,
de quibus detrahuntur eis duę vnciæ, & ſic habebunt 4. vn-
cias. modo 6. vncię remanebant fratri teſtatoris, de quibus ei
detrahentur tres unciæ propter legitimam, & trebellianicam
reſtant igitur 5. unciæ, quę nõ ueniunt in ſubſtitutione, quę
pertinent ad hæredes ab inteſtato ipſius filij. nel ſi dicamus,
quod dicta ſubſtitutio nõ fuerit uniuerſalis: nec pauperibus,
nec fratri detrahitur, niſi ſola legitima. & ſic ex perſona filij
non detraherentur de fideicõmiſſis, niſi quatuor uncię. ut ff.
ad l. fal. l. lex falcidia. §. nũquam. & no. ff. ad tre. l. 1. §. inde Ne
ratius. Sed oppo. & uidetur, quod neque pauperes, neque fra-
ter aliquid habere debeant: quia conditio incerta in teſtamẽ-
to videlicet, ſi decederent in pupillari ætate, vel poſtea ſine li
beris, vel teſtõ &c. requirit iſta duo copulatiue. vt C. de inſti.
& ſub. l. generaliter. in prin. ſed pupillus nõ dicitur decedere
ſine teſtõ. vt l. 1. in prin. ff. de ſuis & legitimis. Sed iſta oppo-
ſitio nihil valet: quia lex generaliter loquitur, qñ ſubſtitutio
fit puberi. ſed qñ fit impuberi, ipſa natura manifeſtũ eſt, quod
decedit ſine liberis: & ipſa natura manifeſtum eſt, quod dece
dit ſine teſtamẽto. vt C. de teſtõ mili. l. fi. ergo vtraque condi-
tio vera. Ex his concluſiuè apparet, quod paterna ſubſtitutio
non eſt infringenda, & quod frater dicti teſtatoris venit ſaltẽ
ad tres vncias 12 vnciarum, & pauperes veniant ad quatuor
vncias 12. vnciarũ. & quod 5. vnciæ 12. vnciarum remanẽt
proximioribus venientibus ab inteſtato ipſius impuberis. &
loquor de relictis ipſi impuberi. dos autem materna, non con
tinetur in fideicommiſſum: quia non eſt de bonis relictis im-
puberi, ſed dependet ex hæreditate matris. ff. de vul. ſubſti. l.
cohæredi. §. cum filię. ver. nec fideicõmiſſum. & quia teſtator
expreſſe diſpoſuit, quod primo detraherẽtur debita. Ego Bal.

CONSILIVM CCXLIIII.

1 *Stante ſtatuto de cauſis compromittendis, an exceptio rei iudicatæ impediat compromiſſum.*

2 *An emologans ſententiam arbitrij videatur per hoc remiſiſſe colluſionem ſui procuratoris.*

3 *An ab interlocutoria lata ſuper executione rei iudicatæ videlicet eam non obſtare quominus cauſa compromittatur, poſſit appellari.*

Proponitur quod ſententia fuit lata per colluſionem procuratoris, quam poſtea
domi-

dominus emologauit cuiuſdam promiſſionis obtentu. agit
amologans actione prima veteri. opponitur exceptio rei iud.
Replicatur de colluſione, necnon de promiſſione, ſiue pollici
tatione, per quam emologans fuit dolo inductus, aliàs non fa
cturus. & petitur compromiſſum ſecundum formam ſtatuto
1 rum.† Quæritur, vtrum dicta exceptio rei iudicatę, & emolo
gatæ impediat compromiſſum. Et ad euidentiam præmitten
dum eſt, quod qñ eſt lata talis ſententia diffinitiua, quæ nullo
remedio attentari poteſt: & tūc aut de ea liquet, vel ſtatim po
teſt doceri, & impedit proceſſum tam iudicis, quā etiam cō-
promiſſum: quia nō debet de eo tranſigi, ſuper quo huiuſmo
di ſententia lata eſt. vt ff. de condi. inde: l. eleganter. §. ſi poſt.
Aut eſt obſcurum, an ſit pronunciatum. & tunc talis exceptio
non impedit proceſſum, nec compromiſſum: ſed debet fieri
compromiſſum reſeruata exceptione. vt legitur & no. ff. de iu
reiur. l. nam poſtea. in prin. Quandoque eſt talis ſententia, cō-
tra quam aliquo remedio attentari poteſt. vt ſi dicatur, ꝙ ſit
lata per colluſionem procuratoris. vt ff. de dolo. l. eleganter. §.
penul. vel ſi diceretur, ꝙ ſentētia eſſet lata per aliquā obreptio
nem in finali cauſa. vt ff. qñ actio de peculio eſt annal. §. quæſi
tum. vel per doloſitatem arbitri. vt ff. de arbitris. l. non diſtin-
guemus. §. cum quidam. Quibus caſibus ſi excipiatur de ſen-
tentia, replicatur de dolo. vt ff. de dolo. l. cum a te. & tunc pro
pter dubium, & incertum litis euentum debet fieri compro-
miſſum, admiſſo interim actore propter ambiguitatem. vt di
ctis legibus. qui tamen allegant tales qualitates, debent proba
re. vt ff. de re iudi. l. diuus. & extra de proba. c. licèt cauſam. §.
ſuo tempore, & corā arbitro. Interdictum igitur & exceptio
rei iudicatę eſt pręiudicialis ad proceſſum, interdum non. nā
vt dixi, ſi res iudicata nullo remedio poſſet attentari, talis ex-
ceptio nō debet reſeruari in craſtinum, ſed ſtatim ob. vt ff. de
condi. inde. l. eleganter. §. ſi quis poſt. Si vero attentari poteſt
per remedia iuris, tunc imminentem proceſſum nō impedit:
2 ſed reſeruatur: vt ſupra dixi.† Sed hic dubitari poteſt, vtrum
emologans ſententiam intelligatur remittere colluſionem. &
dicendum eſt, quod non, ſi fuit ignorans colluſionis, aliàs ſe-
cus. vt ff. de pactis. l. tres fratres. de dicta autem promiſſione
ſciendum eſt, ꝙ iſta promiſſio eſt quid extrinſecū. & per hoc
non reſcinderetur ſententia, ſed ageretur ad implendum pro
miſſum, ſi fuit promiſſio ſolennis: niſi hoc expreſſe eſſet di-
ctum, quod niſi ſeruaretur pactum, ſententia non haberet ef-
fectum: quia fortior eſt ſententia, quàm contractus nomina-
tus, in quo non habet locum pœnitentia. vt l. ſi pecuniam. in
prin. ff. de condi. ob cauſam. conſidera, hic fuit dolus in duo
bus. primo in colluſione. ſecundo in non ſeruata pactione. &
ideo de hoc recurrendum eſt ad l. 1. in fi. C. de plus petitioni
bus. ex his apparet ſecundum ea, quæ proponuntur, ꝙ cōpro
miſſum ſic qualificata petitione vt ſupra proponitur, fieri de
bet quia exceptio rei iudicatæ non ob. quia ex noua cauſa agi
tur, ex quo actum non eſt. vt ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §.
3 eadē. & l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa.† Super eo vero quęri
tur, an ab interlocutoria lata ſuper exceptione rei iudicatæ vi
delicet, ex non obſtare, quominus cauſa compromittatur, vel
quominus ad vlteriora procedatur, poſſit appellari. & certū
eſt, ꝙ non: ſi appellatio cōtinet expreſſum iuris errorem. Sed
ſi appellatio continet cauſam talem, quæ exiſtēs vera, & iuſta,
& ex ea appareat grauamen, cum tale grauamen tangat factū
principale, benè poteſt appellari per vulgarem doctrinam tra
ditam. ff. de mino. l. intra vtile. & ff. qui ſatiſ. cog. l. arbitro. cū
ſua materia nouiſſima. & eſt expreſſum in c. vlt. in primo re-
ſponſo de ap. li. 6. vbi aperte præſupponit, ꝙ poſſit appellari a
tali interlocutoria. quamquam poſſet dici, quod talis interlo
cutoria lata contra autoritatem diffinitiuæ, de qua conſtat, ſit
ipſo iure nulla. vt l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe. &
l. 1. C. ſententiam reſcin. non poſ. Cum igitur in appellatione
ab interlocutoria debeat exprimi cauſa, ad cauſas recurren-
dum eſt. & ſi de iure ſunt approbatæ, tenet appellatio: ſi ſunt
reprobatæ, appellatio non tenet. Item quæ ſint cauſæ rationa
biles, aliquando committitur arbitrio iudicis. vt ff. de legi. l.
nō poſſunt. & in c. cordi. de appel. li. 6. Et licèt diffinire ſuper
cauſis pertineat ad iudicem ad quem, tamē etiam aliquid per
tinet ad iudicem a quo: quis ad eum pertinet deferre, vel non
deferre appellationi. vt no. in c. ſi ante de dolo & cōtu. in cle.
ſed hic eſt vnum præcipuè conſiderādum, ꝙ dictam arbitra-
mētalem ſententiam primò latam partes iuſſu prætoris com-
promiſerunt cauſam, a quo quidem iuſſu non fuit appellatū.
& per dictos compromiſſarios fuit pronunciatum. & tamen
poſtea fuit declaratum, quod eorum pronuntiatio erat nulla
ipſo iure. modo dico, quod præfatus iuſſus ad hoc meret exe-
cutionem ſuam: vnde ꝙ per iuſſum fuit in compromiſſo de-
ductum, licèt non cenſeretur compromittere, iterato eſt cō-
promittendum: quia dicta interlocutoria tranſiuit in rem iu
dicatam quo ad partes, nec eſt ſopita. vt C. quomodo & qñ iu
dex. l. ſi vt propoſuis. & C. de ſen. ex pericu. reci l. 1. & ff. de iu-
reiu. l. qui per ſalutem. & ff. de con. & demon. l. hæc cōditio.
in prin. & quod no. Inno. de offi. deleg. c. in literis. & per hanc
rationē præcipuè alijs non omiſſis videtur mihi, ꝙ dicta cau-
ſa ſit compromittenda non obſtante appellatione: quia a di-
cto iuſſu cuius executio petitur, in tempore non fuit appella-
tum. & ideo ab executione illius iuſſus, non poteſt appellari.
facit, quod not. ff. de no. oper. nun. l. cum procur. per Barto.
ff. quod me. cauſa. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. Itē
non inuenio, ꝙ iudex ad quem fecerit aliquam inhibitionem
iudici a quo. & ſic iudex a quo, non prohibetur procedere in
executionem ſuæ interlocutoriæ. vt no. in c. non ſolum. §. illa
vero. de app. li. 6. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLV.

1 *An ſpernens nuntiationem noui operis ſibi factam teneatur demoliri opus.*

2 *An nuntiatio facta fabris, & opificibus valeat, necne in præiudicium domini operis.*

3 *An a nuntiatione facta per iactum lapilli videatur receſſum per ſecundam nuntiationem factam iuſſu prætoris.*

4 *An in nuntiatione quæ fit per iactum lapilli, ſit neceſſaria expreſſio loci.*

Proponitur ꝙ fuit duplex nūciatio. ſ. prima per
iactum lapilli, pro conſeruando vt
aſſeruerunt iure ipſorum nuntiantium. ſecunda autem nun-
ciatio fuit facta per prętorē. & ſuper vtraque nuntiatione fuit
iudiciū agitatum, & quod finaliter appacet, de iure nun-
tiantium. tamen ex contemptu nuntiationis primæ petitur
opus factum deſtrui, & in prima forma reponi. Item proponi
tur, quod dicta nuntiatio facta per ictum lapilli fuit facta opi
ficibus, & laboratoribus in ipſo opere: tamen non apparet de
terminate in qua parte operis conexua, & opus ſit longum, &
diſtenſum. Ex hoc themate quęritur, primo. vtrum nuntiatio
facta dictis opificibus valeat, necne in præiudicium domini
operis. Secunda. ſi valeat, an ab ea ſit receſſum per ſequentem
nuntiationem factam iuſſu prætoris, & ſic non eſt receſſum.
Tertiò quæritur, cum non appareat de loco loci, ſiue locorū,
vbi dicta proteſtatio per iactum lapilli fuerit facta quid dicta
proteſtatio habeat operari. Quartò an dicta nūtiatio tollatur
per quādam reſponſionem factam cuidam poſitioni, in qua
nuntians dixit, ꝙ non intendebat turbare dictos poſſeſſores.
1 † Et ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ nuntiationis noui
operis, hic eſt ille qui ſpernit eam. tenetur ſuis expenſis opus
demoliri, niſi nuntiatio ſit apertè fruſtratoria. vt l. 1. in prin.
ff. de noui ope. nunci. Item quod poteſt fieri cauſa iuris con-
ſeruandi, & damni depellendi. vt ff. de no. ope. nun. l. 1. §. nun
tiatio. Item quod poteſt fieri opificibus in opere. vt ff. de no.
ope. nuntia. l. de pupillo. §. ſi quis forte. Ex quibus rationibus
videretur, ꝙ dictum opus ſit in priſtinum reducendum, & de
moliendum ſumptibus, & damnis procedentis in opere. Sed
in contrarium conſiderandæ ſunt aliæ naturæ noui ope. nun.
2 † Et primo conſiderandum eſt de natura generali omniū pro
teſtationum: quia non nocent ignoranti. vnde glo. dicit in d.
§. ſi quis forte. opifices optimum conſilium ſumunt pro do-
mino, ſi ei non denuntiant: quia dñs non tenetur ſuis ſumpti
bus opus factum deſtrue. nec ſi ſuis ſumptibus opus eſt con-
ſtructum, debet damnū pati, quod perdat expenſam. ſed Iac.
de Ra. & multi alij dicunt, ꝙ patientiā præſtare debet, & per-
dit ſumptus factos, ſed non tenetur ad faciendos. vnde glo. eſt
ſatis

ſatis ęqua.& ego addo, ꝙ ſi non conſtat de mandato domini,
ꝙ opus factum in ſuo,dominus non debet demolire, nec pati
demoliri: quia ædificium cedit ſolo a quocunque ſit factum.
vt ff.de condi.inde.l.ſi in area.niſi de conſcientia domini eſ-
ſet factum.tamen de iſta ſcientia debet probari.Secundo præ
mitto,quod natura no.ope.nū.eſt, ꝙ opus factum reuocetur
per viam attentati.Sciendum eſt autem, ꝙ ea, quę reuocantur
per viam attentati,debent reuocari, antequam hoc petens li-
tem conteſtetur ſuper iure principalis cauſę.ſed ſi litem con-
teſtatus eſt,nunquam reuocatur per viam attentati,ſed opor-
tet,ꝙ probetur rationabilis cauſa. vt dicit Spe. in materia eo-
rum, quæ innouantur poſt pendente appellatione.nam poſt-
quam iudex incipit de meritis cauſæ principalis cognoſcere,
oportet ipſum de toto pronunciari, & non de attentato ſolū-
modo.& ita certe eſt in caſu noſtro.vnde ſi lite conteſtata ap-
paret de iure proteſtantis,non debet reuocari per modum at-
tentati id,quod non iure ædificatum eſt,cum appareat poſtea
in pleno examine de iure ædificandi : ſecus ſi apparet de iure
non ædificandi:quia tunc non ſolum ex attentato,ſed ex pro
bato deberet demoliri,quod licitè factum.vt l. 1. quod vi aut
3 clam.† Tertio eſt pręmittendū,nunquid liceat proſequi duas
proteſtationes.& in hoc nō inſiſto,ſed remitto ad.l.cū procu.
de noui ope. nun. & finaliter hoc teneo , quod ſi ædificantes
habeant ius ædificandi,& de hoc conſtat, cum ſit ad inquiſi-
tionem,& non ſit ſtatim in finibus,opus non debet demoliri.
Super incertitudine autem non eſt neceſſe allegare: quia iura
ſunt not. vt ff.de no.ope.nuncia.l.non ſolum.§. ſed vt proba-
ri. Concedendum eſt autem, quod non eſt neceſſe in ſingulis
glebis nuntiare. vt ff. de acqui. poſ.l.poſſideri.§.1.&ideo in
hoc non poſſet fieri fundamentum.& facit ad ea quæ dixi ſu-
perius:quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. tn̄ ſi litem
conteſtatur ſuper iure,& apparet de non iure,non eſt reſtituē
dus:quia beneficio ſuo renuntiaſſe videtur,qui aliā viam ele-
git,vt extra de reſtit.ſpo.c.1.ſecus ſi merum beneficium reſti
tutionis eſſet proſecutus. Quæſtio noſtra multum pendet ex
actis.nam ſi per acta conſtat de iure ædificandi , & ſi dn̄s fuit
admiſſus ad probandum de iure ſuo per iudicem cauſarum,
pro certo nulla debet fieri demolitio : quia omnis demolitio
fit per viam attentati contra ædictum prætoris. Et ſicut ſi ab
initio fuiſſet liquidum,ita & tunc, cum peruenerit ad eū ſta-
tum per legitimum ordinem iudiciorum, a quo ipſa nuntia-
tio incipere non poteſt:aliàs iudicij vigor,& autoritas,& exa
minatio cauſarū, & totus proceſſus in cauſa nihil operaretur
in fauorem domini, quod eſt abſurdiſſimum. vt ff.de iudi.l.
de qua re.veritatem ergo ſequendam dico. Porro de eo,quod
ædificatum eſt poſt ſatiſdationem, nulla dubitatio eſt : vt C.
de noui ope.nun.l.vnica & extra de noui ope. nun.c.ſi. cū ſi.
Spe.in iſta materia duo dicit,& ego,dicam tertium. Primò di
cit,quod ſi certum eſt aliquem calumnioſe nuntiaſſe, ꝙ intel
ligo etiam ſi minus temere,non debet ædificatum poſt denū-
tiationem deduci.ſecundū Roffr.Secundo dicit, ꝙ ſi fiat de-
nuntiatio fabris, & opificibus non nocet domino ignoranti.
4 & allegat dictam.l.de pupil'lo.§.ſi quis forte.† Et ego dico ter
tium , quòd non ſufficit quòd nuntiatio fiat alias legitime,
niſi fiat in opere , & in loco, de quo eſt quęſtio: verbi gratia,
ſi eſt quęſtio, an poſſit opus fieri in flumine, extrahendo a-
quam de ipſo flumine , nuntiatio debet fieri in eo loco,id eſt
cum ſeparat ad extrahendum de flumine . & ideo omnes le-
ges,quę loquuntur in iſta materia,loquuntur per dictionem.
ſ l. in loco. vt d.§.ſi forte,propter cauum autem,quod fit pro
prio loco.& libero,non poteſt fieri nuntiatio no.operis,ante-
quam perueniatur ad flumen: quia iſta nuntiatio fundatur in
ea parte,videlicet,ne quid in flumine publico,ripaue eius.vt
ff.de fluminibus.l.1.§.in flumine. & ideo conſuluerunt multi
doctores iſtius ciuitatis,ꝙ nunciatio noui operis nō impedie
bat cauum.& quia cauum, quod fiebat in libero, in quo non
prætenditur aliqua ſeruitus.& iſte eſt proprie caſus noſter.Ex
quo concluditur,dictas nuotiationes noui operis non potuiſ
ſe fieri in præiudicium dictorum nobilium de comitibus, cō
ſideratis omnibus conſiderandis,ac etiam incertitudine loco
rum.debet enim conſtare de quanto,& vbi,& quid. vt d.l.nō
ſolum.§.ſed vt probari.& hoc etiam ponit Spec.vbi ſupra &
patet tali ratione. quia nuntiatio noui operis æquiparatur li-
bello.vt no.in l.1.in prin.ff.de noui ope.nun.& ex ea,quando
eſt ſolennis,inſurgunt libelli ad demoliendum.ergo debet eſ-
ſe certa,& certus.vt no.in l.1.in prin. de eden.in glo.magna.
hic etiam conſiderandum eſt, quod iuſſus prætoris iuſtifica-
tus per clauſulam.ſi ſenſeris te grauatum.reſoluitur in alterna
tiuam, videlicet,quod non ædificet,vel veniet reſponſurus.vt
notat in gl.ord.in l.de pupillo.§.meminiſſe.& ita vidi teneri,
& ſeruari per curiales curiæ Rumanæ. Ego Baldus de Pe-
ruſio,Iuris vtriuſque doctor.

CONSILIVM CCXLVI.

1 *Tractat de meteria.l.admonendi.& quādo ſit deferendum iu*
ramentum in ſupplementum probationis, & vide ibi vnum
pulchrum dictum de ſcriptura priuata.

1 Commiſſus † fuit articulus iſte cōſultori.verū
virtute iuriū prędictorum,& pro
bationum factarum per Albertum notarium de iure probe-
tur dictum Albertum expendiſſe, vel poſuiſſe in ſocietate il-
las poſtas, vel aliquam ipſarum &c. qui conſultor conſuluit,
ꝙ ſatis erat ſemiplenè probatum, ſacramentum deferendum
fore ipſi Alberto ſuper dictis poſtis.Et dicendum eſt indubi-
tanter,quod ſic conſulēdo,aut non conſuluit ſuper articulo,
aut conſuluit non probatum. & ratio hæc eſt : quia probatio
plenè,& ſemiplenè differūt ſpecie,imo ſunt quaſi ſpecies op-
poſitæ. nam ſemiplena probatio reducit quandam priuatio-
nem ſecundum quid,licèt non ſimpliciter. Itē cum ſacramē-
tum deferatur in defectum probationis.ergo ille, qui dicit ſa
cramentum deferendum , aſſerit defectum eſſe circa plenam
probationē.iſte eſt text.ff. de iureiurando.l.admonendi. verb.
in dubijs cauſis.Nam ſi dubium,ergo non probatum. Itē lex
hæc apertè dicit,quod iſtud iuramentum nō eſt probatio,ſed
magis releuatio ab onere probandi.ff.de iureiu.l.eum qui.in
prin.Sed de releuatione ab onere probandi nihil fuit commiſ
ſum conſultori.ergo exceſſit fines mandati.ſicut dicimus ali
bi,ꝙ probatio vnius teſtis non eſt probatio:licèt ex ea ſequa-
tur iuramenti delatio:vt no.in c.1.de ele.li.6.nam noīe pro-
bationis plena probatio intelligitur. vt legit,& not.ff.de con.
&dem.l.Lucius.& ff.de ver.ob.l.qui Romę.§.augerius.Item
habuit conſulere ſecūdum acta.& probata.ſed iſtud iuramē-
tum nondum erat de acti.neque de proba. quia non erat in re
rum natura: vt ff.de ver.obli.l.cum ſtipulamur.& l.ſi a colo-
no.hæc enim verba,acta,& probata,ſignificant retro præteri
tum perfectum, non autem futurum.vt ff.quod quiſque iur,
l.1.§.hæc verba.vnde ſi benè conſideretur, iſte potius conſul
uit non probatum plene , quàm probatum. & cum articulus
fuerit formatus de partium voluntate, non debet ab ipſo arti
culo recedi.vt ff.de re iudi.l.ſi conuenerit.Quapropter ſequi
tur,ꝙ arbitri,& arbitratores,qui errore ex eorū imperitia pro
cedente detulerunt iuramentum, non debent ſequi errorem,
ex quo nondum tulerunt diffinitiuam:ſed debent interloquē
do pronuntiare,talem delationem efficaciter non tenuiſſe,&
ad hoc facit,quod no.in d.l.admonendi.ſecundum vnam le-
cturam quæ habet,quod ibi non erat lata diffinitiua ſentētia:
& ideo iuramento non ſtatur , quæ lectura decidit quæſtio-
nem noſtram.& eam inter alias tenet ibi.Bar.Porro ſi quæra-
tur,quid de iure communi, vtrum ſit deferendum ſacramen
tum,necne.& dicendū eſt,quod quandocunque præſumptio
nes multum vigent pro actore, debet deferri iuramentū acto
ri,& non reo.vt in Auth.de conſuetudine recti feudi.§.ſed ſa
cramentū.col.10.& in l. in bonæfidei cum ſua materia. dico
autem.vigere,quando vehementer articulantur. vt in c.cum
dilectus:de ſucceſ.ab inteſtato. Sed qn̄ cunque eſt, minuſquā
ſemiplena probatio,certum eſt,ꝙ non defertur ſacramētum.
Si vero eſt probatio ſemiplena,tunc ſi cauſa eſt magna, vel cū
odioſa,iuramentum non debet deferri:aliàs eſt in arbitrio iu
dicis, cui deferat litigatorum. iſta ſunt vulgaria, & ideo acta
loquantur: tamen vnum eſt ſciendum, ꝙ priuata ſcriptura li
cèt interdum faciat ſemiplenam probationem, oportet tamē
quod conſtet,quod ſit ſcriptura manu ſolēnis perſonę, & fide
digna.Si enim dubitatur de cuius manu,nullam facit fidem.
vt

vt C.de fide inſtrumētorum.l.ſicut iniquum.& quod no.per Bar.in l.quædā.§.nummularios.ff.de edendo. vnde vnus præſentibus actis, licèt quantum ad eundem æquitatem conſcientiæ literati hominis,& magiſtri in theologia, tamen quātum ad iuſtitiam fori,nō deficit ius,ſed probatio in aliquibus poſtis.vt patet in lectione ſcripturarum &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLVII.

1 *An liceat creditori mancipare debitorē ſuum, an contractus, promiſſio, vel iuramentum in carcere facta teneat.*

2 *An ſit neceſſe dicenti ſe aliquid feciſſe metu carceris probare quod in illo puncto, vel hora, qua illud fecit, vel promiſit erat in carcere.*

3 *An debitor detentus a creditore in priuatis carceribus poſſit poſtea liber factus prouocare ipſum creditorem ob hanc iniuriam ad duellum.*

1 Proponitur †quod Ioannes fuit captiuatus in quodam caſtro quorūdam nobiliū prætendentiū, ꝙ ipſe ſurripuerat certas quantitates pecuniarum, cum eſſet factor dictorum nobilium in arte viurarū, & ſtationibus ipſorum, propter quod dictus Ioannes fecit certā promiſſionem cauſa ſuæ liberationis, & iurauit de reuertēdo in dictum caſtrum, niſi ſolueret.& promiſit propterea non reclamare,nec de metu opponere,nec grauare,nec duellum petere, & ſuo iuramento firmauit.tñ re vera ipſe erat tunc ſub poſſe dictorum nobilium,& non poterat diſcedere ſine eorū voluntate,& poſt dictam chartam,adhuc ſtetit in fortia dictorum nobilium per ſex menſes,vel circa.Modo quęritur,cum iſte Ioannes non fuerit reuerſus ad terminum,nec ſoluerit,an ſit iudicādus malefidus, & periurus, & quid de eo ſtatuendū ſit. Reſpondeo, veritas iuris oritur ex veritate facti.vt ff.ad l. aqui.l.ſi ex plagijs.§.in cliuo. & ideo ſi verum eſt,quod proponitur,iſte non eſt periurus:quia non fuit licitum dic. nobilibus retinere ipſum in priuato carcere.imo de iuris rigore ſi quid ius haberent,perdidiſſent.vt no.quod metus cauſa.l.extat.& l.ſi. nec etiam iuſtum arctabat dictum Io. vt ff.quod metus cauſa.l.qui in carcere.ff.de ver.ſig.l. qui neque ſequātur. & no.ff.de neg.ge.l. nam & ſeruus. in prin.& ff.de re.l.qui a

2 latronibus. †Sed dubitat dictus Io. vtrum debet probare, ꝙ ſtetit in carcere.Et dicendum eſt, ꝙ ſi ante dictum contractū ſtetit in carcere,& etiam poſt,quod præſumitur quod in medio tempore non fuerit in libertate ſua.vnde non oportet probari de hora,& puncto confecti inſtrumēti , ꝙ tunc non eſſet in ſua libertate:quia ex extremis colligitur medium, ſicut dicimus in poſ.& in omni actu, qui recipit continuationem vt no. 18.di.quia ſunt culpę.& in Spe.de proba.§.2.ver.ſed quęritur,qualiter ſicut dictum eſt,non tenebitur reuerti ad carce

3 rem. vt no. in d.l.nam & ſeruus. †Super eo no.quæritur.ſi dictus Ioan.poſſet dictos nobiles ad duellum petere,& dicendū eſt,ꝙ nō ſecundum.l.Romanam, nec etiam eſt de caſibus,in quibus ſecundum legem longobardam, quæ eſt ſicut lex municipalis,& non habet autoritatem legis generalis:& per conſequens non ſit extendenda de ſimilibus ad ſimilia, eſt licitū hoc petere. vt patet in opere meo, in vſibus feudorum de pace tenenda.c.1.§. ſi quis hominem. col. 10.& hoc probatur. C.de ac.& obl.l.negantes. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLVIII.

1 *An reſeruatio aliquorum bonorum impediat efficaciam profitentis regulam monachalem.*

2 *An prohibitus alienare poſſit ſe transferendo ad religionem, vel ſe dedicando alienare.*

3 *An ſtatutum prohibens alienationes,per quas minuuntur publica functiones,confirmatum per principem ſuperiorem cōprehendat alienationes,qua fiunt in eccleſias.*

1 Quæritur †an reſeruatio aliquorū bonorum, impediat efficaciam profitentis regulā monachalem,& dicendum eſt,ꝙ non. niſi expreſſe profitens proteſtatur,ꝙ non intendit profiteri,niſi valeat reſeruatio.& tūc forte etiam valet profeſſio,vel quia pactum non valet.contra vim religionis. vt no.ff.de pac.l.in traditionibus.vel quod intelligitur de reſeruatione quo ad vſum facti,quæ de permiſſu Abbatis fieri poteſt.de hoc plenè no.per doc.C. de ſac.ſan.eccle.aut.ingreſſi.& ibi per Cy.in quęſtione quę incip.vlterius procedo. & quia ʒ iuris regulas prohibentes pactum non tenet.vt ff.de pact.l.contra iuris.in prin. nam regula Beati Auguſtini,& Beati Benedicti,& aliæ regulæ approbatæ, ſunt ius publicū autoritate,& vtilitate. & ideo per pactū non poſſunt tolli: vt ff. de pac.l. ius publicum. Porro nec valet pactum ʒ vim,& autoritatem legum factum.vt ff.de leg. 1.l. ſi quis inquilinos.§.ſi.& C.de agri.& cenſi.l.quemadmodum.lib. 10.

2 †Sed quæritur, an prohibitus alienare poſſit ſe dedicādo alienare.& dicēdum eſt, ꝙ ſic:quia non alienat ipſe, ſed lex.vnde adultus profitendo omnia mobilia,& immobilia transfert in monaſterio,licèt ſine ſua perſona alienare non poſſit bona immobilia,etiam in eccleſia. vt no.Cy.in d.aut. ingreſſi.in 3.q.

3 † Quæritur autem, vtrum ſtatutum confirmatum per decretum domini,prohibens alienationes per quas minuuntur publicæ functiones,includat eccleſias, vt non poſſit fieri alienatio in ipſas.aliter nō decido:quia ſunt opi.vtrum inſpiciatur fiſcus, vel eccleſia: fiſcus enim poteſt imponere legē reb. ſuis, i.territorio quod eſt fiſci,quo ad fiſcalia.vt not.per Accur.ff. de verb.obli.l. ita quis.§.ea lege. alij dicunt,quod libertas eccleſiæ eſt tanta , ꝙ fiſcus non poteſt imponere ſuper hoc legem,niſi fieret in fraudem fiſci.& hæc opi. communiter approbatur, & fuit opi.Dy.vt dixi.C.de ſac.ſan.eccle.l.ſi. Bal.

CONSILIVM CCXLIX.

1 *Tractat de feudo paterno,et auito,& qualiter cognoſcantur, & in quo differant.*

Verba inueſtiturę ſic dicunt. Salomonem pręſentem, & recipiētem ſuo nomine, & Iacobi fratris ſui pro reliqua dimidia in dicto caſtro, terris,ſediminibus, iuribus,& rebus,atque decimam,quam tenent, & tenęre conſueuerunt per feudum honorabilem paternum, & auitum,& antiquum,& antiquiſſimum confirmauit,nomine feudi ſuprascripti:ac eos recipientes pro partibus,& nominibus quibus ſupra per ſuum annulum , quem ipſe dñs Abbas in ſuis tenebat manibus, reinueſtiuit de ipſis omnibus ſupradictis. ipſis tamen,& eorum hæredibus maſculis ab eis, ex linea maſculina deſcendentibus, ſibi inuicem ſuccedentibus,nomine feudi antiqui paterni,& auiti,& gentilis,& legalis.& antiqui,& antiquiſſimi feudi, vſque in perpetuum. in eis,eorumque hæredibus legitimis ſupradictis ab eis,vel aliquo eorum deſcendentibus,ex linea maſculina. ſecundum formam inſtrumentorum priorum,& inueſtiturarum, & ſecundum morem, & conſuetudinem dicti monaſterij præſentibus,& conſentientibus &c.Inſuper ſupradictus Salomon, ſub nomine,& vice dicti Iacobi fratris ſui cōfeſſi fuerunt ſe, & ſupradicti eorum anteceſſores teneri:& teneri conſueuiſſę a dicto Mon.per feudum antiquum , & antiquiſſimum certas petias terrarū &c. Ex verbis cuius inueſtituræ merito dubitatur , quale ſit iſtud feudum, vtrum paternū, vel auitum. paternum voco.i.quod in perſona Salomonis,& Iacobi ſumpſit initium,& in eorum filios fuit deriuatum, videlicet. in Gaſparem, & d.Iaco.filios Salomonis,& in Antonellum,& Stephaninum. filios q. dicti Iacobi fratris di.teſtato.Nam ſi quidem dictum feudū eſt auitum,& antiquū,mortuo Antonello,& Stephanino reuerſum eſſet ad d.Iacobum filium dicti Salomonis,qui nunc viuit.& abiacticum domini Bartolini: vt in c. 1.§. hoc autem ſciendū qui feu.da.poſ.colum. 10.& in c. 1. de gradibus ſuccedendi in feudum & in c.1.de natura ſucceſſionis feudi eadem colū. Si vero dictum feudum fuerit paternum.l. Salomonis. & Iacobi: certum eſt enim, ꝙ aliud eſt feudum paternū, aliud ab interceſſoribus veterib. acquiſitum. vt notatur in c. 1 .de ſucceſ.feudi in glo.quid igitur.circa finem. tunc mortuo Antonello,& Stephano pars Iacobi patris eorum ad monaſterium reuolaſſet, & ipſi Abbati eſſent aperta,non obſtante teſtamento Stephanini,& Antonelli:quia in feudo nihil valet ordinatio teſtamenti,ſi attēditur ſola ordinatio inueſtituræ: vt in d. c. 1 .ver.nulla ordinatione.de ſucceſ. feudi.nimirum quia feudum non tranſmittitur iure hęreditario,niſi ad liberos: vt in

c. 1.

c. 1. an agnatus, vel filius. eadẽ col. Modo arguamus pro, & ꝯ.
1 † Et primò videtur dicendum, quod dictum feudum ſit auitum, & antiquum: & ſic pertineat ad d. Iacobum agnatione ſuis. Nam verba ſcripturæ ita dicunt, & partes ita aſſerunt. ergo ſtandum eſt ſcripturę. vt C. de proba. l. cum precibus, & C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimam. & ff. de le. 3. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. & ff. de fideiuſſo. l. fideiuſ. magiſtratus. §. pro Aurelio. In ꝯrium videtur: quia propter nouum tenorẽ dictæ inueſtituræ vr̃ receſſum a natura antiqui feudi, & feudum nouum cõſtitutum in perſonã dicti Salomonis, & Iaco. ff. de pact. l. pacta nouiſſima. ff. loca. l. cum in plures. §. lege dicta. ff. de præto. ſtip. l. Valerianus. & arg. in c. tres erant agnati. de eo qui fecit finem agnato. nam datò, quod Salomõ, & eius filij dicto caſu potuiſſent ſuccedere in locum Antonelli, & Stephani: tñ quia conſenſerunt, ꝙ inueſtitura fieret ſingulis pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, tale pactum valet tãquàm nouum ꝯctum. arg. ff. de pact. l. ab emptione. Porro vnuſquiſque ſibi, & hæredibus ſuis, & ſucceſſiue proſpexiſſe vr̃: vt in
2 c. 1. de duobus fratribus a capitaneo inueſtitis. nõ autem frater fratri proſpexiſſe vr̃: maxime cũ de natura contractus ſit, ꝙ quis alteri non paciſcatur. vt in c. 1. §. ſi autem vnus. de his qui feu. da. poſ. & ff. de ver. obl. l. ſi quis ita ſtipulatus. §. chriſogonus. ibi dum dicit, perſonam vero nunquam &c. & l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Quid dicem᷒, fuit ne pars Iacobi aperta mo-
3 naſterio, nec ne? quæſtio dubia eſt, pp implicitum ſermonem, in dubio verba ſunt interpretanda ꝯ proferentẽ. i. contra recipientem, qui intendit obligationem extendere, & ſic ꝯ feudatarium. vt ff. de pact. l. veteribus. & no. ff. de tranſa. l. qui fidẽ.
4 Ego dubito propter illa verba, ſecũdum conſuetudinẽ Mon. Item propter illa verba, ſecũdum antiquas inueſtituras. nam iſta verba habẽt importare quandam relationem ad aliud, de quibus mihi certum eſt. vt extra de verbo. ſigni. c. Abbate & C. de inſtit. & ſub. l. pe. ſi non eſſent illa verba, ſibi inuicẽ ſuccedẽtibus. nam per hoc ſubſtitutionem fecit. tam inter ipſos
5 recipientes, quàm inter eorum deſcendẽtes. primum patet in verbo ipſis, ſcilicet, nominatis in inſtro. ſecundũ patet in verbo, eorum hęredibus. ſubſtitutio enim proculdubio etiam in contractibus fieri poteſt. vt ff. de leg. 3. l. hæredibus. conſequẽtia patet pro. l. cohęredi. §. qui diſcretas. ff. de vul. ſub. & de le. 2. l. Titia Seyo. §. Seya. Sed vlterius ſequitur videre, quod dicta domina Beatrix, vna cum viris ſuis poſſedit dictum feudum, per tẽpus 30. an. & vltra. vnde non debet dubitari quin, cõtra dictos agnatos, ſi quod ius habuiſſent, eſſet præſcriptũ: vt in c. ſi quis per 30. ſi de feudo fue. controuer. vbi eſt conſiderandum, quod per iſtam præſcriptionem bona fide factam acquiritur vtile dñium, maximè cũ titulo: vt C. de præſcript. 30. an. l. ſi quis emptionis. & ideo ſi quod vtile dñium cõpetijſſet agnatis illud eſſet eradicatũ ab eis. vt no. in l. vt certo. §. ſi duobus vehiculũ. ff. cõmo. & ideo licèt finiatur morte præſcribẽtis, tñ non redit ad agnatos, in quibus nõ inuenitur aliquod principium cauſale iuris ſucceſſorij: quia ſemel eſt extinctum: vt ff. de col. l. qui res. §. aream. C. de remiſ. pi. l. ſolida prouidentia. Sed reuerteretur ad ſuam perpetuam proprietatem, & ſic ad eccleſiam, cuius proprietas nõ moritur. vt in c. 1. §. inde. poteſt feudi alienatione quid. plura dicunt doc. ꝙ ſi per annum taceant agnati, ex quo ſciuerunt ius ſibi retractandi competere, & tacuerunt, perinde eſt, ac ſi conſenſiſſent: vt c. titius. ſi de feu. fue. contro. Conſidera, an illud habeat locũ, quando agnati veniunt ex pacto ſucceſſorio, necne. Porro dubitandũ non eſt conſenſum præiudicare. vt in c. 1. §. præterea qui. mo. feu. amit. Ex his igitur concludendo: feudo pro monaſterio quod feudum fuerit moua. aptum, & per hoc concluditur pro magiſtro Ioanne de Trecio. ſalua tamen ſubſtantia veritatis, tam in iure, quàm in facto. Ego Baldus.

Ad idem. CONSILIVM CCL.

1 *An per renuntiationem feudi, quam fecit vaſſallus in manibus domini, præiudicetur agnatis in ſucceſſione dicti feudi.*
2 *Per feloniam, vel aliam iniuriam commiſſam in dominum an præiudicetur agnatis.*
3 *Vaſſallus cõtrahens amicitiam cum inimicis domini venit priuandus feudo.*
4 *Magis delinquit ille, qui a duobus contrarijs ſe facit infeudari, quàm qui feudum negat.*
5 *Feudum non poteſt infeudari in præiudicium agnatorum in filio ſororis, niſi ex conſuetudine pertineret ad fœminas.*

1 Ad euidentiam † præmittendum eſt, ꝙ vaſſallus poteſt renũtiare feudum in manibus dñi. vt in c. 1. §. rurſus ſi fidelis. qui. mo. feu. amit. & in c. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis. tñ non in pręiudicium agnatorum, ad quos ex natura feudi antiqui poſt mortẽ renũtiatam feudum debet redire: quia alteri per alterum iniqua conditio non debet afferi. ff. de iuris & fac. igno. l. iniquiſſimũ. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ante omnia. & l. ſi. C. loc. l. ſi cũ hermes. & ideo dictum feudum, adhuc remanet paternũ, ſiue antiquum reſpectu agnatorũ. vt in d. c. 1. de vaſſallo decrepitæ ætatis. Mortuo igitur dicto renuntiante ſine hærede, inueſtitura facta in filium ſororis euaneſcat, & agnati vocantur. vt
2 in c. 1. de natura ſuc. feu. † ſecundo præmittendum eſt, ꝙ propter feloniam delicti, quæ committitur in dñm, aperitur dño feudum. vt in c. 1. an ille, qui interfecit fratrem dñi ſui. vt hãc ſaltẽ ſuæ iniuriæ vltionem. Si vero non in dñm, ſed alterũ grauiter deliquit, non præiudicat agnatis. vt in c. 1. §. denique. & §. ſi vaſſallus. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. & in
3 c. ſi vaſſallus culpam. ſi de feu. fue. contro. † Tertiò præmittẽdũ eſt, ꝙ ſi vaſſallus cũ inimicis dñi contra dñm conſpirauit, vel ſuam amicitiã cum eis copulauerit, ꝙ in præiudiciũ dñi tendat, & maximè ꝯ ſtatutum, vel vtilitatem dñi, ꝙ feudo priuãdus eſt. vt le. & no. ff. de offi. præfec. vr. l. 1. in ſi. de inof. teſt.
4 l. liberi. in ſi. † Quartò præmittendũ eſt, ꝙ magis deliquit ille, qui a duobus ꝯtrijs facit ſe infeudari, q̃ ille, qui ſolũmodo feudum negat, qui tñ priuãdus eſt feudo. vt in c. vaſſallus feudũ. ſi de feu. ſue. contro. vtraque igitur tam pro, quàm ꝯ debet eũ putare tergiuerſatorẽ. vt ff. de his qui no. in ſa. l. athletas. §. calumniator. & ille a quo primũ poſſeſſionẽ habuit, põt ipſum
5 diſueſtire de poſſeſſione, q̃ prodijt. vt C. de acq. poſ. l. ſi. † Ex his ſic præmiſſis patet deciſio quæſitorum, videlicet, ꝙ dictũ feudũ non potuit infeudari filio ſororis in pręiudiciũ agnatorum, niſi eſſet tale feudũ, ꝙ ex conſuetudine pertineret ad fęminas: quia mulier in feudũ non ſuccedit, nec eius hęres: niſi feudũ ſit promiſcuũ maris, & fęminę. vt in c. 1. §. hoc aũt non dum. de his qui feu. da. poſ. vnde hoc caſu filius ſororis benè eſſet capax: quia habet ius agnationis. vt C. de legitimis hęredibus. lege. l. 1 a. tabularum. ſi vero feudum ſimpliciter eſt paternum, filio ſororis licèt in alijs obtineat ius agnationis, tamen in feudo ſecus, propter ipſius feudi naturam. vt in c. 1. de feudo fœmi. & quod ibi no. & in §. ſi. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maribus, & fœminis inueſtituram accepit. ſi vero feudum eſſet nouum in quo caſu non veniunt agnati, eſſet reuerſum ad eccleſiam, & poſſet infeudare, cui vellet. vt in c. 1. §. fœmina quoque. per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. & ex his apparet determinatio illius filij ſororis. Modo veniamus ad factum agnatorum: & dico, quod inueſtitura eis primo facta præſupponendo, quòd ſit facta ab habente poteſtatem valuit de iure: tamen quid eſt, quòd propter ſubſequentem dolum, uel latam culpam poſſiut dicti agnati priuari, & alijs concedi, prout eccleſiæ placuerit. præcedente tamen priuatione per ſententiam, uel ſi eſt notorium, non requirant ſententiam: quia in notorio non requiritur ordo iudiciorum, ſed in alijs. ut in tit. de pace tenenda. c. quicunque aduocati. & l. emptorem. de act. emp. eſt uerum, quod dominus poteſt eis parcere, & feu. remanet eis ex ueteri conceſſione. ut ff. de peculio. l. peculium. §. ſi ere alieno. & l. ſi. C. de reuocandis do. itaque illud feudum de primo ad ultimum concludendo, domino ſit apertum, ſi uult. Sed ſi volt dimittere feloniam, poteſt, loquor, ut dixi, ſuppoſita poteſtate, uel quaſi poſſeſſione poteſtatis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLI.

1 *Pro qua parte admittantur plures, quibus eſt conceſſa emphyteuſis a principio.*
2 *An in feudis habeat locum ius accreſcendi.*
3 *Dictio altero. quid ſignificet.*

Conſi-

1 Conſiderandum † eſt, quod quando emphyteuſis conceditꝰ pluribus a principio, ſi aliud non declaratur, vr̃ conceſſa vnicuique pro parte. vt ff. de duobus reis. l. reos. §. cũ tabulas. & arg. C. ſi cert. pet. l. ſi non ſingulari. & ff. de condi. & demon. l. cui fundus. §. fi. & C. ſi plures vna ſententia. l. 1. & ff de reg. iur. l. Pau. in quibus legibus dicitur, ꝙ natura copulæ inter perſonas cuilibet aſſignat virilem portionem. & ſi ſubtiliter conſideretur, nõ eſt cõtractus vnus ſimpliciter factus, ſed eſt, ſicut diceretur, Titio dimidiam, & Sevo dimidiam. nam & in legatis iſta eſſent duo legata, non vnum legatum. ita in contracti-
2 bus ſunt duo contractus numero. † & ſi quęratur de iure accreſcendi, ſi quidem loquimur in vltima voluntate, habet locum ius accreſcendi: vt ff. de leg. 3. l. re coniuncti, & iſtud eſt propter virtutem coniunctionis, & fauorem extenſiuum vltimæ voluntatis: vt C. de cadu. tol. §. in ita. ſed in contractibus nõ ſic dicimus. nã vnmiſſum habetur pro omiſſo. vt ff. de ver. obli. l. quicquid aſtringendæ. & in l. ſi mihi & Titio: & ideo cum de iure accreſcendi non prouiderint ſibi contrahentes, ceſſat ius accreſcendi, & fallit in mero vſufructu, vt ff. de vſufru. accre. l. 1. §. interdum. hæc probantur in feudis, quę ſimilia ſunt emphyteuſi eccleſię: vt in 10. col. qui feu. da. poſ. c. 1. §. cum vero Corradus. ver. ꝙ ſi cõiter. & in c. 1. de duobus fra. n capi. inue. quibus inſpectis. vr̃ dicẽdum, ꝙ feu. pro parte ſit reuerſum ad eccleſiam. nam vt dixi, cum duo ſunt cõtractùs, alter ipſorum eſt extinctus, & in cauſa caduci. Sed in contrarium vr̃, propter tenorem verborum cõtractus. nam tenor inueſtituræ potentior eſt omni natura tacita: vt in dictis iuribus ſuperius allega. Sed tenor ſcripturæ ſic dicit, pro ſeſe. & illud verbum faceret pro eccleſia, vt ff. de pac. l. qui futurum. §. ſi ex altero & Lauus. & ſubdit, & eorum hæredibus. quod verbum etiam tacitè intelligeretur: vt ff. de verb. obli. l. ſtipu. iſta. poſt prin. & ff. de proba. l. ſi pactum. & ſubdit, ex ipſis, videlicet, quando remanent hæredes ex vtroque. & ſubdit, ſeu altero ipſorum, per quod verbum altero, manifeſtè apparet, ꝙ etiam vno ſuperſtite, nõ debet reuerti ad eccleſiam: quia hoc actũ eſt conſolidatum in perſona vnius. & ſic vnus ſuperſtes excludit eccleſiam. arg. C. de impu. & alijs ſubſti. l. fi. & ff. ad trebell. l. hæredes mei. §. cum ita. & optimè facit in ratione ſui. ff. de hęredi. inſtitu. l. Lucius. ibi dum dicit, imprudentis conſilium animaduertitur teſtantis. nõ enim fratrem ſolum, ſed hæredem prætulit, ſed & eius liberos. ſimile habemus.
3 ff. de lega. ſecundo. l. Titia Seio. §. Seia. Conſidera. † Nam iſta dictio altero, ſumitur ex aliquo. & ideo ad veritatem propoſitionis, & perſeuerantiam totius contractus ſufficit, aliquid: vt ff. de reb. dub. l. ſi qui ducenta. §. vtrum. ad huc facit, quia verba debent aliquid operari: vt ff. de vſu. l. ſi ſtipulatus. Sed ſi iſta dictio altero, non haberet hũc ſenſum, vt vnus haberet totum in defectum aliorum, nihil operaretur hæc adiectio, quod eſſe non debet: vt in l. 1. ff. ad municip. ſolutio. quæſtio iſta ſtat in iſta dictione altero, quomodo referatur. vtrum ꝙ ambo ꝫhentes receperint, etiã pro altero: an vero ꝙ vnuſquiſque pro ſe, & hærede ſuo diuiſim. Sed conſiderata affectione perſonarum, & generalitate verborum, puto, ꝙ cõis prouidẽtia, etiam in altero ſit directa. arg. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & ſic ſentio, ꝙ portio morientis ſine hærede non ſit reuerſa ad eccleſiam: propter tenorem, vt dixi inueſtituræ, ſiue cõtractus. qui tenor non eſt aſtringendus, ſed indefinite interpretãdus, ſicut verba ſonant: vt in d. c. 1. de duo. fra. a capi. inue. & facit. ff. ad treb. l. Iulia. ſebus. ibi dum dicit, ei, vel eis. vt l. hæredibus. in prin. Ego Baldus. Conſilium illorum de Camagna de Monteferrato. &c.

CONSILIVM CCLII.

1 *Stante compromiſſo, in quo renuntiatum eſt appellationi, reductioni querela, reſcripto, priuilegio, exceptioni, reſtitutioni in integrum; &c. an poſſit peti laudum reuocari, in quo non allegatur dolus arbitri, ſed ſola iniuſtitia. Item an talis renuntiatio extendat ſe ad laudum; in quo eſt error expreſſus. Item an ſe extendat ad laudum, in quo arbiter egreſſus eſt fines compromiſſi, ſeu ſuper re non compromiſſa laudauit.*

Viſo quodam arbitramentu Nicoleli de Tileo &c. Et viſo compromiſſo in eum facto, & viſa ſupplicatione facta Illuſtri Principi domino Marchioni, per homines da Camagna dubitari poteſt: an de iure poſſit dictum laudũ infringi, annullari, vel reformari, non proponendo dolum arbi-
1 tratoris ſed ſimplicem iniuſtitiam. † Et hoc dubium naſcitur ex verbis compromiſſi, in quo renuntiatum eſt appellationi, & reductioni, reſcripto, & priuilegio, exceptioni, & in integrum reſti. prout in dicto compromiſſo latius continetur. & breuiter uideretur dicẽdum, ꝙ non, propter renuntiationes pdictas. eſt. n. iſta qõ antiqua, & uulgaris. & cõiter dicũt doc. qđ niſi arbitrator ſit in dolo, alij addunt uel lata culpa, nõ poſſet peti reductio. ſed ſi eſt dolus, uel lata culpa poſſit peti reductio: & maximè per uniuerſitatem, quæ poteſt iuuari per remedium reſtitutionis in integrum. & pro hoc glo. ordi. ff. ad tre. l. ſeruo inuito. §. cum prætor, doctores ponunt. C. de arbi. l. pe. Dy. ponit in c. ſcienti. de reg. iu. li. 6. & in l. quidam cum filium. ff. de uer. obl. & hoc etiam placet Nicolao de Matarel. ſed hæc uera ſunt, niſi error ſit expreſſus in ſententia arbitri, ſeu arbitratoris: quia ſententia, uel arbitramẽtũ ubi eſt error expreſſus, nõ ualet: ut ff. de ap. l. ſi expreſſim. Idẽ eſt, ſi arbiter egreditꝰ materiã cõpromiſſi. Nã ſi cõpromiſſum eſt de controuerſijs, non põt mandare, ꝙ ego rem meam vendam, vt pro inde precium conſequar: nam ſuper hoc cõpromiſſum non eſt, & hoc caſu non currit tempus dicẽdi nullum. hoc ponit Bar. expreſſe. ff. de tranſac. l. cum aquiliana. Ex ex hoc liquido apparet, ꝙ dicta ſentẽtia quo ad ſedimen eſt ipſo iure nulla, quia eſt lata præter, & vltra compromiſſum. quod ex eo apparet: quia verba ſententiæ dicunt, pronuntiamus dictum planum remanere debere dicto Antonio, & ſubdit. Itẽ pronuntiamus in recompenſatione precij, & valoris dicti plani &c. Ex quo apertè apparet, ꝙ dictus arbitrator cõfitetur dictum planum pertinere dictis hominibus Camagnæ, tñ vult, ꝙ vendant, ſiue ꝙ venditum habeant: quia nomine precij venditio ſignificatur: vt l. vlti. C. de prædi. curia. lib. 10. ſed hoc non põt facere arbitrator: vt C. de act. & obl. l. ſicut. facit, quod notat. in l. 3. C. de epi. audi. per Cy. & alios. & hoc expreſſe no. Bar. in d. l. cum aquiliana. Super alijs capitulis dico, ſeruandas conſuetudines, ex quibus ius oritur. ſeruandas dico, hincinde: vt ff. cõia prædio. l. venditor. §. ſi conſtat. nam tolerabilia ſunt, quę uetus conſuetudo comprobat: ut ff. de polli. l. Imperatores. & ff. de publi. l. ſi publicanus. §. in omnibus uectigalibus. Dicit enim textus in uſibus feudorum, ꝙ legum romanorum non uilis eſt autoritas. Sed non adeo uim ſuam extẽdunt. ut uſum uincant, aut mores: ut in c. Vbertus. de feud. cogni. col. 10. Et ideo ad æquitatem ueterum cõſuetudinum dictum laudum eſt reducendum, non obſtãte generali renuntiatione: quia nõ fuit renuntiatum conſuetudinibus, quibus per uerba generalia non intelligitur derogatum: ut ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. rectè placuit. Concluſio mea eſt, ꝙ ueritas, & conſuetudo ſeruetur, ubi de eis conſtet. Et ſi dicatur, ꝙ imo fuit renuntiatum per ſyndicos, dico, ꝙ non habuerunt mandatum ad hoc, per ea, quæ uiderint. & ſic non præiudicat dictæ uniuerſitati. ut C. de pac. l. pactum curatoris. & C. de tranſac. l. præſes. & ff. de pac. l. Imperator ſeuerus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIII.

1 *Filiafa. ducens vitam turpẽ, & luxurioſam poteſt a patre exhæredari, dubitatur, qualiter probetur eam ducere vitã turpem, & luxurioſam. Item an talis poſſit petere legitimam, vel eius ſupplementum.*

1 Filiafamilias † quæ elegit luxurioſam uitam, poteſt a patre exhæredariꝰ ut in Auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulũ. uerſi. ſi alicui ex prædictis. Tamen hęredes hoc debent probare ꝫ filiã exheredatã. & ſi nõ probãt, filia uincit in ꝙrela inofficioſi intentata contra patris teſtm̃: ut C. de inof. teſt. l. omnimodo. ꝙ autem luxurioſam uitam elegerit, probatur per locum a cõiter accidẽtibus, qui in caſibus dubijs maximus eſt in iure. ut leg. & no. C. de proba. l. neque natales. per hunc autẽ locum a cõiter accidentibus probatur, quia paſſim iuuenis accedebat ad

ad iuuēculam, cum publica fama ſatis probatur vita luxurioſa, nec excuſatur propterea, quod dicat ſe non potuiſſe cognoſci: quia erat arcta. nam licèt ſtuprū non ſit conſummatū, tñ ſufficit, quod ſit deuētum ad actum proximū, ſiue ad conatū, vt C. de epi. & cle. l. ſi non dicam rapere. cum ſua materia. ad quod optimè facit. c. 1. §. item ſi fidelis. in verbo vel concumbere ſe exercuerit. quib. mo. feu. amit. col. 10. Item & ſine cōtractu corporalis commixtionis poteſt vita luxurioſa, indecens, & inhoneſta interuenire: vt ff. de contratab. l. non tm̄. §. ſi emancipatus. hoc apparet in ea, quæ lænocinū facit: vt ff. de his qui notantur infa. l. athletas. §. Pomponius. Concludo ergo, ꝙ ſi probetur de tam turpi, & de generi vita, quod dicta filia legitimè potuit exhæredari. & cum exhæredata non debeatur legitima, quæ aliàs debetur iure naturali, cum exheredatus habeatur pro mortuo: vt ff. de coniung. cum eman. lib. l. 1. §. ſi pater emancipatus. & notari conſueuit. ff. de vul. ſub. l. cum ex filio. in prin. ſequitur, ꝙ dicta filia legitimè exhæredata non poteſt petere ſupplemētum legitimè. & hæc de iure cōi ſunt vera. nec ob. ꝙ pater poſtea reliquerit eam iure inſtitutionis: quia illa inſtitutio cenſetur iure legati, cū ponamus eam expreſsè exhæredatam. ad hoc C. de here. inſti. l. quotiēs. & per hoc reſpondetur ad gl. quę eſt in Auth. nouiſſima. C. de inoſ. teſt. & C. ad treb. l. ſi quis precio. non enim præſumitur teſtator correxiſſe ſe: vt ff. de condi. & demon. l. non ad ea. de vno poſſet dubitari contra dictam filiam, vtrū valeat relictū, cum fuerit factum cum conuitio, & infamia ipſius: vt not. in l. 3. C. quemad. teſt. ape. vt ff. de leg. 1. l. turpia. & ff. de hæredi. inſti. l. quotiens. §. ſi quis nomen. Sed humanius puto valere, ꝙ ei relictum fuit humanitatis intuitu, & compaſſione, & amore paternali. nam iſta ſunt iuſta motiua teſtatoris. arg. ff. de infami. l. furti. §. pactus. & quod ibi nota. & C. qui ac. non poſ. l. propter. inſidias. Ego Baldus.

CONSILIUM CCLIIII.

1 *An per publicam vocem, & famam, & per indicium fuge, & per cōfeſſionem factam extra iudicium cuidam priuatæ perſona ſimul iuncta & probetur maritum interfeciſſe vxorem ita vt excludi poſſit & debeat per hoc a lucro dotis.*

Proponitur ꝙ vxor Petri Ferrarij qui dicitur Patrus Merlinus de Aquis fuit inuenta mortua in mane ex quibuſdam percuſſionibus ſibi illatis,
1 † & quod maritus arripuit fugam. tamen non conſtat, quod maritus eam interfecerit, niſi per publicam vocem, & famā, & per indicium fugę, & per indicium cuiuſdam confeſſionis factæ extra iudicium cuidam priuatæ perſonę. cumque hęres ab inteſtato dictæ mulieris repeteret dotem, maritus opponit de pacto de lucrando. Replicatur, quod dictum non intelligitur factum in caſo, in quo vir interfecit vxorem. quinimo & ſi non interfecit, tamen negligētia viri vxor perijt: quia medicum forte in ea curanda nō adhibuit, vel malum adhibuit: vt ff. ſol. mat. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem occiderit. & ibi no. ꝙ non debet vir per pactum inuitari ad delinquendum, imo debet puniri. & ex eadem cauſa non debet quis conſequi pœnam, & præmium vt ff. de neg. ge. l. ſiue hæreditaria. & re vera iſta nō eſt replicatio, ſed eſt excluſio lucri ipſo iure: quia tacita hæc conditio ineſt, ſi eam non occiderit, vel in mortem eius culpam non pręſtiterit, vbi igitur conſtaret de occiſione, vel culpa notabili de morte vxoris, iſta quæſtio non haberet dubium. Sed videamus modo, vtrū de homicidio, vel de culpa mariti taliter conſtet, quod maritus non debeat lucrari dotem. Et vr, quod non: quia fama non ſufficit ad probandū crimen. nā fama propriè loquando, non eſt ſpecies probationis, imo nec præſumptionis iuris: vt plenè le. & no. per moder. ff. de quæſtionibus. l. de minore. §. tormenta. Item ſola fuga non probat delictū. vt ff. de cuſto. reo. l. diuus. & no. plenè per Cy. in l. 1. C. de rap. vir. Item confeſſio facta coram priuata perſona etiam non probat: licèt aliquod indiciū faciat. vt ff. de edi. edi. l. quæro. §. ſi. & no. ff. de infa. l. ictus fuſtium. & ff. de adulte. l. capite quinto. & per Inno. extra de elec. c. per inquiſitionem. & extra de confeſ. c. cum ſuper. vnde confeſſiones debent fieri apud acta: vt C. de cuſto. reo. l. 2. Ex quibus videtur, ꝙ per prædicta non ſit probatum homicidium, vel tale quid. quod repellat lucrū dotis. ex hoc ſequitur aliud, ꝙ ſi iudex expreſſit in ſua ſententia per iſtas vias eſſe probatum, expreſſit in ſententia errorem iuris: & ſic ſententia ſit nulla propter iuris errorem expreſſum. In contrarium videtur dicendum pluribus rationibus. Et primò, quia vbi maleficiū non poteſt probari liquido, probatur ex argumēto. vt ff. de re mi. l. non omnes. §. a barbaris. Item per locum a communiter accidētibus. vt C. de proba. l. neque natales. Item non eſt dubium, ꝙ iſti teſtes ſunt vehementer adminiculantes. vt extra de ſucceſ. ab inteſtato. c. cum dilectus. Item non poterat iudex ferre ſententiam ſalua conſcientia, aliter quàm tulerit. vt extra de re iudi. c. cum æterni. lib. 6. Item iudex potius expreſſit motiua ſua, quàm quod perſtrinxerit ſe. vt ff. ad treb. l. qui filium. §. Sabinus. in fi. ibi & alia quædam &c. Item præſumitur contra eum qui ſolus habitabat cum muliere, ꝙ ipſe interfecerit, cū & fugam arripuerit: vt ff. loc. l. dominus horreorū. & in Aut. de exhi. reis. §. ſi vero etiam quidam. Item ſufficit, ꝙ iudex potuerit moueri ex alijs cauſis, quàm expreſſis. vt C. ſi ex falſis inſtru. l. 3. vnde dicit Inno. quod ſi iudex dicit ita, quod per A. & B. eſt probatum, ideo condemno: licèt non ſit probatū per A. & B. tamen valet ſententia. vt ipſe no. extra de proba. c. quō contra falſam. in fi. idem ait, ꝙ ſi vna cauſa eſt falſa, & alia poteſt eſſe vera, valet ſentētia. vt ipſe no. extra de renun. c. in præſentia. Item dictus Petrus tractat de lucro captando cum alterius iniuria, videlicet, cum occiſione vxoris. ad excludēdum lucrum ſufficere videtur, quod vir non uindicet mortem uxoris, ſi eſt interfecta ab alio: vt ff. de his quę. vt indig. l. ei qui. Cum ergo iſta fuit interfecta aut ab alio, & uir debuit eam defferre: aut a ſeipſo, & tunc habemus propoſitum. Item non requiruntur ita exactæ probationes ad lucrum excludendum, ſicut ad damnū inferēdum. ita licèt dictus iudex errorē iuris expreſſiſſet in aliquibus, tō ipſe dixit, ꝙ pluribus alijs rationibus fuit motus. de quo quantum ad præſumendum pro ſententia ſtatur uerbo iudicis: niſi a ſententia ſit appellatum, ut eleganter no. ff. de iudi. l. ſi prætor. §. Marcellus. & ita teneo, maximè per hanc rationem, & per dictum Innocentij. Ego Bald.

CONSILIUM CCLV.

1 *Qualiter debeat fieri ſolutio legati facti ex redditibus frumenti, & vini: & an hæres debeat mittere frumentum, & vinū ad domum legatarij, vel econtra.*

2 *Mulieri habenti magnam dotem non pręſumitur legatum pro alimentis.*

Confirmans conſilium meum, ſalua ſemper correctione domini Angeli fratris mei. & aliorum peritorum † dico, ꝙ mihi uidetur, dictā
1 ſolutionem fiendā ex redditibus frumenti, & uini, & teſtator intelligitur ſenſiſſe de eo frumēto, & vino, quod recolligitur ex eius patrimonio, videlicet: in loco Montis Magni, vbi dictum frumentum, & vinum recolligitur. & hoc quatuor rationibus. Primò. a ſimili: quia ſi teſtator mandat domum præſtari, intelligitur de his, quas habet in patrimonio. idē ergo, ſi redditum mandat præſtari. vt ff. de leg. 1. l. ſi domus. in princi. ergo debet fieri pręſtatio in loco, vbi res eſt, vel propinquo, vel cōmodo. Secūda ratio eſt, quia & ſi locus Mōtis Magni ſit contiguus, tñ oportet ſolui gabellam, & onera, quę nō pertinent ad hęredem, ſed ad legatarium: quia ſunt onera fructuum collectionis: vt ff. de vſufru. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. Tertiò per l. de leg. 1. apud Iul. §. hæres. vbi hæres non tenetur ſoluere pro emptore futuro, ergo nec onus collectionis: quia illud onus naſcitur poſt perfectum legatū. Quarto per regulam generalem. nam hæres grauatus in vno onere nec tenetur ad pericula, quæ poſſent contingere in portatore & ideo ſi legatarius vult legatum præſtandum ex prædijs vadat ad locum, vel ſaltem ad domicilium hæredis. tamen ſi hęres committeret fraudem, incideret in pœnam laudi. vt ff. de procu. l. ſi legatarius. ergo mittat, & hæres bona fide ſoluat. ad hoc etiam faciunt regulæ generales, quæ not. ff. de conſti. pe. l. item illa. Item alia regula, quia in obligationibus inſpicimus minimum, vt ff. man. l. fideiuſſorem, & ff. de leg. l. 3. Sempronius

pronius proculo. Sed ſi deberet res deſerri ad domũ legatarij
ſumptibus, & expenſis hęredis, non eſſet in obligatione mini
mum, ſed maximũ. nec ſuper hac vlterius diſputo: quia mul-
ta poſſent allegari pro, & ꝯ. Sed & ſicut in alio conſilio allega
ui, eſt glo. ordi. in l. cum hi. §. in cauſa. ff. de tranſa. hæc eſt opi
2 nio mea. † Illud non omitto: quia mulieri habẽti magnam do
tem, non præſumitur legatum pro alimentis, niſi forte illius
anni, in quo pendet reſtitutio dotis: vt l. vnica. §. exactio. C. de
rei vxo. act. & nulli dubium quod dos tuum. ſtore. eſt dos ma
gna re, & nomine. facit. C. vnde vir & vxo. authen. pręterea. &
ibi not. Accur. Super quodam ſtatuto mediolani de aſſaſſi-
nis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLVI.

1 *Quis dicatur aſſaſſinus, & quid ſit annuere capite, vel hume-
ris, & an importent ſimilem conſenſum, vel mandatum.*

1 Quanquam allegationes prędictę ſatis ſufficiãt
ad confirmationẽ ipſarũ, † dico, qđ
ſecundum ea, quę proponuntur, nullo modo habet locum pę
na perſonalis, ſiue corporalis: quia nulla interuenit aſſaſſina-
tio: quia nec ius cõe. h. d. vt patet in c. 1. de homi. li. 6. nec ſta-
tutum, ergo nec nos dicere debemus. vt ff. de acq. hæt. l. ſi ſer-
uus. §. non dixit. Et etiã ſi probaretur, ꝙ interuenit expreſſum
mandatum patris, quare filius non debuerit eſſe obediens. vt
ff. de act. & obli. l. ſeruus non oĩbus. tñ nõ propterea filius di-
ceretur aſſaſſinus: quia nec pro præmio, nec pro ſpe pręmij,
ſed reuerentia, & amicitia paterna. ar. ff. de neg. geſt. l. ſi pupil.
h. §. ſed ſi ego. nec patet. ex quo. n. filius non eſſet aſſaſſinus, er-
go nec pater delinquet per aſſaſſinũ. vt ff. de fur. l. ſi is qui tẽ.
§. ſi tu Titium. & de hoc non credo, ꝙ debeat fieri. ſed dubiũ
remanet in cõdemnatione pecuniaria, vtrũ pater, qui dicitur
annuiſſe, ſit torquendus. & videamus, quid importat iſtud an
nuere capite, vel humeris, vtrum importet cõſenſum, vel mã-
datum. & gl. or. dicit, ꝙ conſenſum. ff. de pac. l. item quia. Sed
qñ vnus delinquit, & alter conſenſit, ille, qui conſenſit, nõ te-
netur, niſi delinquens non eſſet aliàs facturus: vt ff. de ver. ſig.
l. ſępe. in fi. & de hoc nihil eſt probatum. ergo debet ſeq abſo
lutio patris ex defectu probationum. Pręterea ſi pater ponere
tur ad torturam, & confiteretur quod annuit ſimpliciter, niſi
confiteretur, ꝙ ſic filius fecit ſua contemplatione, & ipſe ratũ
habuit. non deberet alio non probato puniri. Porro ſuper hoc
non poſſet interrogari: quia de hoc nihil probatum. item iſte
caſus non comprehenditur in ſtatuto, quod loquitur de tor-
tura. Item hic non concurrunt plura indicia, & vnum indi-
cium multo eſt minus, quam ſemiplena probatio. vt no. ff. de
prob. l. comprobatio. vnde de primo ad vltimum concluden-
do, non puto patrem torquendum, ſed potius abſoluendum.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCLVII.

1 *Tractat de præſcriptione iuris imponendi onera fiſcalia & de
præſcriptione libertatis aduerſus talem impoſitionem.*

1 Quæſtio vertẽs inter cõe, & hoĩes Caſtri Rocherij,
& do. Margaritam &c. † Ad euidentiã prę
mittendum eſt, ꝙ villæ, vel caſtra non poſſunt imponere one
ra fiſcalia, niſi quatenus haberent de cõſuetudine longiſſima,
videlicet, tpis, cuius ꝯtrij memoria non exiſtit: vt no. ff. de pu-
bl. l. ſi publicanus. §. in vectigalibus. ea. n. ſunt regalia. vt in c.
1. quę ſint rega. col. 10. & Principes ea ſibi reſeruant. vt C. de
præſc. 30. an. l. perit. & in Auth. de man. prin. §. publicorum.
col. 3. & iſtud tempus longiſſimum, ſiue appelletur præſcri-
ptio, ſiue appelletur conſuetudo, nuſſeſt vis: quia pro veritate
habet. vt ff. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquę. &
no. in l. 1. C. de ſerui. & aqua ſaltem pro ſolenni priuilegio, vt
extra de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. Secundo præ
mittendum eſt, ꝙ licèt villa, vel Caſtrum tale ius præſcripſe-
rit. & licèt contra fiſcum Imperij præſcribi non poſſit, imam
uitas, tamen contra villam, vel Caſtrum bene poteſt pręſcribi.
Nam iura villæ, vel Caſtri, præſcribuntur ſpacio 40. an. exce.
forte quibuſdam caſibus, vt no. C. de ſac. ſan. ec. l. fi. Tertio ꝑ-
mittendum eſt, ꝙ conſuetudo, vel præſcriptio nõ arctat illos,
ꝯ quos præſcribentes, vel conſuetudinantes nũquam ſunt vſi
præſcriptione, vel conſuetudine. vt extra de officio archi. c. di
lecto. Iſti ergo ſunt immunes: non quia immunitatem pręſcri
pſerunt: ſed quia contra eos non eſt præſcripta muneris impo
ſitio. vt ff. de itine. actuq; pri. l. 1. §. Iul. Ex præmiſſis ſequitur
manifeſtè, ꝙ contra dictam do. Margaritam, & anteceſſores,
nunquam fuit ius dicto Caſtro Rocherij quęſitum: quia non
de iure communi, nec de conſuetudine. nam etiam ab vniuer
ſo poteſt excipi quædam ſpecies per non vſum, vel verius non
includi. ar. ff. de leg. 1. l. ab omnibus. in prin. quia conſuetudo,
& præſcriptio facti ſunt, & in facto conſiſtunt: & ideo non re
cipiunt executionem perſonarum, neq; actuum. text. in d. ca.
cum dilecto. Præterea quando alicui competit ius ex priuile-
gio, vel conſuetudine, & ego vellem contra illud præſcribere.
ſatis ſufficit pręſcriptio quadragenaria. vt expreſſe not. Bar. in
d. §. in vectigalibus. Nec eſt neceſſe hic diſputare de. l. vacua-
tis. §. 1. C. de decu. & de. l. priuilegio. C. de incolis. nec de. l. cũ
de in rem verſo. de vſuris: quia illæ propriè non tangunt ma-
teriam. Quibus cõſideratis, dico d. Margaritam abſoluẽdam
eſſe, & communi Caſtri Rocherij perpetuum ſilentium im- 2
ponendũ. Nec tñ excludo ſolenniſſimas allegationes aliorum
factas pro iſta parte, immo eas laudo: quia ſunt valdæ bonæ,
& ſubtiles. Et facit ad probandum, ꝙ de iure communi villę,
& Caſtra, non imponant collectas: ſed magis ſubeãt. vt in Au-
then. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur ex qualibet. col. 7. Itẽ
quod contra præſcribentem, iura fiſcalia pręſcribãtur ſpacio
40. an. optimè facit, quod no. Inno. extra de poſtu. pręla. c. bo-
næ. el a. item libertas pręſcribitur etiam ab eo, qui ſcit ſe tene
ri. vt ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi vero. Et ideo remaneo in præ
dicta concluſione abſolutionis dictæ dominæ Margaritæ.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCLVIII.

1 *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te.*

Quia ergo nulla fuit relicta auia materna. Quæriť, vtrũ
habeat locũ ſtatutũ de ſuccedentib. ab inteſtato i
§. ſi vero inteſtatus deceſſerit non relictis &c. Et vř, quod nõ:
quia illud ſtatutum loquitur relicta auia materna, relictoq; fi
lio maſculo patrui, vel ſororis &c. nam cum dictum ſtatutũ
exorbitet a iure communi. & vř requirere auiam maternã, q̃
ad excludendum ſorores Vterinas eſt multum efficax. vt i au-
then. defuncto. & in autenticis ſequentibus. ergo ſi auia non
reperitur, non dicunt excludi ſorores Vterinæ, per alios remo
tiores. In contrarium vř. nam dictum ſtatutum ideo facit mẽ-
tionẽ de auia, vt faciat partẽ filio ſororis, quod ſic oſtenditur.
filius ſororis facit partem auiæ, & vincit auiam in parte: ergo
multo fortius vincit eam, q̃ auia vincebat. per illam regulam,
1 † ſi uinco uincentem te, uinco te. vt ff. ad tert. l. æquiſſimum.
& ff. qui po. in pig. hab. l. æquiſſimum. cum ſi. & credo, ꝙ iſta
ſit intentio ſtatuti. Sed an iſtud ſtatutum intelligatur diſpone
re de bonis in alio territorio, ſatis eſt quæſtio agitatiſſima, in
qua non dico aliud, niſi quod ſcripſi poſt Cy. & Bar. in l. cun-
ctos populos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIX.

1 *An iuramentum notoriè prodigi, & diſſipatoris bonorum cui
tamen non erat per iudicem bonis interdictum, validet eius
contractum.*
2 *An tale iuramẽtum, vel aliud temerariè præſtitum poſſit per
epiſcopum relaxari parte altera non vocata.*

Quæritur vtrũ iuſm notoriè ꝓdigi, & diſſipatoris
bonorũ ualidet eius ꝯctũ, cum tñ ei nõ
eſſet p iudicẽ bonis interdictũ, qui non ſolũ erat prodigus, ſed
adultus. Secundo q̃ritur, utrum iuſm temerariè præſtitũ poſ-
1 ſit per epiſcopum relaxari, parte altera non citata. † Et qđ pri
ma eſt multũ uulgaris. nam gl. in l. is cui bonis. ff. de uer. obli.
tenet, ꝙ niſi ſit ei bonis interdictum, contractus celebrati cũ
eo ualent. Item tenet gl. in l. 1. circa prin. de cura. fur. contra-
rium notatuŕ de teſtamentis. l. is cui bonis. & illam glo. tenet
Pet. quia non poteſt uideri bona fide contrahi cũ eo. ut ff. de
uſucapio. pro emptore. l. ſi quis cum ſciret. Barto. tenet, quod

requiratur interdictio iudicis, per l.Iul. de cura.fu. & ſi tu di-
cis, notorium habetur pro ſententia, uerum eſt quãtum ad ſa
ciendum rem certam, ſed non quãtum ad aliquid ulterius di
ſponendum, uel prohibendum, facit.ff.de ℨhen.emp.l.ſi quia
ſciens. Sed pro opi.Pe.facit, quia furioſus, & prodigus non ui
dentur habere conſenſum. ut ff.de reg.iu.l.furioſi.dr. n.pro-
digus, quaſi procul a regimine.& ideo rerum alienandarum,
maximè immobilium p͞tãtem habere non poteſt.aliàs non ha
bet, & p̃ſertim qñ concurrunt duo uitia.ſ.prodigalitas, & mi
nor ętas.ar.tñ eſt ℨ.ff.de tutel.l.qui habet.& facit, qđ no. ff.de
cond.inde.l.interdũ.& ff.de fideiuſ.l.Marcellus. Aut ergo eſt
dubius prodigus, & requiritur interdictio iudicis: aut certus
& notorius, maximè ſecum ℨhenri, & non requiritur interdi-
ctio iudicis. huic opinioni Petri multum applaudet rõ, & ęq-
tas naturalis. Cõiter tñ doc.tenent, vt dixi, qđ iſtud notorium
non æquiparetur ſnię. Sed hic occurrit dubiũ, dato, ꝙ valeat
ℨctus, vtrum poſſit iſte prodigus reſtitui ex clauſula generali,
ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur: probando de enormi lu
ſione, licèt non vltra dimidiam iuſti precij. Sed quia iſte paſ-
2 ſus eſt intactus ab alijs, ideo pro præſenti omitto. † Sequitur
videre de iuſo prodigi notorij. Nam donando iurm vr̃ teme-
rarium, & ideo relaxandum: quoniam videtur eſſe cum inte-
rim ſalutis ęternę ipſius emptoris. ſolu. iſta quęſtio pendet ex
ſupradictis. Nam ſi cum tali prodigu poteſt efficaciter cõtra-
hi, tunc dictum iuramentum non poſſet relaxari. ſed ſi inter-
ueniſſet dolus, poſſet: quia iuramentum temerarium, & quia
interuenit dolus. ar. auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. ven.
& ſtatim quæritur, dato caſu relaxationis, vtrum dictum iura
mentum poſſit relaxari emptore non citato. dico, quòd non,
quia iſte actus requirit cauſæ cognitionem. vt ff.de adop.l.
non ita diuus. cum ſimi. Ego Baldus.

CONSILIUM CCLX.

1 *Quando contractus celebrati per adultum, vel prodigum validentur iuramento. & nu. 3.*

2 *In notorijs nõ requiritur ſentẽtiã declaratiua niſi ad cautelã.*

Gulielmus adultus petit ſibi dari curatorem ge-
neralem, cui iudex curatorem dedit ĩ
hæc verba. conſiderans, & cognoſcens ipſum G.adultũ fore la
ſciuum, & prodigum, & talem perſonam q̃ expendit expendẽ
da, & non expendenda, & qui de facili reduceretur ad alienã-
dum de bonis ſuis, & ſe obligandum ad oĩa, & ſingula, q̃ qui-
libet cautus homo vellet: & qa melius eſt ante vulnus occur-
rere, q̃ poſt vulneratam cauſam remędium quęrere, & ne di-
ctus G. in egeſtatem deducatur, & paupertatem, & habeat tri
ſtem exitum, oĩ modo, via, iure, & forma, Franciſcum in cura-
torem dicto G. dedit, conſtituit, & decreuit, ſic dicens. circa ge
neralẽ adminiſtrationẽ dicti G.adulti tibi magiſtro Franciſco
in p̃ſenti, & volenti, do. & decerno curã, & regimen guberna-
tionis ipſius perſonæ, rerũ, iuriũ, bonorum, & facultatum om
nium dicti G & volo, ac iubeo, ꝙ ſatiſdetis, iuretis, & inuenta
rium de bonis d. G. faciatis, & oĩa alia, & ſingula, q̃ in tali fien
da ſunt, forma iuris ſeruata: ita & taliter, qđ d.G.nullo modo,
nullaq; forma iure, vel cauſa poſſit, neq; valeat vendere, dona
re, alienare de bonis ſuis nec aliqualiter alicui ſe, nec bona ſua
obligare, ſine licentia, autoritate, & cõſenſu dicti Magiſtri Frã
ciſci eius curatoris. & quicquid per dictum G. ſine licẽtia di-
cti ſui curatoris factũ fuerit, ſit nullum, neq; valeat quoquo
iure, nec cauſa. proponitur etiam, quod dictus G. erat prodi-
gus manifeſtè. Proponitur etiam, ꝙ dictus curator nullum iu
ramentum præſtitit, quanquam ei fuerit hoc mandatum per
iudicem, & etiam a lege ſit iniunctum. & eodem modo nul-
lum fecit inuentarium, & ſic ipſo iure carebat adminiſtratio-
ne: vt no. in l. legitimos. ff. de legi. tuto. in prin. Proponitur ẽt,
ꝙ dictus G. adultus, ac prodigus, cum autoritate dicti talis,
qualis curatoris fecit multos contractus, quod de ſummo pa-
trimonio deductus eſt ad nihil, & in aliquibus interuenit de-
cretum iudicis, in aliquibus non. Interuenit etiam iuramen-
tum, in quo iurauit non contrauenire aliqua ratione, vel cau
ſa. Proponitur etiam, quod pecunias, quas ex dictis contracti-
bus recepit, omnes prodigaliter conſumpſit, ita quod nunc tẽ
pore iudicij non reperitur locupletior in aliquo. Quęritur igi
tur, vtrum eius legitimus ſucceſſor bona taliter, qualiter alie-
1 uata valeat vendicare. † Et ad euidentiam dicendorum p̃mit
tendum eſt, quòd interdum quis eſt adultus tantum, & tunc
contractus celebrati per ipſum validantur iuramento, ceſſan
te metu, & dolo, & iſte effectus. ſ. validationis contractus trã-
ſit in ſucceſſores. Nam tale iuramentum ſolenniter repræſen-
tat cum maiorem: vt in auth. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uer. ven. & in eo, & per eundem ſumitur: vt no. in l. s. C. de tr
ſcit. ven. Interdum quis eſt prodigus tãtum, & tunc ſunt tres
caſus. vnus eſt, quando eſt ſic declaratus per ſententiam, & ei
datus curator, vt prodigo. Secundus, quãdo eſt prodigus de-
claratus, & eſt ei bonis interdictum: non tamen eſt datus cu-
rator, vel eſt datus minus idoneus, vel eſt datus idoneus, tamẽ
non ſatiſdedit, non iurauit, non fecit inuẽtarium. nã iſta ſunt
paria, & iſtis duobus caſibus ſi quærimus, nunquid per iura-
mentum detur contractui fomentum. dicendum eſt, ꝙ non:
quia iuramentum prodigi æquiparatur iuramento pupilli: vt
no. Iaco. de Are. in l. qui habet. ff. de tutel. & Barto. ff. de verb.
obl. l. is cui bonis. nam iuramentum non remouet prodigali-
tatem. immo decretum, etiam quòd in talibus alienationibus
eſt appoſitum, eſt ipſo iure nullum: quia in tali decreti inter-
poſitione requiruntur multæ ſolennitates, quę non interuene
runt. vt ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. non paſſim. & ff.
de tranſac. l. cum hi. §. ſi prętor. & l. 1. C. de prę. curia. lib. 10.
Tertius caſus eſt, quando non eſt prodigus declaratus, nec ei
eſt bonis interdictum per iudicem, vel curator datus: & tunc
refert, aut eſt prodigus notorius per notorietatem facti. tunc
ſunt opiniones: quia quidam dicunt, quod illud notoriũ ęqui
paratur ſententiæ. vt nota. per G. & Pe. ff. de teſtamen. l. is cui
bonis. quia non poteſt videri bona fide quis contrahere cum
illo, quem ſcit conſumpturum in vſus nepharios, vel temera-
rios: vt ff. de vſu ca. pro emptore. l. ſi quis cum ſciret. Sed con-
trarium tenet G. & Barto. ff. de verbo. oblig. l. is cui bonis. per
l. Iulia. ff. de cura. furio. & no. eo. titu. l. 1. Nam notorium, non
2 æquiparatur ſententiæ, ſed probationi ſecundum Barto. † Sed
communiter in notorio datur talis regula. quod in notorijs
non requiritur ſententia declaratiua, niſi ad cautelam. vt l. em
ptorem. in princip. ff. de actio. emp. & not. in l. at qui natura.
§. cum me abſente. ff. de neg. ge. & l. 1. C. qui & aduer. quos. ad
hoc facit illud generale, rei demonſtratę demonſtrationẽ adij
cere fruſtra eſt: vt l. 1. in fine. ff. de dote præleg. Patet ibi per ca
ſum conuerſum. pone enim, quod eſt bonis interdictum, &
ipſe notoriè rediget ſe ad ſanos, & integros mores, ſine aliquo
decreto, ſicut furioſus ad ſuam mentem reuerſus cum etiam
in dilucidis interuallis non egeat curatore: vt C. de cur. fu. l.
cũ alijs. Si vero eſt prodigus non manifeſtus, bene valent con
tractus celebrati cum eo, niſi dolo ad contrahendum ſit indu
ctus: quia ei neque lex interdicit, neq; legis miniſter, nec ali-
qua ratio naturalis, vel ciuilis aliàs fruſtra lex faceret mentio-
nem de interdicto iudicis, & datione curatoris. quod tamen
temerarium eſſet dicere, per dictam l. Iulianus. de cura. fu-
3 rio. & per l. ſciens. de contrahen. emptione. † Modo reſtat de-
uenire ad tertium principalem caſum, ſcilicet quando quis
eſt adultus, & prodigus. & certum eſt, quòd ei debet dari cu-
rator, vti non adulto: quia iſta eſt cura ordinaria. non autem
tanquam prodigo: quia potius inſpicitur natura, quàm acci-
dens: vt l. qui habet. ff. de tutel. & ibi per Dyn. & alios. Dubi-
tari ergo poteſt, utrum cum contrahat tanquam adultus, &
non tanquam prodigus, iuramentum ſuũ habeat firmare con
tractum. Et ad euidentiam præmittendum eſt, quòd licèt ha-
beat curatorem tanquam non adultus tantum: tamen iudex
duplici ratione poteſt prohibere adminiſtrationem, & alie-
nationem, ſcilicet ratione ætatis, & ratione prodigalitatis.
iuramentum igitur non ualet: quia ſi non ualet iuramentum
eius, qui laborat uitio prodigalitatis tantum, multo minus
ualet, ſi laborat duplici morbo, ſcilicet ætatis, & prodigalita-
tis. Porro ſi bene aduertatur ſcriptura, ſuperior iudex ſapien-
ter dedit curatorẽ, ut nõ adulto, ceterũ interdixit bonis, non
ſolum vt non adulto, ſed vt prodigo: quia ita dicit ſcriptura,
cui eſt ſtandum, & ſic de primo ad vltimum concludendo, di
cta iuramenta ſunt irrita ipſo iure. nam contra bonos mores
contrahitur, contrahendo cum eo, cui eſt bonis interdictum.
&

& ideo non valet iuramentum: vt in c. non eſt obligatorium.
de regu. iur. lib. 6. nec poterant contrahētes prętendere igno-
rantiam: quia qui contrahit cum aliquo tanquam tali, pręſu-
mitur ſcire eius qualitatem: vt ff. de regu. iur. l. qui cum alio.
Nec eſt etiam omittendum, quod non valent contractus eo-
rum, qui non iuridice ſunt electi, vel creati: vt no. ff. de iurein
ran. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. pupillus. & ff. de
nego. geſt. l. qui aliena. §. quanquam. Et prædictis concludi-
tur, quod dicti contractus, & obligationes ipſo iure ſunt irri-
ti: iuramento nequaquam valente, nec de iure ciuili, nec de
iure canonico: quia non intelligitur prodigus conſentire: vt
ff. de condi. inde. l. interdum. & ff. de fideiuſſo. l. Marcellus. &
ff. de iureiurando. l. tutor. §. prodigus & ff. ſi certum petatur.
l. certi condi. §. quoniam. & inſti. de cura. furio. Ego Baldus.

CONSILIVM. CCLXI.

1 *An recognitio, ſeu confeſſio facta per aliquem coram notario*
publico, quòd talis res pertinet ad Titium, & non ad alium,
valeat.

2 *An ceſſio facta coram notario in dictum Titium occaſione di-*
ctę recognitionis valeat quo ad hoc, vt dicto Titio quęratur
ius, & concludit vtrunque valere.

Quidam Laurentius mercator &c. fuit confeſſus
publico notario recipienti nomine, & vi
ce Hillarij, ac in veritate cognouit, q dicto Hillario ſpectant,
& pertinet omnes illę quantitates pecuniarum, & omne id, &
totum in quibus eidem Laurentio, & Franciſco condemnati
fuerunt, & tenentur Guidarius, & Ioannes olim ſocij in ciui-
tate Piſarum vigore cuiuſdam ſententiæ arbitramentalis latę
per iuſtū de metinis &c. q nouillatio, & venditio vini de quo
in dicta ſententia fit mentio, ſpectabat, ſpectat, & pertinet di-
cto Hillario: licèt ſic non contineatur in dicta ſentētia, & in-
ſtrumento dictæ nouillationis, & venditionis. quare volens
agnoſcere bonam fidem, titulo recognitionis ceſſit dicta iu-
ra dicto notario recipienti. vt ſupra. Modo quæritur, vtrum
dicta recognitio valeat, & hæc eſt prima qō. Secundo vtrum
1 dicta ceſſio valeat, ita q ex ea poſſit agi. † & videtur, q dicta
recognitio non valeat: quia confeſſio facta coram tabellione
non habet rei iudicatæ autoritatem. vt no. C. de lib. cau. l. iu-
bemus. niſi ſit tabellio ad hoc per iudicem deputatus: vt cap.
quanquam. de vſu. lib. 6. & no. per In. in c. dudum. de cōtra.
coniuga. In 3trium vē: quia tabellio eſt publica perſona, per q̄
nobis acquiritur, vt no. inſti. de inuti. ſtipu. in §. ſi quis alij. &
ff. de ado. l. his verbis. & hæc ſecunda opinio approbatur per
2 quotidianum vſum. † Secundo quæritur, vtrum valeat prędi
cta ceſſio. & videtur, q non: quia dicta ceſſio non cōtinet cer
tum titulum. vt C. man. l. per diuerſas, & l. ab anaſtaſio. & no.
in l. 1. & 2. C. ne liceat potētioribus. Itē quia in ceſſione actio-
num non ſufficit confeſſio, ſed debet conſtare de veritate. vt
d. l. per diuerſas. & no. per Iaco. de Bel. in Auth. de quali. do-
tium. §. aliud. in contrarium videtur. pone enim, q quidā ven
didit vinum meum ſuo nomine, & inde fecit nomine vēdito
rum. nonne poteſt hoc ex bona fide confiteri, & proinde cede
re mihi iura. certè nemo dubitat, quod ſic. Primo ex regula
generali: quia non prohibetur bonam fidem agnoſcere. vt ff.
de admi. tu. l. quotiens. §. ſicut. & ff. manda. l. quintus. Secūdo
ex. l. ſpeciali: quia gerens negotium alicuius, poteſt cedere iu
ra ei, ad quem principaliter pertinet negotium: vt ff. de nego.
geſt. l. pe. & ibi not. Porro iſta ceſſio eſt neceſſaria, & venit in
conſequentiam negotij geſti. & in tali ceſſione neceſſaria, vel
quaſi, ſufficit confeſſio. vt d. l. per diuerſas. §. excep. & ff. de ſo-
lu. l. Modeſtinus. & eſt hic aduertendum, quod non eſt verū,
quod deficiat titulus; quia titulus idem eſt, quod cauſa. Sed
hic non deficit cauſa: quia præcedēs geſtio eſt cauſa iſtius ceſ
ſionis, quæ geſtio probatur per aſſertionem partium, & nō ſo
lum eſt cauſa, ſed eſt neceſſaria cauſa: vt ff. de proc. l. ſi qui in
rem. Et ideo cōcludendo dico, dictam recognitionem, & ceſ
ſionem valere. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXII.

1 *Quando per ſtatutum, vel decretum Principis, vel per ſtatu-*
tum prohibetur collectio, vel congregatio, quid veniat appel
latione congregationis, & quę congregatio intelligatur pro-
hibita. & nume. 2.

3 *Quando imponitur pęna in habere, & in perſona, an cenſea-*
tur pęna capitalis, vel quomodo intelligantur illa verba, &
quid ſi pęna referuetur arbitrio ſuperioris, qualiter debeat
arbitrari. numero 4.

Decretum dñi diſponit, quod nullus audeat, vel
pręſumat palam, vel ſecretè, directè,
vel indirectè, vel aliquo quęſito colore 3here, vel fabricare, nec
modo aliquo celebrare adinuicem aliquam ligam, vnionem,
confederationem, factam vel conuenticulam, nec vllam con-
uerſationem, vel cōſpirationem ſub pęna eris, & perſonę eiuſ-
dem domini arbitrio imponenda. quam pęnam incurrant ēt
omnes, & ſinguli fautores, & participes, necnō præſtantes au
xilium, conſilium, & fauorem in prædictis, quouis modo. Ac
cidit tandem, q Zenerdus, & Ruffinus dubitantes, ne eorum
amici de ſtirpe domus de ſlaganario diuidātur inter ſe, ad in-
ſtantiam quorundam nobiliū de Gambarinis, acceſſerunt ad
quendam locum, vbi plurimos conuocauerunt, & congrega-
uerunt. Et inter eos hęc verba protulerunt. amici vos cogno-
ſcitis, & nos cognoſcimus inſtigationes, & aſtutias illorū de
Gambarinis, qui volunt vos diuidere: & quia virtus vnita for
tior eſt diſperſa, rogamus vos, vt eis non credatis, nec aliqualı
ter adherere velitis, quinimo veſtro ſolito more in defenſioni
bus, & offenſionibus vbi offendi vobis velit, eſſe debeatis in
idem: aliàs in finalem conſumptionem faciliter incurrere po
teritis. Proponitur etiam quo ad nullam pactionem, vel con-
uentionem proceſſum fuit. ſed ſolummodo facta dicta cōgre
1 gatio. & verba ſupradicta prolata fuerunt. Modo quæritur, cū
facta ſit inquiſitio contra omnes prædictos congregatos, &
2 etiam contra dicta verba proferentes, & non ſit aliud proba-
tum, quàm dictum eſt, quòd & quæ pęna veniat imponenda.
1 † Et ad euidentiam præmittendum, eſt, quòd uerbum cōgre-
gationis. eſt genus generaliſſimum. ut ff. de pac. l. 1. §. conuen-
tionis. ibi dum dicit, in unum locū congregantur, & ueniūt:
& prædicatur de congregatione nuda in qua aliquid pactio-
nibus nō firmatur, ſicut eſt congregatio ad audiēdā aliquam
prædicationem, vel harengā, uel aliquod parlamentum. Item
de congregatione in qua aliquid pactionibus, uel ſtatutis fir-
matur, quæ habet diuerſa nomina, ſecundum quod congrega
ti imponunt ei, uel ſecundum quod ius imponit. nam aliquā-
do uocatur unio, aliquando confederatio, aliquando iecta, ali
quando cōuenticula, aliqñ coniuratio, aliquando cōſpiratio.
Nam hæc omnia ſignificant quendam conſenſum inter ſe fi-
dei interpoſitione firmata. Sola aūt verba ꝓlocata, ſine cōclu
ſionis effectu ſunt, dictū, & non promiſſum. ut ff. de ædil. edi.
l. ſciendum. §. dictū. & no. in l. eleganter. poſt prin. ff. de cond.
2 inde. † Secundo præmittendum eſt ad euidentiam, quod in ta
libus congregationibus puniendis, uel non puniendis, uel re-
miſſius plectendis, debet conſiderari qualitas perſonarum, &
cauſæ, de qualitate perſonarum. patet, quia ex perſonis hoīm
dicta penſamus: ut C. ſi quis Imperatori maledixerit. l. 1. & ff.
ad l. Iul. maie. l. famoſi. §. 1. ff. de actio. & obli. l. fi. de ſecundo
uidelicet, de cauſa, patet, quia quando eſt inimicitia priuata,
nō pſumitur talis fieri 3 Principem, uel rem publicam, ſed ſo
lummodo ut priuatus a priuato ſe defendat. text. eſt not. ff. de
capti. & poſtli. reuer. l. ſi quis ingenuam. §. 1. in ciuilibus. Et
hoc facere natura inductum eſt: quia ut ait Ariſtoteles, cōgre
gat ſeparatiſſimos cōis timor. Item hoc conſuetudine inole-
uit. ut in titulo de paſtura. ſir. §. conuenticulas. coll. 10. & ibi
no. itē ſi quis uolt diuidere aliquā cognationem; debet ei re-
ſiſtit ſaltem conſulendo, & ſuadendo: quia dura, & abſona eſt
diuiſio propinquorum: ut C. cōia utriuſq; iud. l. poſſeſſionū.
Itē dicit lex, qua mente aliquid fiat, animaduerti conuenit: ut
ff. ad exhib. l. pe. conſiliū igitur qd fuit oblatū, fuit principalı
ter ex charitate amicitiæ: q amicus amico uult bona: ut C.
3 de nego. geſt. l. officio. † Tertio eſt præmittendum ad euiden-
tiam, quid eſt dictum in ere, & in perſona. non enim intelli-
gitur precisè in pęna capitis: quia illud uerbū in perſona, eſt
ęquiuocum. ut no. Cyn. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis non dicam

rapere, niſi enormitas delicti hoc ſuadeat, vel lex vltra proce
dens declaret de pęna capitali maximè. vt no. in Authen. de ar
mis. §. oportet. ergo in glo. parua, quæ dicit, hoc eſt quod dici
4 mus in ere, & in perſona. †Quarto præmittēdum eſt, & in hoc
ſtat ſubſtantia quæſtionis: quia textus decreti dicit, ſub pœna
eris, & perſonarum cuilibet contra facienti arbitrio noſtro
imponenda, qui ablatiuus arbitrio noſtro imponenda, ſigni-
ficat conditionem, id eſt ſi nos imponemus, vel taliter, quali-
ter imponemus. vt ff. de condi. & demon. l. a teſtatore. & C. de
contrahen. emp. l. fi. Item cum princeps hoc ſibi reſeruet pro-
culdubio cuilibet inferiori denegat, tam ordinario, quàm de-
legato: niſi princeps committat hanc poteſtatem, animique
ſui motum alteri. & tunc ille nō debet aliter iudicare, quam-
uis princeps eſſet iudicaturus. vt extra de reſcrip. capitu. ſu-
per literis. & l. 1. ff. de offi. præfe. præto. veriſimile autem eſt,
& etiam ita eſſet Principi ſuadendum, ꝙ pęna non eſſet capi-
talis, nec omnium bonorum, ſed remiſſiori pęna: quia quan-
do aliquis punitur ſolum a ratione, ne res tranſeat in malum
exemplum, debet remiſſius puniri: vt ff. de pę. l. ſi quis aliqd.
§. qui abortionis. Concludēdum puto, quod modus iſtius pę-
nę non ſit per formam decreti taxatus, ſed Principi reſerua-
tus, qui pro motu animi ſui ſit declaraturus, cui nihil poteſt
aliud quàm perſuaderi, quòd imponat pęnam pro motu, &
pietate animi ſui, iuxta modicitatem, vel mediocritatem deli
cti: quia iſtud delictum non enorme. dicit lex, quòd non po-
nitur turba, ſed factum in turba, vt l. prætor. vi bonorum ra-
pto & l. metum. poſt prin c. ff. quod metus cauſa. Sed iſta alle-
gatio non concludit Principi, qui reſeruando ſibi ſentētiam,
videtur reſeruaſſe ſibi quid, quantum, & quale, & quo gene-
re pœnę. vt ff. de infa. l. quid ergo. §. pęna grauior. cum ſua ma
teria. & C. de ſumma Trinitate. l. cunctos populos. in fine.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXIII.

1 *An aliquid præſumatur nouum, vel vetus, & quomodo pro-
betur.*

Tres ſententiæ ſont hic latæ, duę liquidę, de quibus nul
la eſt quæſtio. Tertia vero ſententia fuit lata abſolu
toria. prætenſo, quod non eſſet liquidum, de quo deberet ſol-
ui. dicitur enim nulla parte actorum contineri, quòd iſta fuit
vana acquiſitio. vnde potuit eſſe, ꝙ iſta bona fuerunt acquiſi-
ta tempore ſecundæ ſententiæ. Item poteſt eſſe, quod iſta bo-
na fuerunt acquiſita tempore tertiæ, ſiue tempore tertij iudi-
cij. vnde in hoc ambiguo, vtrum ſit aliquid præſumendū pro
1 actore, vel reo ſub iudice lis eſt. †Nam glo. quæ in c. literas. de
reſcrip. in cle. dicit, ꝙ pręſumitur vetus, ex quo non probatur
nouum. & de hoc ibi plenè diſputat. ſed gl. iuris ciuilis diſpu
tat, quod debet probari clare, & aperte quid antiquum, & qd
nouum: aliàs de toto ſequitur abſolutio. vt no. ff. de neg. ge. l.
cum actum. Sed alia gl. dicit, ꝙ conſtitutio de pręſenti poſſeſ
ſione fundata eſt intentio agentis. ff. de iureiu. l. qui iuraſſe. §.
ſi pater. & l. eum qui. §. in popularibus. nam ex pręſenti poſ-
ſeſſione, hæc actio eſt. vt ff. de iu. l. non quicquid iudicis. Pre-
terea ille, qui dicit ſe exemptum, debet probare rem, & tem-
pus: quia nemo præſumitur exemptus, niſi probet, cū ius cō-
mune ſit contra eum. vt C. de proba. l. actor. Item recurrendū
eſt ad æſtimum, vtrum ſit omnium rerum, an certarum. arg.
ff. de probat. l. cum de lege. & not. l. incola. ff. ad munici. Item
ad teſtes etiam domeſticos. vt eleganter not. glo. de vſuris. C.
quando, & quibus quarta pars debetur. Item ad inſtrumenta
emptionum, cum in ipſis contineatur tempus. vt ff. finium re
gun. l. eos Item ad famam: vt C. de rei vendi. l. indicia. Item
ad vicinos. vt l. 1. §. 1. ff. de flumini. & facit, ꝙ no. ff. de rei ven-
di. l. ſi rem agat aliquid. & per Dyn. in l. ſi ſic, §. 1. ff. de lega. 1.
Et ex eo, quod ibi not. Dyn. iſta quæſtio redditur ſatis dubia
propter incertitudinem. vnde iſta quęſtio eſt facti potius. quā
iuris. in hoc tamen dubio ſic dico, quod commune, & homi-
nes Sanctæ Iulię tenentur pręſtare hactenus conſueta. vt ff. de
fur. l. cum de in rem verſo. nam ex ſolita conſuetudine dubie-
tas declaratur. vt C. de agri. & cenſi. l. finem litibus. lib. 1 1. &
in capi. querelam. extra de elec. & facit ad prædicta. ff. de no.
ope. nun. l. 1. in princi. ibi hactenus, quatenus & l. non ſolum,
§. ſed & probari. eodem titulo. & quod not. in l. 1. C. vti poſſi-
detis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXIIII.

1 *Actore non probante reus debet a petitione abſolui, nec iudex
debet condemnare motus aliqua ratione naturali, ſed ſecun-
dum allegata, & probata.*
2 *Exceptione compenſationis poteſt opponi in cauſa appella-
tionis.*
3 *An conſtitutio epiſcopi poteſt facere aliquem vſurarum.*
4 *Conſtitutio epiſcopi non poteſt derogare iuri communi.*

Plura puncta tanguntur, & tangi poſſunt, & diſcutere
de libellis non expedit: quia libellus agentis con
tinet cauſam depoſiti. per relationem ad proteſtationem factā
ad aſſertum creditorem. Modo conſiderandum eſt, qđ in pun
1 cto dicitur, †quod de depoſito nihil eſt probatum. quo præ-
ſuppoſito ſequitur de neceſſitate hęc cōcluſio, quod reus de-
buit a peti. abſolui. vt C. de eden. l. qui accuſare. & ſi iudex cū
condemnauit, motus forte aliqua naturali æquitate. hoc non
pertinebat ad iudicē: quia debet ſequi acta, & probata. & ideo
cum proponatur appellatum, iudex appellationis debet pro-
nunciare malè iudicatum, & benè appellatū. nec poteſt iuua-
ri dicta ſentētia condemnatoria per inſtſa facientia mentionē
alterius cauſæ. vt plenè no. in l. 1. in prin. ff. de eden. cū ſua ge-
nerali materia. Præterea & ſi eſſet probata cauſa depoſiti, ta-
men probata eſt ſolutio vſurarum, quę extenuat ſortem ipſo
iure. vt extra de pig. ca. illo vos. & ff. de ſolu. l. Titia. Quoniam
immo eſt aduertendum, quod ſi non extenuaret debitum tan
quam vſura, extenuaret ipſum tanquam particularis ſolutio
2 ſortis. vt ff. ſi cer. pet. l. lecta. † Super eo quod quæritur de ex-
ceptione compenſationis, vtrum poſſit opponi in cauſa appel
3 lationis. dicendum eſt ſic. vt C. de tempo. ap. l. per hanc. †Su-
per alio articulo, quo quęritur, vtrum dicatur vſurarius ma-
nifeſtus ille, quem conſtitutio epiſcopi ſtatuit manifeſtum, di
cendum eſt, quod non: quantum ad hoc, vt ille non poſſit fa-
cere teſtamentum. nam ius commune non flectit ſe ad ſtatu-
tum epiſcopi, cum epiſcopus non poſſit facere quem inteſta-
bilem. Vbicunque ius commune permittit teſtari. quod eſt eo
4 ipſo, quod non prohibet † ſtatutum epiſcopi, non poteſt dero
gare iuri communi, quia teſtamenti factio publicę autorita-
tis eſt. vt ff. de teſtamen. l. teſtamenti factio. & ita in effectu re-
ſpondeo ad quæſita. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXV.

1 *Qualiter probetur identitas.*
2 *Fictualis an teneatur oſtendere prædia.*
3 *Qualiter dicatur conſtare de aliqua re.*

Adde conſilium ſequentis.

1 Verba †laudi ſic dicont, declaramus pertinęre ad ta-
lem eccleſiam poſſeſſiones deſcriptas in tali in
ſtrumento antiquiſſimo, & condemnamus B. ad reſtitutionē,
ſi quas res ex eis poſſidet. demum petita fuit executio, & mul
ti teſtes deponunt, quod d. B. poſſidebat certa prædia. quæ e-
rant idem corpua cum dictis corporibus antiquis. in quia co
herentię erant mutatę, non pōt deponere. niſi p famam, iudex
detulit iurm probationis de corporū identitate per longā opi
nionē gentiū, & famā publicam, & de proprietate eccleſię, vi-
delicet. qđ p totū tēpus recordationis dictorū teſtiū antiquo-
rū, eccleſia tanq̄ de ſuis proprietatib. recipit ſenſum. ſi ſic ap-
paret ciuili poſſeſſione antiqua identitate pp ipis longinqui-
tatem, & mutationem coherentiarum. ff. finium regun. l. eos.
Iudex cauſę conſiderans, & probationis difficultatem, & ficti
continuatam ſolutionem, vſq; ad tēpus cuinſdam guerrę de-
tulit ſacramentū in defectū probationis. & p̄ſūtū fuit fauora-
biliori, pſonę: qa eccleſię: & quia expoliata. vnde p̄ſumit dña.
vt C. de pręſc. 30. an. l. ſi quis emp. §. vel per quem. §. vr deter-
minati iſta quæſtio. Item quia communis opinio in iſtis factis
antiquis facit ius, vt l. cum delanionis. §. 1. ff. de fun. inſtru.
2 †Item non eſt dubium, ſi ageretur contra fictuales, & ipſi nō
oſtenderent prædia, deberent relaxare omnia ſecundum opi. 1
ſpecu.

ſpecu. licèt alij dicant contra. tamen opi. ſpecu. eſt verior, vbi prædia ſunt intricata, & confuſa temporibus fictualium. & facit, quod no. ff. de rei vendi. l. ſi in rem. in princip. & dico, quod iudex potuit iuramentum deferre licitè. vt C. de rei vendi. l. ſi indicia. & quod no. ff. de neg. ge. l. at qui natura. §. cum me. quia quaſi ſuper notorio abſente, & hucuſq; iudex rectè, & rite proceſſit. quia huiuſmodi poſſunt certificari in executionibus ſententiarum. vt l. facultas. C. de iu. fiſ. lib. 10. & no.
3 in l. 1. in princip. ff. de eden. † Deinde iudex executionis cauſæ commiſit iſtam quæſtionem commiſſionis conſilio ſapientis, qui conſuluit, quod ſi conſtiterit de poſſeſſione, fiat executio. Sed de iſto verbo ſi conſtiterit, poteſt eſſe quæſtio, ſi conſtat. reſpondeo, quod verbum præſentis temporis retinet ſuã veritatem. in futurum ſatis conſtabit, ex quo conſtat. vt ff. de condi. & demon. l. ſi iam facta. & licèt conſultor dicat, quòd ſibi non conſtitit. iſtud eſt verum, quòd ſibi non fuit productum iuramentum præſtitum, & delatum in defectum probationis. ita quod ad inſtar ſemiplenę relationis debet tale conſilium reſcindi, & eo non obſtante illud arbitrium executioni mandari. Hic eſt aduertendum. nam hic tria ſunt dubia. primum de dominio eccleſiæ. Sed iſtud eſt ſopitum per ſententiam arbitralem in rebus deſcriptis in dicto inſtrumento. Secundum de identitate corporum, & ſuper hoc iam allegatum eſt. Tertium eſt an B. poſſideat. & conſtito de identitate corporum, poſſeſſio eſt liquida. & ideo ſecundum ea, quę proponuntur, ſto in concluſione prędicta. quam credo veram in facto, & in iure. & ideo ſi eſt probatum, ꝙ opi. vulgi inconcuſſa firmiter tenuerit, & teneat de identitate corporum, iſta nõ ſolum eſt fama, ſed eſt quaſi notorium. Et ſuper iſto poſſet iudex ſatis ſe fundare in exequendo, cum adminiculo d. iuramenti: aliàs ſi foret, cauſa eſt ardua: & præſertim cum poſſit dubitari an actori veritas ſit, no, non eſt ſatisfactum illi conditioni, ſi conſtabat: quia intelligit. i. ſi ſufficienter conſtabit: vt ff. de condi. & demon. l. Lnc. Concluſio ſtat in hoc, aut eſt inconcuſſa opinio antiqua probata per teſtes de identitate corporũ coniuncto adminiculo & d. iuramenti, & debet fieri executio d. conſi. non obſtante. & hoc per dictã l. at qui natura. §. cum me abſente. & l. emptor. in prin. ff. de ac. emp. Ego Bal.

Ad idem. *CONSILIVM CCLXVI.*

Viſis inſtris, de quibus ſ. fit mẽtio, & viſis teſtibus, qui ex coniunctione inſtrorum corroborantur, & viſo iuramento delato per iudicem, quod plus eſt, quàm ſemiplena probatio, & viſis confeſſionibus, quibus non poteſt ꝯdici dico ſententiam latam pro eccleſia S. Vincentij exequendam, etiam in bonis, quę aduerſarius negaret ſe poſſidere. per l. nõ alienum. ff. de interro. act. & no. in l. ſi a re. §. 1. ff. de excep. rei iudi. & per ea, quæ alius conſultor dixit: quia non vidit acta, non eſt recedendum a cõſilio meo, quia verum, & remouens omnem cauillationem. Ego Baldus.

Super eodem. *CONSILIVM CCLXVII.*

Quæſtio põt eſſe multiplex. vna poteſt eſſe reſpectu conſilij lati. & quia conſiliũ continet hæc verba, attentis, oſtenſis &c. certum, eſt, quod ſi ex alijs oſtẽſis, ſimul cũ non oſtenſis ſnia arbitralis ſit liquidata, qđ dicta ſententia debet executioni mandari, d. conſi. non obſtante. & nõ obſtante interlocutoria lata ſecundum formã d. conſilij: quia per relationem ad conſilium latam, illud idem repetere vr̃, vt l. hæc ſnia. cum materia ſua. C. de ſen. quæ ſine certa quant. Si vero ex probatis non poteſt fieri certa coniectura, q̃ ſint res illę in quibus debeat fieri executio tunc ſuperſedendũ eſt executioni, donec probetur, ſaltem per indicia, & coniecturas: cum probatio identitatis corporum propter antiquitatem ſit difficilis. Sed modo videamus, verum inter dictas cõiecturas ſit fama antiqua, & cõis opi. circumcolentium. & dicendum eſt quod ſic: vt C. de rei vendi. l. indicia. & C. de fluminibus. l. 1. §. 1. Sed adhuc melius dicendum eſt, quod ſecundum ea, quæ proponuntur, ſit probata antiquiſſima poſſeſſio, & cenſuum perceptio, vſque ad tempus guerræ: quod dicta eccleſia, quæ nunc non poſſidet, præſumitur ſpoliata, & debet reponi in ſuum ſtatum, quicunque poſſideat: vt extra de reſtit. ſpolia. capitu. ſępe. & C. de præſcrip. l. ſi quis emp. §. vlti. & C. de agri. & cenſi. l. ſi coloni. & ideo ſententia arbitralis eſt mãdanda executioni: quia inter ipſos compromittentes pro veritate habetur. dico, attentis conſuetudinibus diſponentibus de executione laudorum. Item ex quo res ſemel fuit eccleſiæ, ſemper præſumitur eſſe ſua: vt C. de proba. l. ſiue poſſidetis. Item difficultas probationum iniecta per aduerſarium eccleſiæ a tempore guerræ non debet eccleſiæ nocere. nec eſt hoc propriè iuramentum in defectum probationum, ſed eſt alia ſpecies iuramenti. vt C. vnde vi. l. ſi quando. & ideo dominus iudex cauſæ debet ex diuerſis rationibus ſumere cõiecturas, & his inuicem ſimul iunctis exequi ſentẽtiam arbitralem in liquidatum, ex coniunctione tam antiquæ poſſeſſionis probatæ, quàm etiam quia nouus poſſeſſor nõ oſtendit de titulum. vnde præſumitur prędo dicto capitu. ſæpe. tum etiam ex adminiculo dicti iuramenti. & hoc ſecundum ea quæ proponũtur in themate: quia aliter acta non videntur. hæc tamen, & alia relinqui debent conſcientię iudicantis, vt ff. de teſt. l. 3. §. tu magis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXVIII.

1 *An vaſſallus offendens adherentibus domini priuetur feudo.*
2 *Feudũ eſt auferẽdũ cauſa cognita ſeruato ordine iudiciario.*

1 Nihil commune habet feudum cum adherentia. † & ideo vaſſallus offendens adhęrentibus domini, non priuatur feudo, quod probatur tali ar. certum eſt, quod fratres carnales naturę conſortio ſibi inuicem adhęrent: vt l. 1. & 3. ff. de libe. cauſa. & tamen ſi vaſſallus offendit fratrem domini ſui, non priuatur feudo, quia in feudis perſona extrinſecus non ſubintelligitur: vt in titu. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui. ca. 1. col. 10. & hoc verũ, niſi offenderit odio domini, aliter non facturus: quia tunc in ipſum dominũ peccaſſe vr̃. vt ff. de relig. l. oſſa. §. fi. facit quod no. Bar. ff. de cap. l. hoſtes. & gl. Accur. ſecundum vnum intellectum. ff. de dolo. l. arbitrio. §. fina. Qualiter autem probetur, quod odio domini, & quod non eſſet aliter facturus, ponit glo. notabiliter in l. apud celſum. in princip. ff. de excep. do. Tamen illud non eſt omittendum, quod ſi talis offenſor poſſet a domino Forbanniri, ita, qđ in curia dñi ſtare nõ poſſit, & propterea ſit Forbannitus, quod tunc dominus ſibi licitè auferi feudum in executione ſententiæ criminalis: vt leg. & notatur. in d. capitu. 1. an
2 ille, qui interfecit &c. † Illud etiam eſt ſciendum, quod feudum non debet auferri temerè, ſed cauſa cognita, ſeruato ordine iudiciario: niſi vt dixi, quãdo aufertur in executione ſententiæ: vt in capi. quicunque aduoca. aliàs eſt. §. ſub titulo de pace tenen. col. 10. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXIX.

1 *An inſpiciatur valor moneta tempore ingreſſus officij, vel tẽpore ſolutionum fiendarum ſingulis menſibus.*

1 Super † eo quod quęritur, an valor monetę inſpiciatur tempore ingreſſus officij, an vero tempore ſolutionum fiendarum ſingulis menſibus. dico ſtandum conſuetudini: quia ita dicunt literæ Illuſtris Principis domini Marchionis. Si ergo eſſet cõſuetudo principium: tunc illud deberemus inſpicere. ſi autem conſuetudo quod inſpiceretur conſuetudo emergens per ſingulas ſolutiones, tunc tempora ſolutionum eſſent conſideranda. & quod inſpiciatur conſuetudo in talibus ſalarijs, etiam ſi nihil dicatur de ipſa. proba. C. loca. l. licèt. & ibi p Iacobum de Are. Sed ponamus quod nulla appareat conſuetudo, quid iuris erit. Reſpondeo, aut moneta erit ſublata, aut æſtimatio eius eſt aucta, vel minuta. Primo caſu inſpicitur valor antique monetæ: vt extra de cenſi. capitu. olim. Secundo caſu, aut eſt mutata ante moram debitoris, & nocet creditori. Aut poſt moram debitoris, & nocet debitori. de hac materia plenè notant do. ff. ſi cert. pet. l. cum quid. & Luinum. & ita tenet Iacobum de Are. in dicta l. cum quid. quia æſtimatio eſt bonitas extrinſeca, & ideo inſpicitur tempus ſolutionis. Et ex hoc apparet, quod ſiue æſtimatio ſit aucta, ſiue minuta, ſemper inſpiciatur ſolutionum tempus. de materia not. in capitulo vlti. de deci. in clemen. & in plu-

ribus alijs. Sed veritas eſt, quod dixi, quòd inſpiciatur tẽpus ſo. vt aſſerimr per commune dictę ciuitatis Albe. quod ius ſo ret. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXX.

1 *An donans omnia bona ſua inter viuos retento ſibi vſufru. & hoc adiecto, ꝙ poſt mortem ſuam donatarius diſtribuat medietatem dictorum bonorum inter pauperes, poſſit per ſubſequens teſtamentum ab eo conditum donationem reuocare, & ſic an cenſeatur donatio inter viuos, vel cauſa mortis.*

Adde conſi. 575. in 5. parte.

1 Quædam † mulier donauit bona ſua inter viuos reſeruato ſibi vſufru. ita tamen, qd poſt mortem ſuam donatarius deberet dare dimidiam partem, vel eius ęſtimationem pauperibus Chriſti. & domicellis martiandis, prout melius dicto donatario placuerit, pro anima dictæ donatricis, in remiſſionem peccatorum ſuorum. Demum dicta donatrix fecit teſtamẽtum, & reuocauit dictam donationem. mõ epiſcopus dicit, quod per lapſum anni eſt ad eũ executio deuoluta, donatarius dicit, ꝙ epiſcopus nihil habet facere. Nam ſi hæc clauſula donatio inter viuos facta in pauperes, declarando poſt mortem, certum eſt, ꝙ reuocari non põt. vt ff. de don. cauſa mot. l. vbi ita. Item nec epiſcopus poteſt ſe intromittere de contractibus, licèt poſſit ſe intromittere de vltimis voluntatibus: quia nullo iure cauetur, ꝙ ſuper cõtractibus habeat ſe interponere. ergo &c. vt ff. de ver. ſig. l. verba geſſerunt, & contraxerunt. Si autem dicatur, quod dicta clauſula ſit vltima voluntas, vel donatio cauſa mortis, eſt reuocata. vt in l. j. C. de ſac. ſan. ec. & l. nõ omnis. ff. ſi cer. pet. Quia in iſta q̃one põt allegari, quia dicta clauſula ſapit donationẽ cauſa mortis. l. cum pater. §. meuio. ff. de leg. 2. nec debet commodum dictæ dimidiæ remanere penès dictum donatarium: qa quantum ad dictam dimidiam fuit electus vt miniſter, & cũ onere abſorbente dictam dimidiam, & nõ tanquam commodum ſentiens. Breuiter dicendum eſt, quod donatio principaliter fuit donatio inter viuos, & irreuocabilis. & omnia capitula, quæ ſunt appoſita, licèt ſonent poſt mortem, ſunt irreuocabilia. quia ſunt veſtita a contractu inter viuos. & ideo dicta capitula perpetua ſunt, nec habet locum pœnitentia. vt ff. de dona. cauſa mortis. l. vbi. & l. Seya. & C. de dona. quę ſub modo. l. perfecta. Et ideo ſeruanda ſunt, quę in contracto donationis contenta fuere: quia pœnitentiam locum non habet. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXI.

1 *An condemnatus in amputatione capitis, & confiſcatione omnium bonorum; quia noluit ire ad confinia ſibi aſſignata per Principem, cenſeatur condemnatus crimine lęſæ maieſtatis.*

2 *Quæ ſit pęna violantis, vel non ſeruantis confinia ſibi aſſignata, & quæ ſit pęna non obedientis mandato Principis.*

3 *Si inquireretur contra aliquem in crimine læſæ maieſtą. poſſet ex contumacia condemnari.*

1 Quæritur † vtrum hi, qui indignationem, & ſeueram ſententiam Principis meruerunt, propter inobedientię crimen: quia noluerunt ad confinia per dominum aſſignata, & propterea formato inde proceſſu fuerunt condemnati in amputatione capitis, & in amiſſione bonorum, omnibus bonis publicatis intelligantur, & ſint condemnati de crimine leſę maieſta. & videtur, quòd ſic. cũ hoc ipſo ſint rebelles: vt C. de ſeru. & occulta. eorum. l. ſi deſertores. lib. 12. Item quia ſcriptum eſt, qui non obedierit Principi, morte moriatur: vt extra de maio. & obe. capi. 2. Item mandatum Principis lex eſt: vt in l. 1. ff. de conſtit. Prin. & ita contemptor huius mandati, vt pote violator legis, eſt merito capitaliter puniendus: vt C. de veteris numiſmatis poteſtate. l. vniuerſos. lib. 11. Item non eſt dubium, quòd iſte inobediẽs incurrit crimen ſacrilegij. vt C. de diuer. reſcript. l. ſacrilegij. & de crimine ſacrilegij. l. 1. & 2. & C. vt dignitatum ordo ſeruetur. l. 1. lib. 12. Porro ſępe pro contumacia, & neglectu tanti pręcepti pœna capitalis imponitur. vnde ſi deportatus a Principe recedit de inſula, pœna plectitur capitali. vt ff. de pę. l. capitalium. §. in exulibus. & l. omne delictum. §. ꝗ propoſitum. & §. contumaciæ. & C. de erro. mili. l. annonæ. l. 2. 53. & l. 5. C. de commeatu. eo. li. In contrarium videtur, quia in crimine leſę maieſta. attenditur cauſa. ꝙ aliquid tentatum ſit contra Principem. & eius ſtatutum, vel ꝙ ſit de alijs caſib. enumeratis. vt ff. ad l. Iul. maie. l. 1. ibi dum dicit, aduerſus ſecuritatem eius committitur. & inſtitu. de hær. ab inteſt. §. per contrarium. aliàs ſequeretur, quod omnes exules capitaliter exulati, eſſent de crimine leſę maie. condemnati. quod nõ eſt verũ, niſi ex crimine leſę maie. exulent. quæ cauſa debet eſſe intentata, & apparere ex act. aliàs præſumitur potius ex motu Prin-
2 cipis, q̃ ex delicto perduellionis. † Et ideo dixerunt antiqui, quod contemptor mandati Principis punitur pęna extraordinaris, pro motu Princi. ar. l. 1. in fi. C. de primicerio. lib. 12. & ff. ad l. Iul. peculatus, niſi ergo omiſſioni factionis crimen ſit iunctum, ſola contumacia non eſt reatus leſę maieſta. licèt ſit reatus capitalis: quia talis criminis titulus ſoli cõtumaciæ non inuenitur impoſitus. ergo nec nos imponere debemus, nec poſſumus. vt no. ff. de extraor. cri. in rub. Et ita in hoc articulo ſentio de iure, & ita reperio in ſcriptis antiquis proliſè determinatum. Et hęc ſciuimus expediri propter multa. vt ff. de
3 accuſa. l. iudiciorum. C. ad l. Iul. maieſtat. l. & quiſquis. † Illud tamen non eſt dubitandum, quòd ſi inquireretur contra aliquem de crimine lęſę maieſtatis, quòd ipſe poſſet ex contumacia condemnari de crimine. & eſt ſpeciale, vt in extrauag. Henrici Imperatoris, quam Barto. contractauit, & hæc dicta ſunt ſub correctione cuiuſlibet ſapientis, & ſi rectè inſpicitur, eſt caſus in dicto §. in exulibus. & e. ti. in auth. damnum. §. quiſquis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXII.

1 *An ſubſtitutio pupillaris facta impuberi extraneo ipſo decedente in pupillari ætate cenſeatur directa, & ſic non valeat, vel fideicommiſſaria, & ſic valeat.*

2 *Verbum ſubſtituo. eſt verbum directum.*

3 *Subſtitutio fideicommiſſaria per quæ verba fit.*

4 *Hęc verba mihi ſubſtituo. ſignificant directam ſubſtitutionem.*

Caſus talis eſt: quidam teſtator faciens teſtamentum ſic dixit. Titium mihi hæredem meo ore proprio nominando vniuerſalem inſtituo, ſub infraſcriptis conditionibus, & ſaluis ordinibus infraſcriptis, & in caſu, in quo contigerit ipſum Titium hæredem meum decedere in pupillari ætate, & tunc, & eo caſu adueniente ſubſtituo mihi ſempronium hæredem vniuerſalem, & eo caſu, quo contingeret dictum Titium decedere extra pupillarem ætatem. tunc, & eo caſu adueniente mihi ſubſtituo dictum ſempronium hæredem vniuerſalem. Contingit caſus, quòd dictus Titius extraneus inſtitutus a teſtatore mortuus eſt in pupillari ætate, teſtamentumque teſtatoris annullatum extitit, ex cauſa præteritionis, quoad inſtitutionẽ ſecũdum formam auth. ex cã. C.
1 de li. pręt. † Modo quęritur, an ſubſtitutio facta de ſempronio ſit firma per autenticam ex cauſa. tanq̃ fideicom. ſubſtitutio: an firma non ſiet, tanquam vna ſecunda inſtituto, q̃ fecerit dictus teſtator. maximè per verbum mihi ſubſtituo ſempronium. & in p̄dictis videatur, & dicatur, quid iuris. Quod dicta ſubſtitutio valeat iure fideicõ. videatur gl. or. ff. de vul. ſub. l. verbis ciuilibus. vbi datur iſta doctrina, ꝙ qñ ſubſtitutio pupillaris non põt valere ratione ſubſtituẽtis: vt quia eſt extraneus, valet, vt valere põt. i. iure fideicom. non obſtante, ꝙ quo ad ſuperficiem verborum uideatur, vt ſubſtitutio pupillaris. nam in teſtamentis plenior eſt interpretatio facienda. vt ff. de regu. iu. l. in teſtamentis. & vt res valeat, & non pereat. verba directa efficiuntur obliqua: vt ff. ad trebel. l. ex facto. in princip. & illa glo. quæ eſt in l. uerbis ciuilibus. & notabilem theoricã illius glo. tenent multi docto. & opin. Cyn. eſt cum eis, prout ego ibi ſcripſi. In contrarium habemus glo. ordina. in ſtitu. de pupilla. ſubſtitu. §. extranea quæ relata ad tex. dicit, quod vbicunq; extraneo puberi, uel impuberi ſubſtitutio facta eſt per verbum. hæres eſto, non valet, nec trahitur ad fideicommiſſum.

ſum.& pro hoc videiur tex.expreſſus in dicto §.extraneo.vbi
dicit;extraneo vero.vel filio puberi hæredi inſtituto, ita ſub-
ſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extitit, & intra certum tẽpus
deceſſerit.alius ei ſit hæres.Sed dicet aliquis,hic non fuerunt
illa verba,ſi hæres erit.Sed ego reſpondeo, quòd in pupillari
ſubſtitutione tacitè ineſt,ſolo impubere hærede inſtituto. &
ſi dicatur,iſta non eſt pupillaris.Reſpondeo,immo quo ad vo
luntatem,licèt nõ quo ad poteſtatem: quia hoc ſonat illa ad-
ditio,ſi deceſſerit in pupillari ætate.& verbum ciuile, & dire
ctum hæres.& confirmatur hoc per tex. in dicta l. verbis ci-
uilibus.vbi non valet talis inſtitutio teſtamenti,propter iuris
impoſſibilitatem.Nam impoſſibile eſt,quòd Paganus ſubſti-
tuat directo extraneo poſt aditam hæreditatem . Item eſt ex-
preſſum in l.centurio.ff.de vulg.& pupilla.Item glo. quę di-
cit contrarium.C.de impube. & alijs ſubſtitu.l. precibus . in
magna glo.verſicu.ſi vera.ita ſubſtituat,ſi filius in verbo, ille
ſit hæres,tanquam falſa reprobator ab omnibus. dicet aliqua,
quod tunc illa gl.reprobatur, quando ſubſtitutio aliquo tem
pore potuit valere iure directo:quia tũc ſatis habet.lex,quòd
valeat ſecundum iuris ciuilis regulas tantiſper,quantum va-
lere poteſt.Sed ſi nullo tempore poteſt valere, vt verbum ſo-
nat,valeat,vt intellectus ſonat ſecundum æquitatem.argum.
eorum quæ no.C.fami.hęr.l.quotiens. ſed iſta reſponſio non
ſoluit contrarium:quia iſta ſubſtitutio aliquo tempore poteſt
valere iure directo,ſcilicet ante aditam hęreditatem: quia cõ
tinet vulgarem.Nam proprie loquendo , non eſt iſta pupilla-
ris,ſed pupillo facta:quia non habet ea,quę non ſunt pupilla
ris ſubſtitutionis.vt dicto §.extraneo.& l. 2. & l. iam hoc iu-
re.& l.qui plures hæredes.de vulga.ſubſtitu.Quid ergo dicẽ-
dum in tam dubio puncto,vbi glo.quæ eſt in §.extraneo. quę
fuit vlti.gl.Accur.in iſta materia expreſſe determinat,ſubſti-
tutionem non valere.nec eſt verum,quòd ſi non valet, quod
ago,vt ago,valeat vt valere poteſt,quãdo contrario modo va-
lere poteſt.Sed demum quando ſimili modo. vt C.de teſtam.
l.non codicillum.& C.de fideicommiſ. l.ſi quis agere . Con-
ſtat autem quod directa,& obliqua non ſunt eiuſdem ſpeciei
ſed ſe confundunt,& habent rationem contrarietatis in ſe. vt
ff.ad trebellia.l.ſi hæres , vbi directa abſorbet obliquam in ſe
confundendo . Mihi videtur , quod caſus noſter ſit extra di-
ſputationem glo.& docto. & ideo diuido teſtamẽtum in tres
partes.In prima ponitur inſtitutio hæredis . In ſecunda poni-
tur directa ſubſtitutio. In tertia pubertatis ponitur:alia ſub-
ſtitu poſt tempora, eodem tamen ſermone , ſed diuerſificata
per eadem . de inſtitutione non eſt dubium . Sed de ſubſtitu-
2 tione prima dico,quòd eſt verior directa.† Et ad euidentiam
præmitto,quod verbum inſtituo. eſt neceſſario directum . vt
not. Barto. in l. centurio.& patet ex ipſo nomine.vt ff.& C.de
hæredi.inſtitu.per totum.nec eſt aliquod nomen a iure inuẽ-
tum ita directum,ſicut verbum inſtituo.& ita etiam conſul-
3 uit Barto.† Secundo præmittendum eſt, quòd omnis ſubſti-
tutio fideicommiſſaria, aut fit per verbum reſtituas , aut per
verbum,quod reducitur ad verbum reſtituam.vt C. de inſti.
& ſubſti.l.generaliter.& dicto §. extraneo.2. reſponſo. & ff.
ad trebellia.l.reſtituta.& l.ex facto. in princi. Quia modo vi-
deamus, ſi illa verba , ſubſtituò mihi ſempronium hæredem
vniuerſalem, poſſunt reduci ad hũc intellectum, ſubſtituo.i.
reſtituo.& certum eſt,ꝙ non:quia teſtator non poteſt ſibijpſi
reſtituere,nec ſe de reſtituendo grauare , oportet ergo , quòd
exponatur ſubſtituo.i.inſtituo,ſecundo loco , ſiue ordine,ſi-
ue ſubrogo ſempronium hęredem meum vniuerſalem . Item
iſte datiuus mihi eſt iſtius naturę,ꝙ reſpuit medium perſonã.
vt ff.de vulg.ſubſti.l.qui liberis.§.hęc verba . Item lege caue-
tur,quòd quando teſtator diuiſit ſubſtitutiones,quarum una
aptatur ad obliquum,reliqua debet adaptari ad directum. ut
4 ff.ad trebellia.l.recuſare.§.Titius.† Præterea quod dictio mi-
hi ſignificet ſubſtitutionem directã, eſt expreſſum in l. ſi ita .
§.qui filio.ff.de ſecun.tabu.& not.per glo.& Dyn.in l.1.§.1.
ff.de uulga.ſubſtitu.Ex his ſequitur , quod de iuris ſubtilita-
te,& ueritate , cum dicta ſubſtitutio ſit mere directa , & non
pupillaris , ſed impoſſibilis : quia facta extraneo poſt aditam
hæreditatem,quod authentica ex cauſa reſcindit eam , & facit
non ualere. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXIII.

1 *Stante ſtatuto,ꝙ vxore decedẽte in matrimonio ſine commu-
nibus liberis maritus lucretur totam dotem ſaluo ſemper iu-
re liberorum primi matrimonij,quid ſi concurrant præfati li
beri primi matrimonij,cum marito ſecundi,quam portionem
habebunt in bonis matris,eiuſdemque vxoris.*

Suppoſito ſtatuto uigente huius tenoris.maritus
non exiſtentibus communibus libe-
ris præmortua uxore lucretur dotem datam , & certa bona ,
quę ipſa domina habuiſſet ex domo uiri,uel ſocri eorum , uel
alicuius eorum occaſione , etiam ante matrimonium : ſaluò
quòd per hoc ſtatutum nõ derogetur iuri liberorum alterius
matrimonij . Factum tale eſt. domina Helena habens bona tã
mobilia,quam immobilia ualore 200. lib. nupſit Antonio ,
deditq; ſibi in dotem forte illa bona inæſtimata,& ex eo ma-
trimonio 4. filios genuit.deinde decedente dicto Antonio,ſe
cundo nupſit in Franciſcum, & idem dedit in dotem Valen-
tia 500.uel 6.uel circa.& nullos ex eo matrimonio filios di-
mittens deceſſit, quo fit ad bona eiuſdem dominæ Helenę cõ
currãt filij prædicti ex matrimonio primogeniti , ex una par-
te.prętendentes habere debere tam dotem datam dicto Fran-
ciſco,quam cętera eiuſdem eorum matris bona.Et dictus Frã
ciſcus maritus ex aduerſo prętendens lucratum fuiſſe totam
dotam ſibi datam , & omnia alia bona eiuſdem dominæ He-
lenæ, excepta legitima ſupradictorum filiorum ex primo ma
trimonio genitorum,uel ſaltem quintam partem omnium.ſ.
dotis,& aliorum bonorum.Itaque quæritur ex pręmiſſis.Pri-
mo,nunquid dictus Franciſcus . lucratus fuerit de iure dictã
1 dotem,& prędia bona,an uero non. † Ponderato dicto ſtatu-
to,& uerbis ipſius,uir debet habere de dote , & alijs rebus in
dicto ſtatuto comprehenſis uirilem,ex quo liberi primi ma-
trimonij habent uirilem, id eſt quintam partem: quia ſtatutũ
refert ſe ad legem,hac edictali.C.de ſecun.nup.& ideo ſecun
dum illam legem debet intelligi.nam ſtatutum , quod refert
ſe ad ius commune, debet intelligi ſecundum ius commune.
ut extra de conſue.c.cum dilectus.& C.de noxa.l.ſi ſerui ue-
ſtri.& C.de iure deli.l.fi.§.in computatione. & iſtud lucrum
habet ex forma dicti ſtatuti,etiã inuita muliere.ar.ff.de adop.
l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXIIII.

1 *Ad quid ſe extendat generalis remiſſio,vel liberatio.*
2 *Quid ſi duo inſtrumenta apparent eodem die confecta , quòd
præſumatur prius,& quod poſterius.*

Licet allegationes ſint notabiles,& ſubtiles ad probã-
1 dum,† ꝙ omnia pertinentia ad calculum ratio-
nis uideantur eſſe remiſſa per refutationem generalem, & ge
neraliſſimam.ut ff.de pac.l.emptor.§.Lucius.tñ uidetur,ꝙ p
liberationem generalem non uideantur eſſe conceſſa, quę uẽ
dicari poſſunt.tex.eſt cum gl.ff.de lib.le.l.Aurelius.§.meuia.
Item non continetur appellatione debiti debitum iã extinctũ
ſolutione,ut ff.de le.3.l.fideicom.§.ſi rem.Item non contine-
tur appellatione debiti illud,quod poteſt uẽdicari:quia ille,
qui tenetur rei uendicatione,non dicitur debitor, ut inſti.de
act.§.actionum.Eſt tñ uerũ,ꝙ ſpecialiter,& expreſſe bene poſ
ſunt hoc in pactũ,& in acceptilationem deduci, ut C.de tran
ſa.l.ut reſponſum.& ff.de accepti.l.& uno.§.1.itẽ poſſent red
di chirographa emptionũ cancellata,& tunc ex ipſis non poſ
ſet agi,ſicut magiſtraliter,& plene no. ff.de pac. l.ab emptio-
2 ne. † Proponitur , ꝙ de eadem die apparent facta duo inſtru-
menta: unũ liberationis ad debitorẽ, alterũ ceſſionis ad quen
dam extraneũ,& reuocatur in dubiũ,qđ illorum inſtrorũ prę
ſumat̃ pręceſſiſſe.utrunq;.n.eſt poſſibile,& in facto conſiſtit,
tñ qñ tales dubitationes emergunt , potior eſt cauſa poſſeſſo-
ris:ut no.C.de edi.diui Adr.tol.l.edicto.& ff.de teſt.mil.l.co
dicillis.§.ueteranus.iuxta regulam iuris, quæ dicit nõ lique-
re pro reo,ut legi.& no.ff.de arbi.l.ſi de meis.§.fi. ubi hęc do
ctrina traditur per glo. Odoſ. & alios. ſic ergo in propoſito
potior eſt conditio poſſidentis,quàm ceſſionarij . & ita ſecũ-

dus paſſus, videlicet de tempore, eſt explicitus. Et quia valde
pleniſſime allegatum eſt, & diffuſe per excellentiſſimum do-
ctorem dn. Vgolinum, vlterius me non extendo, ne verboſus,
& tedioſus efficiar. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXV.

1 *An vaſſallus poſſit teſtari de bonis feudalibus, & quid ſi teſta-
tur ſimul de ſuis proprijs, & de feudalibus.*
2 *An conſuetudine regni, vel prouinciæ poſſit induci, quod vaſſal-
lus poſſit teſtari de feudo.*
3 *Quæ, & qualis ſit natura ſucceſſionis dignitatum regaliũ, pu-
ta comitatus, vel marchionatus.*
4 *Conſuetudo an poſſit diſponere, quòd in tribus dignitatibus
regalibus ſuccedant fœminæ. item primogenitus, vel pri-
mogenita.*
5 *Stante tali conſuetudine an filia primogenitæ præferatur auũ-
culo ſuo ſecundo genito. itẽ an maſculus ex primogenita ex-
cludat auunculas. & nu. 6.*
7 *An monachus ex diſpenſatione Papæ factus comes ſuccedat
in feudo ſibi aperto, poſtquam factus fuit comes.*
8 *Papa an ſuccedat in feudo comitatus, vel alio ſibi aperto poſt
papatum.*
9 *Feudum an ſit de iure gentium.*

Quod pro regula in feudis traditur, natura feudi ap-
pellatur: quod vero ſinguli pacto, vel ſinguli
conſuetudini, id non appellatur feudorum natura, ſed acci-
dens, ſiue impropriatio, ſiue alteratio quædam feudi, vt patet
in c. 1. de natura feu. & in c. vnico. de feudo non habente pro
1 priam naturam. † Notiſſimum eſt autem, quod in feudo non attẽ-
ditur ordinatio teſtamenti: ſed natura, pactum, vel conſuetu-
do: vt in c. 1. in prin. de ſucceſ. feu. vnde nec inſtitutio, nec le-
gatũ in feudis habet aliquid operari: vt in c. 1. §. donare. quali-
ter olim feu. po. alie. & quotiens feudum morte extinguitur,
etiã æſtimatio non debetur, ut C. de leg. l. vxor patrui. & ff. de
vſufr. leg. l. ſticho. Et ſi vaſallus ſimul teſtatur de bonis pro-
prijs, & vaſſallitiçis, valet in proprijs, nõ in alijs. ar. ff. de adop.
2 l. ſed arrogator. §. impuberi. † Sed nunquid per ſpecialem cõ-
ſuetudinem feu. vel prouinciæ poſſit cõcedi vaſallo, quod poſſet
teſtari, & legare, & ius ſuum trãſmittere in quemlibet ſucceſ-
ſorem. Reſpondeo, ſic, quia idem operatur conſuetudo, quod pa-
ctum. ff. de pac. l. non in poſ. & no. ff. de reg. iur. l. nec ex pręto-
rio. & C. de decre. dec. li. 10. vt in c. Vbertus de Oriu. de feu.
cogni. etenim etiam in feudis dignitatum tranſmiſſiuia con-
ſuetudo legibus roborat: vt in ca. 1. §. in feudũ comita. de feu.
alie. Et ſi hoc poteſt cõſuetudo in regalibus, multo fortius in
minoribus. Si ergo conſuetudo permittit teſtari, ſtandum eſt
conſuetudini, ut C. de teſta. l. ſi. quia ſolennis conſuetudo ha-
bet vim priuilegij conceſſi patriæ, & per conſequens omnib.
de patria, vt C. de teſt. l. ſi non ſpeciali. ſecundum vnam lectu.
Debet tamen teſtamentum eſſe quo ad ſui ordinationem per-
fectum, & quo ad ſui ſolennitatem legitimum; & etiam tale,
quod poſſit probari, primum probatur. C. de teſta. iubemus.
ff. e. ſed bis qui. ff. de leg. 3. l. fideicom. §. 1. & ibi glo. fin. & eſt
tex. no. in l. Lucius. ff. de teſt. mili. ſecũdum probatur de inoſ.
teſt. l. ſed quando. & ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. & ff. de leg. 2. l.
codicillis. §. fi. glo. tamen dicit, quod in dubio præſumitur ſolen-
nitas: vt quod teſtes ſint rogati, & tabellio, vt not. C. de in. & fac.
igno. l. ſi poſt diuiſionem. Tertium probatur hoc modo: quia
ſi eſt priuata ſcriptura teſtatoris, vel alterius ſcriptoris etiam:
a teſtibus ſubſcripta, non probat teſtamẽtum, niſi ſimul cum
teſtibus eſſet appoſitus notarius publicus. nam ſi notarius eſt
rogatus, debet reduci in formam publicam, & ſcripturam au-
tenticam, vt no. in l. 2. in prin. in glo. quæ incipit, vt ei, creda-
tis. ff. quemad. teſta. aper. & C. e. l. 2. & ſi tabellio eſt mortuus,
ſeruabitur forma. c. cũ P. tabellio. de fi. inſtr. Et hęc dicta ſunt
3 circa primum punctum. Super ſecundo autem puncto, † quo
quæritur, quæ, & qualis ſit natura ſucceſſionis dignitatum re-
galium, puta comitatus, vel marchię, dicẽdum eſt illud, quod di-
cit tex. in c. 1. de feudo marchię. vbi text. ſic ait. de marchia,
vel de ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate ſi quis
inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tñ debet
habere, hęres enim nõ ſuccedit vllo modo, niſi ab Imperatore
acquiſiuerit per inueſtituram. & ratio poteſt hic aſſignari, quia
tanta feuda cum magna maturitate conceduntur, & non niſi
perſonis, quibus hoc cõueniat ob ſingularem induſtriam ex-
plorata eorum fide, ac grauitate, & pro luce ſapientiæ ſuæ. ar.
ff. de offi. præf. præto. l. 1. §. his annalibus. quod ergo propter
ſingularem induſtriã conceditur, & retinetur, natura ſui tran-
ſmiſſibile non eſt, nec prorogari debet, ar. ff. de cu. fur. l. cuius
bonis. & ff. de intelis. l. in tela. & ff. de arbi. l. nõ diſtinguemus.
§. de offi. & C. de cadu. tol. §. ne autem. & de offi. dele. c. quã ab-
bas. & ff. de mino. l. 3. §. ſi quid minori. Ergo ſecundum natu-
ram propriam, & originalem iſtorum feudorum regalium ip-
ſa feuda non acquiruntur ſucceſſione, ſed per inueſtituram.
Sed hodie hoc vſurpatum eſt attenta conſuetudine generali,
quia per ſucceſſionem tranſeunt. hoc eſt, quod dicit tex. i. feu-
do comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum, non eſt
ſucceſſio ſecundum rationabilem vſum. Sed hodie hoc vſur-
4 patum eſt, vt in c. 1. §. in feudo. de feu. aliena. † Sed quæritur,
vtrũ conſuetudo poſſit diſponere, quod in talibus regalibus ſuc-
cedant fęminę. & dicendum eſt, quod ſic, non ſolum deſcenden-
tes, ſed ẽt tranſuerſales, vt extra de reſcrip. c. ſignificauit nobis
comitiſſa. nam ibi loquitur ſecundum conſuetudinem galli-
canam. facit de foro comp. c. ex parte B. Cõſuetudo igitur po-
tuit diſponere de ſucceſſione talium dignitatum, & iſta con-
ſuetudo tam de facto, quam de iure ſeruatur. Itẽ poteſt diſpo-
nere, quod ſuccedat primogenitus, vel primogenita: vt hnc vide-
licet priuilegium ſibi vendicet primogenitura, vt in ca. licèt.
extra de voto. & ibi plene per hoſt. & no. 7. q. 1. c. quàm peri-
culoſum. quamuis in Iacob, & Eſau fuerit ſeruatum contra-
rium, Geneſ. 25. & 27. quoniam ſcriptum eſt per Malachiam
Prophetam, verbum dei dicentis Iacob dilexi, Eſau odio ha-
bui. ſed ſi non eſſemus in terminis diuinæ diſpoſitionis, tus
eſſet dicere, quod teſtamentum Iſaac non valuiſſet, vt no. de teſta.
l. hæredes palam. & ff. de hęre. inſti. l. quotiens. Sed in diebus
illis nullum erat dominium, nec directum. Concludo igitur
in hoc, quod conſuetudo eſt ſeruanda. Sed circa hoc cõtingit du-
bitare de duabus quæſtionibus, quarum vna eſt vulgata, & ta-
men conſiſtit potius in ingenij qualitate, quàm poſſit pro, vel
contra ad veritatem determinari. ita quod aſſerere certitudinali-
5 ter eſt ſuperſtitioſum potius, quàm diſcretum &c. † Quæſtio
talis ſuppoſita dicta conſuetudine, vtrũ filia primogenitæ pię-
mortuæ præferatur auunculæ ſuæ ſecundo genitę. in qua quę-
ſtione ſatis latæ allegaui. C. de iure deli. l. cum antiquioribus.
in ſcriptis meis. & pro filia primogenitę facit, quia ſucceſſiu eſt
ius ſanguinis, vt no. ff. de pac. l. ius agnationis. ſed iura ſangui-
nis tranſeunt in l. 4. ff. de interdi. & relega. & l. 1. C. de priuil.
eorum, qui in ſacro palatio militant. lib. 12. Secundo, quia filia
ingreditur gradum maternum, vt inſtit. de ſucceſ. ab inteſt. §.
cum filius. Tertio quia primogenituræ priuilegiũ non eſt pp
perſonam principaliter, ſed propter cauſam primogenituræ:
& ideo ad ſanguinem ſuum tranſit. Quarto: quia iſtud priui-
legium primogeniturę factum eſt ius naturæ, quod decidit a
lumbis genitoris, & ipſi quadam natura propagantis immor-
talitatem ſubſtitit. & eſſentialiter eſt vnum, & idem non ſim-
pliciter, ſed ſecundum quid, quia extra dnce. vt ff. quod met.
cauſa. l. iſti quidem. in fin. & C. de impube. & alijs ſub. l. fina.
Quinto quia nepos venit ex perſona patris, non ex ſua. hoc pa-
tet, quia in eo iure formaliter ſuccedit, in quo pater, vt in Au-
then. de hære. ab inteſta. §. reliquum. Sexto, quia ea, quæ ſunt
naturæ, tranſmittuntur per organum veræ, & idẽ, ſi ſunt gra-
tiæ imitantes naturàm. Item contractus tranſmittuntur in in-
finitum, ergo & conſuetudines. Item iſta non eſt propriè tran-
ſmiſſio, ſed quædam prærogatiua ſeminis naturalis. Item quę
ab inuitis tranſmittuntur, pendente conditione tranſmittun-
tur, vt ff. de acqui. hære. l. qui patri hęres extitit. ſed regnum,
& dominium trãſmittit, quis velit, nolit ex maieſtate radicis,
quę ſemper radicat. In cõtrariũ facit quia, mater deceſſit, ante
quam tranſmittere poſſet, ergo nihil tranſmiſit, vt C. de inof-
ficio. teſta. l. ſi quis filium. Item quia non debet dignari filię
defuncti, & concedere nepoti, vt C. de bo. mater. l. ſi vita ma-
tre. & ita fuit ſeruatum de facto in rege Ruberto in ſucceſſio-
ne feudorum Regni Apulię. in quibuſdam tñ alijs prouincijs
con-

enntrarium ſeruatur, vt patet in regno Angliæ. Quia vt dixi,
iſta quæſtio eſt antiqua, & multum vulgata, perſuaderi tamẽ
poteſt, quòd inter primogenituræ ſolnamur morte, cum pri-
mogenitura non poſſet eſſe extincto proprio ſubiecto, ar. ff. de
ope. lib. l. qui libertinus. §. poſthumus. & ff. de bonis lib. l. ſi li
bert⁹. & ff. de legi. m tela. l. tutela. §. ſi duo. & qđ no. C. ſi in fra.
6 patio. l. defuncto. † Modo ſequitur aliud dubium. pone, pri-
mogenita deceſſit relicto maſculo, vtrum ille maſculus exclu
dit auunculas, ſiue materteras ab harum dignitatum feuda-
lium ſucceſſione. quæ quæſtio ſimiliter eſt mihi ſatis tenebro
ſa: tamẽ propter magnitudinem facti, in quo ſumus: nam eſt
quoddam modo ponere os in cęlum: tamen etiam propter ra
tiones, & leges hinc inde volubiles. Nam regula feudorũ hæc
eſt, quòd non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec
maſculus ex ſucceſſibili materia ſupereſt ex eo, ſi quis primus
de hoc feudo fuerit inueſtitus, vt in c. 1. de eo, qui ſibi, & ſuis
hæredibus maribus, & fœminis inueſtituram accepit. & om-
nia commenta, & ſummæ doctorum in hanc ſententiam con
ſonare videtur, & tam ex ſumma ordinaria, quàm ex ſummis
extrauagantibus. omnes enim vna voce, & vno ſermone hoc
proclamant. Sed videamus, an caſus noſter ſit valde diuerſus.
Et ad euidentiã præmitto, ꝙ quædã ſunt iura diuiſibilia, q̃dã
indiuiſibilia. Item indiuiſibiliũ quædã ſunt cõicabilia, quæ-
dam non. Nam ſi duo ſunt comites de iure communi comita
tus bene eſt communis inter eos, ſed non partibilis: quia di-
gnitates non recipiunt ſectionem, vt extra de præben. c. maio-
ribus. & l. 1. ff. de officio conſulis. & in ca. 1. §. præterea Mar-
chia. de prohibita feudi. aliena. per Federicum. ſed de conſue
tudine, vt dictum eſt ſupra, primogenitus ſolus eſt comes, &
gerit titulum adminiſtratoris dignitatis. & idem in comitiſ-
ſa, quando de conſuetudine ſuccedit fęmina. Secundũ eſt cõ-
ſiderandum, quòd filia eſt prior in gradu, & quòd ſucceſſio-
nes feudorum deferuntur ſecundum gradum, & tex. feudorũ
cum faciunt mentionem de liberis, ſemper primo nominant
filios, vt in c. 1. de gradibus ſuccedendi in feudo. ſi ergo feu-
dum non poteſt eſſe niſi vnius proximitatis ratione, debet eſ-
ſe potius filiæ vaſalli, quàm alicuius remotioris in gradu: nã
immediata cauſa potentior eſt, quàm cauſa remota, vt not. in
l. ſi mulier. ff. rerum amo. Item præpoſterum eſt, quòd nepos
turbato ordine excludat filiam, loquendo ſecundum æquita-
tem, & rationem naturalem, quæ habet locum in his feudis,
in quibus non determinat conſuetudo, vt in c. Vbertus. de or
to. Item nõ eſt verum nepotem venire ex perſona matris, ſi po
nas matrem repudiaſſe: ſed oportet, ꝙ veniat ex perſona ſua,
& ordine ſuo, vt C. de inoffi. teſta. l. ſi quis filium. ff. eo. l. ſi is,
qui. & C. vnde liberi. l. qui ſe patris. & in c. 1. §. præterea. qui.
mod. feu. ami. & propterea eſt aduertendum, ꝙ ſi in inueſtitu
ra eſſet verbum primogenitus, ꝙ non haberet locum dictum.
c. 1. de eo, qui ſibi, & ſuis hæredibus. quia hic ponderatur pri
mogenitura ex forma inueſtituræ potius, quàm maſculus re-
motioris gradus: nam primogenitus ſignificat filium, ſecun-
do genitus ſignificat nepotem, non annum, vel menſem nati-
uitatis. intelligitur enim primogenitus. i. primus in gradu ge
nituræ, idem eſt ergo in conſuetudine ſic loquente. Tertio cõ
ſidero, quòd filius filiæ meæ non eſt mihi agnatus: quia per fę
minam agnatio non contrahitur. & ideo cum filius eſſet ma-
ſculus, fęminæ nõ pertinet ad naturam feudorum, niſi iſta na
tura ſit altera per pactum. & ita loquitur. c. 1. de eo, qui ſibi,
& ſuis hæredibus maribus, & fęminis inueſtituram accepit.
& hic eſt aduertendum, quia illud, quod ibi dicitur tandem
pro maſculo iudicatum, ſtare videtur in virtute illius clauſu-
læ. & his deficientibus fœminæ. Nam nõ deficit maſculus at-
tenta virtute iſtius indefinitæ clauſulæ, vt l. 1. C. de condi. in-
ſer. Item ſucceſſiones, quæ procedunt ex legibus. i. conſuetu-
dinibus, non regulantur ſecundum contractus, ſed ſecundũ
ſucceſſiones ab inteſtato: & ideo non tranſmittuntur iſtæ vni
uerſales ſucceſſiones ab inteſtato ab eo, qui præuenitur mor-
te, vt ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ff. de
iniuſt. teſt. l. poſthumorum. & omnes rationes naturales mun
di, niſi ciuilibus approbatæ ſint, non poſſent viuentibus iure
ciuili deferre vnum obolum ſucceſſionis, vt ff. de verbo. ſign.
l. lege obuenire hæreditatem. vnde nemo tam prudens eſt, qui
ex ſui animi motu, & ratione, quanquàm ſubtili, poſſit legũ,
quibus ſumma autoritas eſt, infringere libertatem, vt C. de le
gibus. l. fin. Si autem ratio ex legibus, vel ex conſuetudinibus
oriatur, ſicut ipſa lex, vel conſuetudo ſeruari debet tanquàm
anima, & ſpiritus eius, vt C. quæ ſit longa conſuetu. l. 1. & 2.
ff. de legibus. l. de quibus. nam dicit Ariſto. in ſecre. quòd in-
terpretatio eſt ſpiritus ſcripturę. 7. ſecretorum. & no. per Dy.
extra de regu. iur. capitu. in argumentum. Contra hoc oppo-
nitur. nam verum eſt, ꝙ ſicut ſe habet maſculus ad maſculũ,
ſic fęmina ad fęminam: tamen iſtud non eſſet proportionale,
ſicut ſe habet factum ad feminam, ita maſculus ad fęminam,
niſi fęmina eſſet in parili ſucceſſione ex forma inueſtituræ, vt
in c. ſi cui militi. §. 1. de quibuſdã alijs extraordinarijs capitulis
iuriſditionem iudicis,præſertim quia dicta domus ſita eſt in
territorio Caſtri noui penitus exempto a iuriſditione ciuita-
tis Placen.ſuper quibus partes ambæ produxerunt inſtrumē-
ta,& teſtes ad fidē fiendā de ipſis territorijs.hic quærit̃,quales
futuræ ſint partes iudicis in d.proceſſu, vt qō huiuſmodi cla
rius dilucidetur, primo arguet̃ pro iuriſditione,ſecundo ecō
1 tra vltimo,qua iure ſit diſſolutū.Capio igitur primū.† & pri-
mo vr̃ concludendum pro parte dicti gabellatoris, qm̃ cū eſt
contētio ſup finib.territorij, in huiuſmodi qōne procedendū
eſt ſecundū Dy.p libros antiquos, vel alio modo, quo melius
probabuntur:necnon p teſtes,famā,& quæcunq; alia admini
cula,vt legitur,& hr̃ ad literam extra de proba.c.cum cām.&
nomen librorum comprehēdit oīa volumina ſiue in papyro;
ſiue in curia,& ſic publica documenta,vt ff.de le.3.l.librorū.
ſic & aliàs inquit legiſlator confines probari monumentis.i.
publicis inſtris,quæ continent fines.C.fin. reg.l.a. & ibi aper
tiſſime in gl.& l.1.& ff.eo.l.in finalibus. ad idē facit quod le.
& no.C.de contrah.& commit.ſtipu.l.optimam.in glo. ſi ſer
uus.& Ita eſt ar.quod plebatus &c.nec colligitur argu. per in
ſtrumenta probari confines plebatuum, ſeu territorium, per
teſtes enim antiquos probatur diuiſio huiuſmodi. 16.q.1.c.
plures.Quinimo ſtat̃ ruſticis, præcipue ſenibus, & antiquis,
ff.de le.3.l.ſi chorus.ſic & fama in talibus valet, p̄cipue quo-
rum memoria non hr̃.ff.de prob.l.ſi arbiter.ff. de aqua plu.l.
in ſumma.§.idem labeo. nā & inſtrumēta antiqua probāt opi
nionem hominum,cōem, quæ præſumitur eſſe vera, vt ff.de
condi.& dem.l.in teſtamento.de fun.inſtr.l.cū delanionis.§.
aſinā.& ff.de flu. l.1.§.1. cū ſi. in propoſito aūt caſu exhibita
reperiunt̃ iudici inſtrumenta,quib. aſſertiue continet̃ contra
ctā de arimagnis,in qua ſita eſt taberna prædicta,fore territo-
rij de Sancino.illorū igit̃ inſtrumentorū vigore fundata vr̃ iu
riſdictio;& amplius pbari vr̃ teſtib.12.nu.tabernā ipſam eſ-
ſe de dicto territorio, & de fama, voceq; publica. igit̃ prima
facie vr̃ cōcludendū pro iuriſdictione.rñdeo ad ſecundū,vbi
animaduertendū primū circa probationes defectiuas penitus
ex parte accuſatoris ſub eſſe oſtendendū,& ſubſequēter accu-
ſatū.& ſi nihil præſtitiſſet ad ſoluendum, vt C.de rei vendi.l.
fi.ff.de proba.l.ei,qui.& C.eo.l.actor.C.de edend.l.qui accu
ſare.extra de cauſa poſ.& proprie.c. cū eccleſia. cū ſi. deinde
declarabitur euidentiſſime ab accuſato probatū ex abundan
ti tabernam illam de Caſtro nouo fuiſſe, & eſſe territorij, qđ
primo facit radicitus fundamentū inſtrumentorū tollendo:
quia & ſi verbis narratiuis inſtrumēti,& aſſertiuis actus, qui
eo tpe non potuit,fides adhibeat̃ in pręiudiciū mādantiū,ſeu
rogantiū cōfici inſtrm̄, vt C.de fid.inſtr.& iur. haſt.l.1.li.11.
C.de contrah.& cōm.ſtip.l.optimam.non tñ ideo non magis
probata faciūt verba huiuſmodi inter aliàs pſonas,imo opor-
tet illud originaliter probari.C.de iur.delib.l.cū aliquis.Pro-
inde gl. ibi determinat qōnem noſtram dicēs fines plebatus,
ſeu territoriorū inter alios non probari talibus verbis narrati
uis documētis publicis incertis. & facit extra de prob.c.quo
niam contra.& ibi plene le.& no.ſecundum Inno.& reliquos
commentatores, vt extra de offi.deleg.c. cum in iure peritus.
de poſthu.c.bonę memo. Auth.vt ipō.lar.§.ad hoc.col.9.nec
mirū, nam ad officiū tabellionis pertinet dūtaxat inſtrumēta
conficere in his,quæ in eorū præſentia agunt̃ tpe mandati ſu
ſcepti:alioquin non publicum documentū,ſed teſtimoniales
literæ,quib.non credit̃,nūcupat̃,inquit Inn.in d.c. quoniam
contra.præſentib.tñ præiudicant ad plenam probationē,non
inſtri,ſed confeſſionis tacitæ reſultātis ex mandato tabellioni
iniuncto de inſtro conficiendo,cui tacitæ confeſſioni oportet
ad plenam probationē ſtari in tantū,qđ nil releuaret eius con-
2 trariū probari ſecundū Inn.extra de cenſi.c.cū olim.† Idcirco
patet verba determinationis ſequēda in dubitatione illa, qua
quærit̃,an p inſtrumenta ob aliud facta incidenter de confini
bus mentionē facientia confinium probatio plene intelligit̃
inducta: qm̃ tñ deri oportet probationem plenam inter con-
trahentes,ſeu quorū mandato conficiunt̃ inſtrumēta,fore cō
ductā tñ inter alios extraneos,licèt qđ attinet ad eos,aliquali-
ter inducant, qđ de p ſe abſq; alijs argumētis non ſufficit, vt
in ſimili de fama,vt in d.c.cū cām. dixit gl. allegata plurima,
quæ omitto,quia ibi videri pñt.quam quidē opi.ſequit̃ Dyn.
Pe.Ia.Bu.Cy.Marſi.in d.l.cū aliquis.& eſt cōis opi.q̄ inducit-
tur concordata,& ſic ſufficienter tolluntur omnia inſtrumen
ta producta,quæ inter alios confecta,& ob aliud, non princi
paliter ad probandum confines,per inſtrumenta enim princi
paliter ſuper cōfinibus reperta, ſeu libros antiquos ex archi-
uo publico producta induceretur confinium probatio vera,
vt d.c.cum cauſam.& quod ibi gl.not.cum concor.ſuperius
allegatis, quas hoc caſu intelligi oportet. vera autē probatio
ſufficeret in quæſtione confinium, vt C.de fin.limi.l.1.& 2.
lib.11.amplius autem eſt, quòd huiuſmodi inſtrumenta ab
accuſatore producta ambigua ſunt,& reducibilia ad accuſa-
ti propoſit.& ſic facientia pro accuſato, potiuſquàm contra,
aſſerunt dumtaxat illam de armagnis fore de territorio ſenij
quod

quod poteſt, imo debet intelligi ad act. in ipſis inſtrumẽtis di
ctis accuſatoris, quàm accuſati, & per conſequens quicquid
eſt territorij Caſtri noui, recte poterat, & debeat eſſe de ſenio
ratione fluminis. vnde nil releuant illa inſtrumenta, ét ſi prin
cipaliter confinium cã forent facta, ſeu inter litigantes conſe-
cta: quia nõ releuat probatio dubia, vt extra de prob. c. in præ
ſentia. C. eo. l. neq; natales. & l. non epiſtolis. C. vñ legitimi. l.
non hoc. maxime cum accuſati parte producta ſint plura in-
ſtrumenta ꝙ illam de atmagnis territorij Caſtri noui fore aſſe
rentia, quib. dat̃ rectum intellectum, reliquis inſtris accuſato
ris, conteſtibus, & alia documẽta propter ſiniſtram falſi ſuſpi-
tionẽ euitandã ſunt ad conſonantia reducenda, extra de teſti.
c. cum tu. & C. de fid. inſtr. l. diuer. nec enim totidem ſunt in-
ſtrumenta illa, nec quaſi inter oẽs, ſeu maiorem partem publi
ce cõfecta, quib. reſultet aliqualis vulgi opinio pro iuriſdictio
ne, ſeu territorio plebatus: cum appareant plura inſtrumenta
in oppoſitam certitudinariam redundantia opinionẽ pro ter
ritorio Caſtri noui. vnde vulgi opin. in oppoſitũ allegata plus
eſt pro accuſato, quàm cõtra. ex quibus patet ſubla. inſtrumẽ
3 torum aduerſæ partis fundamentum. † Supereſt igitur teſtib.
ab accuſatore productis multimode rñdere, cuius gratia ſciẽ
dum eſt, ꝙ vbi teſtis deponit de his, quæ iure ſunt, quæq; in-
tellectu immediate percipit, & non corporeo ſenſui, puta, qa
deponit rem quandam eſſe alterius, ſeu certæ iuriſdictionis,
& territorij, teſti huiuſmodi teſtimonium perhibenti nulla fi
des adhibetur, niſi etiam interrogatus reddiderit rationem fa
cti corporeo ſenſui immediate perceptibilis. C. de vſur. l. 1. ex-
tra de teſti. c. cum cãm. ſecundum Inn. vbi eleganter loquitur
ad propoſitum. & in hoc differt dictũ teſtis, quia in iure ver-
ſatur ab eo, quod in facto, quod potius ſentitur, q̃ intelligit̃.
nam ſi in facto huiuſmodi teſtimoniũ perhibeat veritati, non
expedit teſtimonium illud teſte fulciri, niſi prius a iudice in-
terrogatus fuerit ad hoc arctatus: alioquin reputaretur verbo
ſus. C. de teſti. l. ſolam. & quod ibi in gl. not. dicere autẽ ratio-
nem facilis eſt, quia officium teſtis verſatur in his, quæ ſunt fa
cti intimandi iudici, iudex aũt ſuper his habet diffinire, quid
iuris. C. de teſti. l. teſtium. ff. de teſt. l. qui teſtamento. §. fi. ff. de
his, quæ in teſt. delen. l. 1. circa prin. & inquit Inno. vbi ſupra.
Quatenus ergo teſtes dicũt tabernam illam fore de territorio
ſenij, nil probant, imo recurrẽdum eſt ad cãm dicti eorundẽ,
quæ vna dũtaxat quaſi in omnib. eorũ atteſtationib. reperitur
videlicet, qm̃ pluribus tã de Caſtro nouo, q̃ de ſenio præſentib.
Magnifici. d. Ia. de aptanis tunc capitaneo epiſcopatus Placẽ.
fieri fecit diuiſionem dictorum territoriorũ, in qua diuiſione
aſſeritur foſſatũ quãdã relictũ pro termino inter Caſtrum no
uum, & ſeniũ, ſcdm quẽ terminum, dicta taberna foret terri-
terij de ſenio. huiuſmodi tñ diuerſimode corruit, primo cum
ad officium capitanei non pertineat territoriorũ diuiſio, ſed
cuſtodia ſuper decreto. Secundo, quia illæ ſingulares perſonę
non habebant mandata ipſarum cõitatũ, nec aliude repræſen
tabant ipſam cõitatem, quinimo ex parte accuſati complures
reperiuntur teſtes illam diuiſionẽ memorãtes, dicentes, ꝙ in
eorum præſentia in riuo ſenij terminũ territoriorũ fuiſſe. qđ
quidẽ veriſimilius eſt, cum ſoleant limites diſtingui per ri-
uos aquarũ. ſecundũ Gl. quem refert, & ſequit̃ Io. in d. c. cum
cãm. ſecundũ quẽ riuũ dicta taberna vltra poſita eſt de territo
rio Caſtri noui. quid plura, idẽmet teſtes accuſatoris ſibijpſi
inuicem ſunt contrarij. Præterea depoſuerunt teſtes accuſato
ris oẽs dictas tabernas cohærere plebem de Florenzola ab vna
parte, quod quidem falſum eſſe probatum eſt clariſſime. il-
4 lud autem in dubiũ non cadit, † ꝙ teſtis falſum perhibens in
cohærentijs teſtimonium repellitur in totũ. extra de hære. c.
fraternitatis. ſecundũ Inn. & extra de reg. iur. c. defleat pecca-
tor. in gl. & 3. q. 9. pura eius euidens eſt rõ: iurat enim verita-
tem dicere in cauſa, ſeu capitulis. & eius circunſtantijs: igit̃
in cohærentijs, ſeu alijs pertinẽtib. ad cãm, vel capitulũ, cum
phibeat falſum teſtimonium, periurus eſt. certe periurij teſti-
monium a iure eſt reprobatum, ét poſt pœnitentiam, vt extra
de teſti. c. teſtimonium. 22. q. 5. c. paruuli. ergo &c. Reuertor
igitur ad ſecũdum, & vltra præmiſſa ét aduertendũ eſt teſtib.
accuſa. clare probari tabernam ipſam eſſe territorij Caſtri no
ui: cũ exprimant rõnes facti concludentes fines territorij, ma
xime quia dicunt vſq; ad riuũ ſenij lõgæuis, & antiquiſſimis
temporib. terras, quaſcunq; vult, de territorio Caſtri noui fo-
re decimatas aedum per factores ſpectabilis, & egregij mili-
tis dñi Nico. de terris, ſed & prædeceſſorum ſuorũ. ſimiliter
& tpe letaniarũ, vt in talibus moris eſt viſitatas fuiſſe vſq; ad
pontem ſtratæ tupiæ riui de ſenio prædicti. ſimiliter de dam
nis, ſeu delictis quibuſcunq; commiſſis vltra riuũ cognitum
fuiſſe de his per conſules Caſtri noui, dicunt aliqui ex teſtib.
& quod plus eſt, deponunt oẽs iam 45. ann. elapſis, vel circa
per quendam nomine iuratum fuiſſe in eodem loco, vbi ad
præſens venditur vinum illo ét tpe venditũ fuiſſe pluribus an
nis de licentia vicecomitis tunc eiuſdem Caſtri noui dñi, qui
bus quidem actibus probatur de vetuſtiſſima quaſi poſſeſſio
ne Caſtri noui territorij vſque ad riuum illum, ar. ff. de ver. ſi.
l. ſi pupillus. §. territorium. talis enim quaſi poſſeſſio dr̃ pro-
bata talibus actibus facti, & in facto conſiſtentibus, ar. extra
de præſcr. c. audi. ad finem. extra de of. ord. c. conquerente. &
d. c. cũ eccleſia. Ex quaſi aũt poſſeſſione huiuſmodi tanto tpe
continuata, & ſi ante confines territorij Caſtri noui nõ in tm̃
extendebantur, tñ ſaltem fines præſcribebantur ſine dubio vſ
que ad riuum illum, & cõi ſenij foret dicto tempore finiũ reg.
timo ſufficit dumtaxat tempus 30. an. vt C. fin. reg. l. fi. Præte-
rea ponderandum eſt multum, ꝙ in iudicio pręſenti finium
quæſtio principaliter non cadit, ſed incidit quæſtio iuriſdi-
ctionis, ꝙ ex quo de præſenti commune Caſtri noui eſt in qua
ſi poſſeſſione Caſtri noui vſq; ad riuum ipſum, ex quaſi poſ.
de præſenti præſumitur dñium territorij, vt ff. ſi ſeruitus vẽ.
l. ſicuti. §. ſi quæratur. & legit. & not. ff. de acqui. inſti. l. quidã
in ſuo. per Ia. de Are. & ibidem Bar. ét refert. Concluſio igitur
ex his clare infertur partes iudicis eſſe etiam debere in decla-
rando dictam tabernam eſſe territorij Caſtri noui, & per con
ſequens eum non eſſe iudicem competentem in cauſa dictæ
cauſę. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVII.

1 *Si ex tribus arbitris vnus iubet dari 10. cras, alius 8. poſt cras*
tertius 5. tertia die, an valeṭ talis ſententia.

2 Etſi præmittere † verba textus ſit quodam-
modo ſuperuacuũ: tñ pro
clariori intellectu præmitto. dicit textus in l. diem proferre. §.
ſi plures. ver. inde quærit̃. ſi ex trib. arbitris vnus 15. & alius
10. tertius quinque cõdemnet. iu. ſcribit. 5. debere præſtari,
quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt. idem dicit text.
in c. 1. de arb. li. 6. ver. licèt com. & eãdem aſſignat rõnem. Se
cundo præmitto, ꝙ dĩa eſt inter ſummã minorẽ, & dilationẽ
minorẽ. nam ſumma minor minorem facit obligationẽ. Sed
dilatio minor maiorem facit obligationẽ, vnde maior eſt obli
gatio eius, qui debet 5. vſque ad menſem, quàm eius, qui de-
bet 10. vſq; ad annum, vt inſti. de act. §. plus autẽ. & ſimiliter
maior eſt obligatio eius, qui pure, q̃ eius, qui in diẽ, vt ff. mã.
l. ſi tibi mandauero, vt pro me fideiubeas. Tertio præmitto, ꝙ
eſt conſiderandum, ꝙ interdum apponit̃ minus q̃titate, inter
dum minus tẽpore, interdum hęc duo miſcentur ſimul: v. g.
ſunt tres arbitri, vnus iubet 10. dari cras, alter octo poſt cras,
tertius quinque tertio die. ſi quis enim diceret valere ſenten-
tiam minoris temporis, quia minus comprehenditur in ma-
iori, non bene diceret, quia minus tpe eſt plus re. vnde ſeque-
retur, ꝙ ille, qui condemnauit minus, condemnaret plus, qđ
eſt falſum, vt d. §. ſi plures. quapropter non ſtãdo in multo ſer-
mone veniendo ad propoſitum caſum dico ſententiam dicto
rum arbitrorum aliquatenus valuiſſe, quia non pñt reduci ad
conſonantiam. & ad hoc facit. ff. loc. l. ſi 10. & ff. de contrah.
emp. l. in venditionibus. ſi vero duo concordarent in ſummo
& tpe, valeret ſententia duorum, licèt tertius diſcordaret, vt
no. in d. c. 1. de arb. li. 6. & ad confirmationem prædictorum
accedit lex expreſſa. ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtip. fuero 10. aut 15.
item §. ſi plures. non conſiderat ſolum naturalem rõnem, quę
eſt, ꝙ in maiori ſumma continetur minor: ſed etiã cõſideret
coniecturam, ꝙ arbitri videantur concordare. & ideo ſi eſſet
alia dĩa, quę nõ pateret talẽ intellectũ, nõ valeret laudũ. & ita
eſt in caſu nro, ꝓpter ꝑmixtas dĩas, & intricationes. & facit
in ra-

in ratione ſui.ff.ſol.matr.l.ſi conſtante.§.quotiens. & confirmantur prędicta, quia diuerſi dies habent diuerſas interpellationes,& ideo non eſt conformitas, vt ff.de præto. ſtip.l.Valerianus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXX.

1 *An mater prægnans, quæ mortuo marito non petijt dari curatorem ventri, priuetur hæreditate filij iam nati. vel ſi nato*
2 *poſthumo mater non confeſtim, ſed 11.menſe poſt,& ſic intra annum ſuſcepit tutelam filij, nihilominus priuetur hæreditate filij.*

Quidam deceſſit relicta vxore prægnante, quæ ſtetit circa 4.menſes, & non petijt curatorẽ ventri, tandem nato poſthumo 11.menſe ſuſcepit tutelam fecit inuentarium,& ſulenniter egit,quicquid requiritur ad tutelam:deinde mortuus eſt poſthumus. † Quæritur, an ad iſtã
1 matrẽ pertineat ſucceſſio impuberis, an vero ſit priuata ſucceſſione duabus rationib. Prima,qoia non petijt curatorẽ vẽtri,nec bonis. Secunda,qoia nato poſthomo non ſuſcepit tutelam confeſtim,& de iſta qõne non vr̃ dubitandum,quia caſus eſt legis.ff.ad Tert.l.2.§. quod ſi cum prægnans. vbi text.formaliter ſic dicit,ꝙ ſi cum prægnans eſſet bonis,nõ petijt curatorem,dico in ſententiam incidere.& ibi dicit Bar.quòd ille tex. eſt valde notabt.Item eſt alia ratio, quia impoberi nato non petijt tutorẽ confeſtim, vt ff.ad Tert.l.2.§.confeſtim. vbi tex.formaliter ſic dicit, confeſtim autẽ ſic erit accipiendum, vbi primum potuit.i.prętoris copiam habuit huic rei ſedentis. Sed iſta mater non petijt confeſtim, ergo cadit ab hæreditate, & ſic duabus rationibus eſt priuata hæreditate filij ſui, quaſi exiſtens indigna accipere hæreditatem legitimam, vt ff. qoi petant tuto.l.2.§.mater.ad idem in Auth.de hære. ab inteſta.§.ex bis.& qood no.ff.de reg.iur.l.quo tutela.Item contrarium vr̃, nam lex a patre dicit, ꝙ ſi mater ſuſcepit tutelam impuberis infra annum a die mortis patris, quòd ipſa ſuccedit, vt inſtitut.ad Tertul.§.fi.vbi videtur tex. contra Bart.qui dicit,quòd l.ſciãt.C. de legi. hæredibus. non habet locum in matre, ſed in alijs, io qoibus imminet cura petendi tutoris. Cum igitur iſta mater fuit vſa legis beneficio, ergo nõ perdit hæreditatem.ille ergo §.confeſtim, qui dicit,ꝙ confeſtim debet petere,dummodo annũ nõ excedat, non habet locũ de iure nouo,quia ſufficit,ꝙ infra annum petat, niſi fortè inſtaret cauſatiua neceſſitas prius petendi, puta,quia inſtarent creditores, vel eſſet periculum, nec cõmitteretur pœna, vel res dilapidarentur,& ſimilia.tunc.n. mater debet ſedulum officium præſtare, vt C.qui petant.tut.l.cũ a matrib.& cõis opinio eſt, & quodammodo vulgaris,ꝙ mater debeat habere annũ.& ita cõiter practicatur. Reſtat ergo articulus, quia nõ petijt curatorẽ ventri,& additur in facto, ꝙ mater fuit valde infirma pp epidemiã.Nam infirmitas vr̃ cã excuſare,vt d.§.cõfeſtim.Sed in ꝯtriũ vr̃,quia potuit cõſtituere procuratorẽ ad petendũ curatorẽ,vt ibi patet, vnde aliud eſt conſiderandũ . Nam lex dicit,ꝙ curator datur bonis ad petitionẽ creditorũ, vel eius,qui ſperat ſucceſſionẽ nõ nato poſthumo, vt ff.de ven.in poſ.mit. l.1.§.quotiens.vel qñ imminet alia iuſta cã, vt ff.de hęr.inſti. l.ſi quis inſtituatur.Sed hic nõ proponitur,ꝙ aliqua iuſta cauſa immineret,ergo mater non dr̃ neglexiſſe.Præterea nõ dr̃ neglexiſſe,quia puer non ſtetit in vtero, niſi paucis menſibus.i. minus quatuor.vnde ex eo,ꝙ non petijt curatorẽ ventri, non debet priuari,ar.C.de epiſ.& cle.auth. presbyteros. Itẽ ſuſcipiendo poſtea tutelã infra annũ purgauit morã,vt dictis legibus.Itẽ ſucceſſio liberorũ debetur parẽtibus quaſi iure naturæ,vt ff.de inoff.teſta.l.nã & ſi parentib.in prin.quib.perſuaſionibus vr̃ dici poſſe matrẽ ad luctuoſam hęreditatẽ filij admitti debere,& ab ea nõ excludi. Clarius ꝓcedẽdo in iſta materia dico,ꝙ tex.ille,ſi cõpregnans eſſet bonis, nõ petijt curatorẽ,debet intelligi.i.ſi fuit in mora petendi. Nã eodẽ mõ intelligitur in petendo tutorẽ iam nato: quia text.ille procedit de verbis legis ad eius mentem ſumptam a ſimili. cũ ergo mater non repelleretur per lapſum minoris tpis 4. mẽſiũ ſecundũ Bar.per dictã auth.presbyteros.la 2.dico, ꝙ iſta mater nõ pdidit ſucceſſionẽ ex non petito curatore ventri,& maximè propter eius infirmitatẽ,ut d.§. confeſtim.ibi dum dicit,niſi forte infirmitate impedita &c.Itẽ non excluditur, quia poſt 11.menſes ſuſcepit tutelã, quia hoc habet ex beneficio nouæ legis,ut ſupradixi.quapropter puto matrem a luctuoſa hęreditate filij minimè excludendam, licèt iſte paſſus ſit dubitabilis propter præciſam literam dicti.§.quòd ſi cum prægnans. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXIX.

1 *An, & quando in dote datio inſolutum tollat actionem perſonalem, vel hypothecariam. & an, & quando datio inſolutum habeat vim emptionis.*

Antonia de Maijs vxor quondam Iacobi Burgi habẽs hypothecata bona mariti ſui pro lib. 84. occaſione dotis ſuę fecit ceſſionem, & datum in iure de omnibus iuribus eidem competentibus in bonis quondã mariti ſui occaſione dotis ſupraſcriptæ Ioanni Heliæ: qua ceſſione ſic facta tanq̃ tutrix, & tutorio nomine Girardini eius, & dicti quondam mariti filij, & hæredis volens dictum eius filium liberare ab onere dictæ obligationis dedit in ſolutum, & pro ſolutione dictarum libr. 84. perticas 23. terræ cultę, quæ fuerunt ſupraſcripti quondam Iacobi dicto Ioanni: compenſantes adinuicem dictas libr. 84.in dictis perticis 23. reſeruando tamen dictus Ioã. in caſu euictionis dictarum perticarum omne ius eidem competẽs in bonis dicti quondam 1
Iacobi . Contigit, ꝙ non tradi.dictis perticis 23. terræ dicto Ioã.nec denunciatio dictæ tutrici, nec hæredi dictę tutricis, qoòd idem perticas 23. terræ traderet ipſis terris per alium tentis, & poſſeſſis contra extraneum poſſeſſorem detinentẽ, & poſſidentem perticas 9. quę fuerunt in bonis ſupraſcripti quondam Iacobi, actum fuit hypothecaria per ipſum Ioannem occaſione iuriũ eidem ceſſorũ per ſupraſcriptã Antoniã
1 occaſione ſupraſcriptę dotis per extraneũ poſſeſſorem. † apponitur,ꝙ ꝯ ipſum nõ põt agi hypothecaria, primo, quia debitũ eſt extinctum per aſſertã inſolu. dationẽ.l.eleganter.ff.de pig.ac.ut ibi,& gl.in l.libera quidem Theodora.C.de ſen. & interlo.om.iu.Item inſolutum datio,quę fit de rebus pro pecunia,eſt emptio, & venditio, vt in ipſis iuribus. & ſi non traditur res inſolutum data, agitur ad intereſſe. l. 1. & l.Iulianos.ff.de act.emp. & debet peti dictę rei traditio.d.§.offerri.& poteſt peti perceptio, ſeu quãtitas ſeu ęſtimatio fructuũ perceptorũ.l.curabit.ff.de act.emp.& ſi res euincatur,agitur tunc de euictione,quę euictio requirit ſniam.l.3.C.de euict. non habet locũ primęua actio,niſi ſecuta ſnia. Et ideo cũ hoc ſit actũ, primęua actio non reuiuiſcat,niſi euictione ſecuta.& euictio ſequi debet per ſniam,l.3.C.de euic.ſequit̃,ꝙ nõ poſſit agi primęua actione re nõ tradita.ſed ſi diceretur, res,quę nõ põt tradi, hr̃ pro euicta,ita ꝙ habet locũ actio ex empto, vt no.in d.l.3.dico,ꝙ eſt diſtinguendum.Aut q̃rimus,nunquid poſſit agi actione exẽpto, ſi res nõ poſſit tradi, ita ꝙ ad intereſſe teneatur nõ tradẽs,& dico,ꝙ ſic.d.l.1.ff.de ac.emp. Aut q̃ro,nunquid ex eo,qđ nõ põt tradi, vel non traditur, ſit reſuſcitata actio ſemel extincta per inſolutũ dationẽ,dico,ꝙ non, cũ propria ſignificatione euictio requirit ſniam.d.l.3.C.de euic.ſed ſubuenitur p remedia,quæ ponuntur in l.1.in prin. ff.de act.emp. maximè cum actum ſit, ꝙ euictione ſecuta remaneat firma prima actio, & non ſit dictum aliàs re habita pro euicta: cum omiſſum habeamus pro omiſſo, & relinquatur diſpoſitioni iuris cõis. l.cõmodiſſimè.ff.de libe.& poſth. facit lex veteribus.ff.de pac.& maximè cum pactũ,& l.municipalis ęquiparentur,gl.in rub.C.de decre.decurionum.Sed ſtatutum non traheretur ad fictã euictionẽ, ergo nec pactũ, l.quicquid aſtringendę.ff.de ver.ob.ex quibus dicitur, quòd non poſſit agi hypothecaria per ſupraſcriptum Ioannem ceſſionarium ꝯ dictum extraneum poſſeſſorem. Sed põt agi per dictum Ioannẽ ad intereſſe ꝯ inſolutum dantem, vel eius hæredes, ſi res, vel proprietas inſolutum data non tradetur.

Ad Idem.

Viſis pulchris allegationibus ſupra factis: quia tñ non tangunt medullã quęſtionis, dico vno verbo, ꝙ de iſta quęſtione

eſt caſus, & glo.ordi.in l.qui res.io prin.ff.de ſol.Nam in dote ad hoc, vt tollatur actio prima hypothecaria, oportet rem inſolutum acceptam remanere penès accipientem: aliàs durat actio prima iam perſonalis, quàm hypothecaria. & iſte eſt caſus ſingularis ibi, qui non repetitur alibi ſecondom Bart. Contra prædictum conſiliū allegantur duo. Primo non eſt verū, ꝙ l.qui res. pona: a'iquid ſpeciale io dote. cui allegationi non aliter reſpondeo, niſi quòd rei veritas eſt in contrariū, & intelligentibus loquor. Secundo allegatur, ꝙ ſi eſſet ſpeciale iſtud priuilegium, non tranſiret ad ceſſionarium. Ex hoc ſequeretur, ꝙ mulier non poſſet cedere hypothecariam, quā habet ex tacita hypotheca. quod eſt ridiculum. Et conſidera, ꝙ mulier poteſt cedere perſonalem hypothecariam. Et iterum conſidera, quòd ſi poſt ceſſionem fecit aliquid, quod non ſit extincta perſonalis, & hypothecaria in perſona mulieris, illud non extinguit ius io perſona ceſſionarij ceſſam, nec extinguare poteſt, ot C.de hær. vel actio. vendita. l.fi. & multo magis prius ceſſa perdurat, vt C.de actio. & obliga. l.ſi a creditore & l.ſi inſolutum. & de hoc articulo non eſt aliquis intelligens, qui dobitaret: nam aliud eſt actionem cedere, aliud priuilegium cedere, ut in l.1.C.de priuile. dot. & l.1.ff.ſol. mat. & l.aſſiduis. qoi pot.in pign. hab. cum ſua vulgariſſima materia. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXC.

1 *An, & quando colonus, vel emphyteuta poſſit expelli propter penſionem, vel canonem non ſolutum, vel propter abuſiuam fruitionem, puta quia arbores ſuccedit. & nu.2.*

3 *Maritus, & vſufructuarius an poſſint arbores fructiferas incidere.*

1 Vulgare † eſt, quòd colonus, qui oon ſoluit penſionem per bienoium, poteſt expelli a dotali vſu rei, quia ooo paret tacitæ conditioni contractus, ot ff. loca. l.quæro. §. inter locutorem. hoc etiam diſponit Statutum Papiæ expreſsè, & declarat, & addit dicens, quòd ipſo iure, & facto ſit aperta proprietas cum omni melioramento facto ipſi domino. & loquitur generaliter dicendo, quòd ſi aliquis fictualis, licèt ex præcedentibus, & ſequentibus dictum ſtatutum videatur loqui in emphyteuta: tamen ſi ua eſt in emphyteuta, fortius in ſimplici colono, quia nec dominium, nec poſſeſſionem habet, vt l.colonus. ff.de vi, & vi arm. certè melius eſt non fundare ſe ſuper dicto ſtatuto propter illa verba: cum omni melioramento, quæ propriè ſonant in emphyteuta, vt d.l.colonus. & l.contra.C.de iure emphyteu. & ſic ſumus ſolummodo in iure communi. ſ.in caſu. d.§.in locatorem. Notandum eſt tamen, quòd iſte conductor ſoluit pro vno anno partem, pro ſequenti anno nihil dico, quòd ſolutio illius partis non prodeſt quo ad pœnę, & expulſionis euitationem, vt ff. fami.herciſ. l.hæredes. §.in illa. Nam iſta materia eſt multum rigoroſa: ita etiam quòd pro vno nummo minus ſoluto res incidit in commiſſum: quia verum eſt penſionibus non eſſe petitum. & hoc quo ad punctum retar-

2 datæ ſolutionis. † Modo ſequitur videre de ſecundo puncto, videlicet de abuſu ſruitionis. & in hoc dico, quòd colonus merito poteſt expelli, quia arbores fructiferas, & alias grandes, & non germinales ſuccidit. nam ex hoc rei ſubſtantia deteriorat, & enormiter, quapropter etiam emphyteuta poſſet

3 expelli, ut C.de ſacr.ſan.eccl.auth.qui res iam dictas. † & maritus, qui eſt dominus rei dotalis, non poſſet has arbores ſuccidere, quia non ſunt in fructu, ſed in proprietate, vt ff.ſolu.matrim. l.diuortio. §.ſi fundum. Item nec vſuſfructuarius poteſt eas ſuccidere a ſtipite: licèt frondibus, & fructibus vti poſſit, vt ff.de vſufruc. lega. leg. ſilua cedua. & l.ſed & ſi grandes. & l.arboribus. & eſt expreſſum.ff.de iureiurā.l.duobus. §. colonus. Quapropter ſecundum ea, quæ proponuntur, indubitanter dictus colonus poteſt expelli. Ego Baldus de Peruſio &c.

CONSILIVM CCXCI.

1 *Quid ſit Ligium. & nume. 9. & quare dicatur homo Ligius. numera 10.*

2 *Quid ſit ligietas.*

3 *Quid ſit homagium, & quotuplex.*

4 *Homagium in quo differat a fidelitate.*

5 *Quid ſit fidelitas, & quotuplex. nu.6.*

7 *Quid importet de iure verbum, Ligium, ſiue ligietas.*

8 *An vaſſallus poſſit eſſe homo Ligius plurium dominorum ratione diuerſorum feudorum.*

12 *Contractus feudorum an ſit contractus nominatus, vel innominatus, & an in eo habeat locum pœnitentia. et quid in feudo Ligio. nu.14.*

13 *Vbi eſt iuramentum, ibi non habet locum pœnitentia.*

15 *An bona vaſſalli Ligij ſint propter Ligium iuramentum abnoxia, & affecta.*

16 *Vaſſallus an poſſit teſtari de bonis feudalibus.*

Ad euidentiam præmittendum eſt, quòd in 10.colom. vſum feudo-

1 rum hoc nomen, † Ligium. non inoenitur expreſſum voce. & ſub iſto vocabulo tamen eius effectus, & iſtius feudi realitas pōt cōprehendi, habita notitia dictorū feudorū, ſi quis rectè introſpexerit, vt ibi dicā. Sed quid eſt de iſto feudo nominato, quod vocatur feudom Ligium, in doobus locis habemus textū, vnos text. eſt in ca.paſtoralis. de re iud. in cle.1.§.deniq. ibi dom dicit, Rex ipſe nr, & Eccleſiæ Romanę rōne Regni prædicti notoriè ſubditus, homoq; Ligius, & vaſſallus. Alius tex. eſt in tit. de quibuſdam alijs extraordinarijs capitulis feudorum: quæ capitula ſunt extrauagantia, & non ſunt in corpore decimæ collationis, tamen notabilia ſuot, & vera, & ea tanquàm ſolennis, & legitima capitula allegat ille, qoi fuit præcipuus ſummiſta in materia feudorum, videlicet, dominus Iac. de domino Ardizone Veron. tex. aorem dicti capituli formaliter talis eſt. Si quis iooeſtitus de fundo Ligio, pro quo cōtra oēs hoīes fidelitatē domino debet Lucio, & Titio ex ſe deſcendenobus filijs ſibi hæredibus inſtitotis, vita deceſſerit diuiſione facta, ſi ad ſolum Titiū feudū perueoerit, rationabiliter placoit eū ſolum fidelitas ſacramentis eſſe obnoxium, ad quē ſolida feudi iure tranſierint. Quod ſi ab alio domino Lucius poſtea fundom per inueſtituram acqoiſiuerit, pro quo ſimiliter ei contra omnes hoīes fidelitatē fecerit decedēte Titio ſine liberis, ad quē deuoluatur feudū, qđ ex diuiſione habuerat: an ad Lucium fratrem, vel ad dñm quęri poteſt. Et cū placeat, quem Ligium hominem duorum eſſe oon poſſe, videtur feudum ad dñm pertinere, ſed rectius viſum eſt, feudū, quod per inneſtituram acquiſiuit, impedimento ei non eſſe, liceretq; ei per ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſeruire. Ex quo quidem textu apparet, quòd eſt feudum Ligiū. Nam feudom Ligium eſt, pro quo vaſſallus iouestitus de fundo contra omnes homines fidelitatem donuno debet. & hoc

2 ſi quæratur, quod eſt iſtud feudum. † Sed diffinitiuę quæratur, quid eſt iſta ligietas. Reſpondeo, oihil aliud eſt, quàm ſuprema fidelitas, ſiue ſupremum homagium cōtra omnem

3 hominem nullo excepto. † Et turſus ſi quæratur, quid eſt homagium. Reſpondeo, idem eſt homagium, quod ſacramentum fidelitatis, quòd fit pro aliquo feudo, vt oot. in cap. vlti. extra de regul.iur.

4 † Differt autem homagium a fidelitate: quia homagiom eſt ille actus præſtationis iuramēti cum ſua

5 ſolennitate, & fit in initio: † ſed fidelitas eſt obligatio permanens, & habens perſeuerantiam, & tractum temporis: ſicut contractus quo ad volatum verborum tranſit in inſtanti, vt ęmere, ſed emptio, & venditio perpetuo manet, ut ſubtiliter not. Guli.de Cu.ff.de iuſti. & iure. l.ex hoc iure facere. ergo non durat in temporis tractu, ſed factū eſſe iugiter perſeuerat, ut C.de act. & obli. l.ſicut. & ff. commodati. l.in commodato. §. ſicut. & ff.de cap. l.in libello. §.factæ. Apparet igi-

6 tur ex prædictis, quid eſt homagium, & qnid fidelitas, † & fidelitas eſt duplex, quædam ſuperior, vt in feudo Ligio, & quædam inferior: feudum enim Ligium conſiſtit in ſuperiori fidelitate, quæ debetur Papæ, Imperatori, vel Regi, vel ſi quis alius ſit, qui non recognoſcat ſuperiorem, vel ſi recognoſcit, recognoſcat ſecundum quid, & noo ſimpliciter. ſcito igitur, hic poteſt dari talis doctrina, quòd omne feudum, etiam ſi non exprimatur Ligium, tūc eſt Ligium, qñ fideli-

fidelitas iuratur principi : q̃a ex natura ꝑdominãtis principis
eſt, quod non excipiatur vllus homo, vt C. de legi. l. fi. & in c.
1. de nat. feudi. col. 10. & in c. Imperialem. §. fi. de probi. feu.
alie. per Federic. pręſertim qñ princeps concedit regalia, ſicut
ſunt omnia, quæ pertinent ad ſtatum Imperij, & tributa, & ſi-
milia. Item ſicut eſt Marchio, Comitatus, & Ducatus, & aliæ
dignitates ſimiles, quocunq; modo vſu loquẽdi nominet eas.
Nam realitatẽ potius inſpicimus, q̃ nuda rerum vocabula, ut
C. de liber. præter. l. 5. C. de teſt. l. qm̃ indignum. v. g. ſi nomen
dignitatis ſit Delphinatus, vel vocetur Bannus, ſicut in Vnga
ria, nam in hoc non eſt vis. Si quis autẽ acciperet feudum ab
aliquo vaſſallo, ẽt ſi de facto iuraret fidelitatẽ ꝯ oẽm hominẽ,
tale feudum non eſt Ligium. cõſidera. n. ꝙ tex. dicit, ꝯ omnes
homines fidelitatẽ debet. põdera ergo verbum, debet. ſed iſte
non debet fidelitatẽ contra omnem hoiem, quia impoſſibile
iurat, ergo feudum non eſt Ligium, quia impoſſibile iuramẽ-
tum non habet vigorẽ, ut ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fi.
Pręterea ſemper princeps vr̃ exceptus ad hoc, ut iuſm non ſit
iniquum, vt in d. c. & §. de prohib. ſeu. alie. per Federi. vel poſ-
ſumus dicere, ꝙ ſit feudũ Ligiũ, ſecundũ quid ꝯ oẽs alios, ex-
cepto principe, nec eſt hoc nouũ. Nã quędã non ſunt vera ſim
pliciter, & tñ ſunt uera ſecundũ quid, vt ff. qui ſat. cog. l. ſciẽ-
dum. §. creditor. ſic ergo declarato, ꝙ & quid eſt Ligium, & li
gietas, ſatis apparet ex natura obligationis, qualis cenſeatur
eſſe cõtractus, & cuius nominis. Nã ſicut nomen ꝯctus habet
obligationẽ denominare, ita econuerſo, ut ff. de pręſcri. ver. l.
inſulam. Et hęc dicta ſint pro declaratione primi puncti. &
cõcludo, ꝙ Ligiũ non eſt aliud niſi homagiũ ꝯ omnẽ hominẽ,
qũo ergo homagiũ ſit Regi, cũ ſit ſub Cæſare. Rñdeo, ẽt ſi de
iure ſubſit Cæſari tanq̃ Deo in terris, non dicitur oratio gene
ralis infringi: quia deus, & Cæſar non faciunt fallere regulã:
ſed ei tribuũt intellectũ iuris, & iuſtitiæ. ar. ff. de leg. 1. l. apud
Iul. §. fi. & extra de interu. c. quemadmodũ. Et ideo oẽs princi
pes pñt habere Ligios vaſſallos in media Cæſari, quocunque
nomine vocentur, tanq̃ pars corporis ſui. C. ad l. Iul. maieſt. l.
7 quiſquis. †Modo venio ad ſecundũ punctũ, quo quæritur, q̃d
importet de iure dictũ verbũ, Ligium, ſiue ligietas. vltra con
ditionem, & naturã aliorũ feudorũ 10. col. deſignatorũ, circa
q̃d dicendum eſt, ꝙ quędam ſunt naturę feudorũ generales,
q̃dam ſingulares, & ſingulares naturæ. Quędã proueniunt ex
pactis, quędã proueniunt ex alio capite quantũ ad naturas ge
nerales feudorũ, ſicut eſt acquirere per inueſtiturã traditam,
vel ęquipollentẽ: & uoco ęquipollentẽ fictam traditionem in
caſibus conſuetudine feudorũ approbatam, ut in c. 1. quid ſit
inueſtitura. col. 10. & in Auth. de conſuetudine recti feudi. §.
ſciẽdum. io prin. Item ſicut eſt acquiſitũ retinere, & ad filios
tranſmittere, ſi hęredes ſunt, quia iſte eſt caſus indubitatus,
vt in c. 1. an filius, uel agnatus. col. 10. Itẽ in amittendo per fæ-
loniã contractus, & per fęloniam dicti, vt in c. 1. quæ fuit pri-
ma cauſa beneficij amittendi. & in c. 1. qui. mo. feu. amit. Itẽ
de generali natura feudorũ eſt ſortiti petitoriũ ſingulare, q̃d
non eſt in alijs cõtractibus, ut extra de iud. c. cęterum, videli-
cet, ꝙ ſi eſt controuerſia de feudo inter duos vaſſallos, dñi ſit
cognitio, ſi vero inter dñm, & vaſſallũ, cognoſcant pares cur-
tis, vt in d. c. Imperator Federic. §. ſi de feudo. & ꝙ ibi eſt con-
tentio inter eos, qui propriè dicũtur capitanei, vt duces, Mar
chiones, Comites, & Barones, & ſimiles eis, Imp̃ator, vel Rex,
a quo iudicet, vt in c. 1. cõtra quẽ, vel quos. & in c. 1. de l. cor
radi. plenè per Iac. de Bel. & per me poſt eum in c. 1. de inue-
ſtitura in maritum facta. & multæ aliæ naturæ generales tam
affirmatiuę, q̃ negatiuæ ſunt in feudis. Eſt autẽ natura in feu-
dis quædam conſiſtentia eis attributa præter aliorũ contra-
ctuum naturam. ſimile dicit lex, & in emphyteuſi, ut C. de iu
re emphyt. l. 1. Dico igitur, ꝙ in cõi natura nihil diſtat feudũ
Ligium a feudo ſimplici, ſed bene diſcrepat in homagio: q̃a
iuratur fidelitas cõtra oẽm hominẽ. Item diſtat dignitate, &
nobilitate, ut in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. col.
10. Itẽ forte differt in hoc, quia vaſſallus Ligius non põt dice-
re dño ſuo priori, tu iniuſte cõtendis cũ alio dño meo: immo
præciſè compellitur priorẽ dñm iuuare, quia ei iurauit, ita
ſus eſto, cũ iurauerit principi, uaſſallo aũt non Ligio adhibe-
tur diſtinctio in c. dño guerram. in prin. in tit. hic finitur lex,
deinde conſuetudines regni incipiunt, põt ergo princeps di-
cere, qui mecũ non eſt, contra me eſt, ut not. C. de Iudę. l. celi-
colarũ. Item eſt manifeſta dr̃ia, quam facit tex. præallegati ex-
8 traordinarij capituli: †quia homo non põt eſſe Ligius duorũ
dominorũ pro diuerſis feudis, niſi hoc contingat rõne ſuc-
ceſſionis. & ſic non ex principali propoſito, ut dicit dictũ no-
tabile capitulum, & per hoc eſt reſponſum ẽt ad tertium pun
ctũ. Sed tñ unum reſtat declarandum, nam in feudo ſimplici
poteſt quis habere plurima feuda, & omnia ſub iuramẽto fi-
delitatis: tamen antiquiorem dominũ debet iuuare: eſt enim
cunctis ꝑferendus, vt in c. contra omnes. in d. titu. hic finitur
lex. vbi tex. ſic ait, contra omnes debet vaſſallus dominũ ad-
iuuare, ẽt contra fratrem, & filium, & patrem niſi contra aliũ
dominum antiquiorem: hic enim cunctis eſt præferendus.
ita ſunt verba tex. Pone ergo, Titius habet a Marchione in feu
dum Caſtrum Sancti Stephani, a comite Caſtrum Baldum,
nunquid ſolum antiquiorem debet iuuare, Reſpondeo, de
perſona ſua debet iuuare ſolum antiquiorem; ſ. de perſonali
intereſſentia. Nam propriè perſona eſt honorabilior, gratio-
ſior, & magis acceptata de iure dominis ſuis, quàm ſi mitte-
ret ſubſtitutum, in quo non ita poſſunt reuocari nobilitatis
inſignia, nec virt. præconia abſque eo, ꝙ etiam in ipſis princi
palibus ſolet eſſe induſtria maior, & experientia potior, vnde
citius poteſt occurrere, & ſuccurrere, ꝑcipue in factis armo-
rũ, in quibus conſilium in arma ſumitur, & naturaliter patet.
Et ſi qñ neceſſitas, quę legem non habet, faciat, ꝙ debeat mit
tere ſubſtitutum, mittet quem meliorem poteſt. ſ. primò do-
mino, ſecundo aũt dño ſeruiet de Caſtro ſuo. l. iuxta morem
conſuetum de pecunia mittet hominibus iuxta opum illius
Caſtri proportionẽ: quia ſemper in talibus conſuetudo inſpi-
citur. Et ideo vſus feudorũ appellatur, vt in c. obertus. de feu-
di cog. col. 10. & arg. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. prędi.
vbi tex. dicit, ꝙ eſt ſeruanda cõſuetudo lapidicinarum. dicet
aliquis, quo iure probas hanc diſtinctione, perſonas, & opes
pecuniarias. Reſpondeo, hoc patet, quia perſona eſt quid in-
diuiduum, & ideo eam concernunt ambo dñi, ſed per prius
præfertur prior. ff. loc. l. in operis. & in reb. nõ eſt ita, quia
prior ſolus, & ſecundus ſolus, & nõ circa idem. Nã ſeparato-
rũ ſeparata eſt ratio, vt ff. de cal. l. hęc actio. & C. de don. inter
vir. & vxo. l. ſi maritus. ſicut in iſto exemplo vnus donat mihi
feudum, alter domum: hic non eſt prioritas, nec poſteriori-
tas, quia iſta ſunt nomina relatiua ordinis circa idem ſubie-
ctum, vel circa eundem effectum, vt l. qui duos. ff. de rebus
dub. & in prima conſti. ff. orum. ibi dum dicit, quod primum
eſt, aliud ante ſe habere non põt. & no. relatiuum, quod. eſt re
latiuũ eiuſdẽ ſubſtantię, no. in l. 1. C. de ſen. quę pro eo. ad fin.
Quia mõ videamus, an ſit ita in feudo Ligio, & dico, ꝙ nõ, nã
ita debet ſeruire primo, ꝙ nullo mõ debet ſeruire eius aduer
ſario. ſ. dño ſecundo. Quapropter cũ nõ poſſit ſeruire ſecũdo,
debet dimittere feudũ: quia ꝯ naturã eſt, ꝙ illi gaudeat bene-
ficio, qui non põt ſeruitiũ exhibere, vt in c. 1. de eo, qui arma
bellica depoſuit. & C. de ſac. ſan. ecc. l. qui ſub prętextu. & im
putet ſibi, ꝙ ſe aſtringit ad iſtam perplexitatem per iuſm Li-
gium, ar. ff. de falſis. l. qui duob. nec tenetur hoc caſu dñs ac-
ceptare ſubſtitutũ: quia nõ debet eſſe autor periurij, nã ſolũ
hoc permittitur, qñ ex incidenti pręter culpam ſuam incidit
vaſſallus Ligius in hanc neceſſitatem rõne ſucceſſionis, vt in
dicto extraordinario capitulo eleganter nos docet autor text.
ꝙ autem fuerit nomen illius autoris, ignoro, certè non fuit
Obertus, quia ille ponit nomẽ ſuũ, vnde puto, ꝙ fuerit Gerar
dus Gagapiſti, vel alius autenticus, & magnus vir. Põt ẽt qs
eſſe Ligius unius, & alterius ſimplex. i. non Ligius, vt in d. c.
grandi. ibi, Regi, vel cuicunq; alij. põt ẽt quis ſimul accipere
a pluribus feuda, & tũc ęqualis omniũ cã eſt, vt ff. de pig. act.
l. aliena. §. ſi pluribus. hoc ergo caſu de perſona ſua habet ele-
ctionem, cui ſeruiat, & ſi eligit vnum, debebit alteri ſerui-
re per ſubſtitutum, nec videtur in hoc ſeruiendo eſſe contra
ius ſibijpſi, quia hoc facit ex nã contractuum licitorum, &
cã ſui iuris conſeruandi. vbi. n. agitur de iure conſeruando,
nõ refert, per quem fiat, dummodo iuxta effectum ꝯctus fiat,
vt ff. de ver. ob. l. cum ſeruus. Idẽ dico q̃tũ ad ſeruiendũ ꝑ ſub-
ſtitutum ſiue ſimul, ſiue nõ ſimul, qm̃ idẽ corpus non poteſt

eſſe ſimul in diuerſis locis, ut ff.com.l.ſi vt certo.§. ſi duob.
vehiculum.primo domino ſeruiet de perſona, pſonaliter, &
propriè, ſecundo dño ſeruiet perſunctoriè, ſeu imaginariè.i.
per ſubſtitutũ, qui eſt eius imago, tñ naturę veritatem non ha
bet, vt ff.de relig.l.oſſa.§.fi.& C.de cad.toll.l.vnica.§.ne au-
tem.& ff.de condi.inde.l.ſi nõ ſortem.§.libertus.& ſic quòd
non poteſt fieri in eodem, fiet in ſimili, ut ff.de conſtu.pecu.
l.qui autem.§.ſed & ſi quis. ibi, dum dicit, aliam perſonam
non minus idoneam. & eſt argu. ad hoc.ff.in ius vocati, vt
eant.l.2.& 3.& quod ibi notatur, pręſumitur, quòd ſit ſubſti
tutus idoneus, ſi eſt de eadem conſanguinitate, per illam no.
l.& argu.C.de agri.& cenſi.lib.11.l.neſcimus. Amplius no-
tiſſimum eſt, & vulgantum dictum ſpeculatoris in titulo de
feudis.§.quoniam.ver.& no.vbi ſic ait, & no.quòd eſt homa-
gium Ligium, quod videlicet fit Sereniſſimo domino Impera
tori, vel Regi nullius alterius ſalua fidelitate.illud vero, quod
fit alijs, non dicitur Ligium, quia fit, ſeu iuratur ſalua do.Im-
peratoris, vel Regia authoritate, ut in libro feudorum de pro-
9 hibita feudi alienatione.c.Imperialem. in fi.†Multi tamen pu
tant Ligium homagium eſſe, quando vaſſallus mittit manus
ſuas intra manus domini, & ſibi homagium facit, & fidelita
tem promittit, & ab eo ad oſculum recipitur: quod tñ verum
non eſt, ut dixi.alij dicunt, ꝙ eſt duplex homagium: vnum di
citur Ligium, in quo nullus excipitur quantum ad verba: tñ
ad mentem illi, qui ſupremam, & generalem habent iuriſdi-
tionem, puta d.Imperator, vel Rex intelliguntur excepti, ut
extra de iureiuran.c.venientes. contra quos non tenetur quis
dominum ſuum iuuare, vt in verſi.15.Aliud vero eſt non Li-
gium, quando videlicet aliquis excipitur, puta, facio tibi ho
magiũ excepta fidelitate, qua tali domino meo Ligio teneor,
vel ſaluo, ꝙ poſſim, quem voluero, dñm Ligium mihi conſti
tuere, vt in ver.12.vel ſaluo, quia volo te contra talem iuuare.
ſed prius dictum verius eſt, licèt hoc vltimum cõmunis vſus
loquendi approbet, & ſecundũ hunc vltimũ modum loqui-
10 mur ferè per totũ pręſentẽ.§.† Dicitur autem homo Ligius,
quaſi ligatus dño ſuo: vel legius quaſi legalitatẽ cõtinens, qđ
autem in Italia & alibi vocatur vaſſallagium, in Frãcia homa-
gium appellatur, nos uero prouinciales nobiles feudatarios
uaſſallos, plebeios uero noſtros hoĩes uulgariter appellamus.
quod antiquis poſſit eſſe homo duorum, probatur extra de
ſupplen.pręlatis.cap.Grandi.ibi, uel cuique alij perſonę &c.
Hæc ſunt uerba ſpeculatoris ad literam. Porrò ille nobilis do
ctor ſubtilis Ioãnes de Blanoſco in ſuo tractatu ſuper feudis,
& homagijs.compilato, unde ſpeculator prædicta ſumpſit in
ſua ſumma in ſecunda charta uerſiculo, uiſo igitur. ſic ait,
11 † notandum eſt, quòd duplex eſt homagium, quoddam eſt
Ligium quaſi legalitatem, id eſt fidelitatem gerens, nam ho-
mo legius aduerſus omnes fidelitatem gerit domino ſuo. &
ita in homagio legio nullus excipitur quantum ad uerba, q̃-
tum tamen ad intellectum illi, qui habent generalem iuriſ-
ditionem, intelliguntur excepti, nam contra illos non tenen-
tur dominum ſuum adiuuare, ut ſuprà not. Et per hoc appa-
ret, quòd ius non poteſt facere homagium Ligium duobus,
quia talem ſimplicem fidelitatem, in qua nullus intelligãtur
exceptus præter ſuperiorem, non poteſt quis facere duobus.
& liquido apparet. Eſt homagium non Ligium, quando ali-
quis excipitur, verbi gratia facio tibi homagium excepta fi-
delitate, quam debeo domino meo Ligio, uel ita facio tibi ho
magium, hoc excepto, quòd poſſim mihi dominum Ligium
conſtituere, contra quem uero teneri te iuuare idem eſſet, ſi
exciperetur alia perſona, ut facio tibi homagium hoc exce-
pto, quòd contra talem nobilem nolo te iuuare. iſte eſt homo
non ligius, quia fidelitatem non tenetur gerere aduerſus oẽs,
excipit enim quoſdam, cõtra quos fidelitatem, ſiue auxilium
non tenetur pręſtare. hæc ſunt uerba præfati Ioannis de Blano
ſco ad literam &c. Et eſt ſimile, quod dicimus de obedientia
manuali. Item manus ſignificat poteſtatem, ut ff. de iuſt.& iu
re.l.manumiſſiones.& arbitrium, ut no.ff.de arbi.l.pen.& fa
cit quod no.in l.2.C.quando decreto opus non eſt. Item da-
re alicui dexteram, ſignificat firmitatem, & ſoliditatẽ, ut not.
inſti de verb.obli. in princ. Quapropter ſi homo Ligius po-
nit ſe intra manus principis, ſubditus efficitur illius, nec pœ-
nitentia habet locum, ut ff.de iur.omn.iu.l.eſt receptum.Re-
tentis igitur dictis dictorum magnorum prudentum.i.Ioan-
nis de Blanoſco, & ſpec.necnon dom.Martini de Fano, a quo-
rum ſenſibus minimè recedendum eſt, concluſiue apparet,
quòd ſiue dicatur fidelitas eſſe ſeruitus, vt extra de noc.c.ve-
niens. ſiue dicatur eſſe quoddam ſeruire, quia vaſſallus non
minuitur capite, tamen Ligius ſtrictiori vinculo ligatus eſt,
quia contra omnem hominem excepto Deo in cœlis, & Deo
in terris.i.Imperatore, vel eo, qui eſt in ſuo regno monarcha,
ſicut eſt Rex Francorũ, & ſi qui alij, qui libero fruuntur Impe
rio. Idem tamen in liberis populis puto iuxta notata.ff.de ca-
pti.& poſtliminio reuer.l.hoſtes. Sed videamus, an ſit diffe-
12 rentia in hoc, quod ſequitur. † Nam conſuetudines feudo-
rum dicunt, quòd vaſſallus poteſt renũtiare feudo, & redit
feudum ad dominum, & hoc poteſt etiam inuito ipſo, ſal-
uo quòd dominum nunquàm debet offendere, vt in c.vnico.
§.vlti.de vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij. vnde
non immeritò dubitatur, an idem ſit in feudo Ligio. Pro cu-
ius quæſtionis intellectu ſcire oportet, an primum ſuppoſitũ
ſit verum, & videtur, ꝙ non: quia feudum ſecundum quaſi ſe
cundum omnes doct. eſt contractibus proprium nomen, &
petit actionem, ſed in contractibus nominatis, quia habet lo
cum pœnitentia, vt C.de act.& ob.l.ſicut.nec obſt.ſi dicatur,
ꝙ ex feudo oritur conditio.ex moribus, ſiue conditio.ex lege
Federici, vel Corradi, quẽ ex donatione oritur conditio ex le-
ge, & tamen hodie eſt contractus nominatus, ut not. in l.fi.ff.
de condit.ob cau. Item compromiſſum eſt ꝯtractus nominatus,
& tñ ſi eſt compromiſſum nudo pacto facto, oritur conditio
ex l.vt C.de arb.l.pe. Signum aũt, ꝙ ſit ꝯtractus nominatus eſt,
quia non habet locũ pœnitentia, imo committitur pœna. Se-
cundo arguitur ſic, ſiue dicamus, ꝙ iſte ſit ꝯtractus innomina-
tus, ſiue nominatus, ſiue anomalus: quia plura ſunt negocia,
quam vocabula, tamẽ hinc inde debet ſeruari ęqualitas.ff.de
arbi.l.ſed interpellatur.§.ſi ab altera. ſed ita eſt, ꝙ dominus,
non poteſt reſilire a vaſſallo, vt in c.1.de forma fidelitatis. er-
go nec vaſſallus a promiſſis. Præterea licèt eſſet contractus no
minatus, impleuit ex parte ſua per inueſtituram corporalem,
nec enim habet aliud dominus facere, adeo ꝙ patientia do-
mini non eſt in obligatione deinceps, ſed venit officio iudicis
mercenario, vt l.1.ff.de ſer.ru.pręc. Cum igitur perfectè ſit na
ta obligatio, & actio ipſi domino radicatum, ergo non poteſt
tolli voluntate vnius: vt ff.de neg.ge.l.Pompo.ſcribit. præte-
rea graue eſt fidem fallere, vt ff.de conſtit.pecu.l.1.in princ.
vnde plerunque infamia perſequitur, vbi non eſt fides, vt ff.
13 de infami.§.fur.l.mandati. † Præterea vbi eſt iuramentum,
ideo non habet locum pœnitentia: quia æquiualet ſtipula-
tioni, vt no.in l.ſi pecuniam. in princi.ff.de condit.ob cau-
ſam. nec valeat conſuetudo, quæ inducit periurium, quia
non eſt rationabilis, nec honeſta, vt ff.de pact.l.iure geſtũ.
& generaliter. hanc opin.tenet glo. extra de conſtit.c. quæ in
eccleſiarum. In contrarium eſt text.in d.ca.1. de vaſſallo &c.
Ego dico, quòd aut loquimur in feudo eccleſiaſtico, quòd ec
cleſia concedit, aut de feudo ſingulari. primo caſu refert, aut
verba dicunt, concedimus tibi feudum.l.feudorum. Aut ſim
pliciter, ſi ſimpliciter loquitur gl. conſuetudines feudorũ nõ
officiunt eccleſijs, niſi eccleſia approbet: quia conſuetudines
eccleſijs onerosę nõ valent. Si aũt ſint appoſita illa verba, lege
feudorũ, vel ęquipollẽtia: tunc idẽ in feudo eccleſiaſtico, qđ
quidẽ in feudo laicorũ, vbi ſubdiſtinguo, aut eſt feudũ cõceſ-
ſum ad certũ ſeruitiũ, & non habet locũ in pœnitentia: & eſt
ratio, quia ſtatus obligationis eſt certus, & ideo ea poſt facto
non põt mutari: vt ff.de ver.ob.l.intra inſulam. aut ſimplici-
ter, & tũc põt renuntiari: quia tacitè ineſt hęc conditio, ſi nõ
renuntietur. & hãc tacitã conditionem induxit conſuetudo:
vt d.c.1.vaſſallo, q cõtra conſtitutionẽ Lotharij &c. Ita diſtin
guit gl.in c.vlt.de capitaneo, qui curiam vẽdidit. & ſit ratio:
quia re deficiente deficit onus rei, vt ff.de vſuf.l.cum vſufru-
14 ctuarius. † Modo quæritur, nunquid hoc habeat locũ in feudo Li-
gio. & puto, ꝙ nõ, quia talis ꝯtractus habet vim legis, ut C.de do.
inter vi.& vxo.l.pen.& ff.de pub.l.Cæſar. & inferior non põt
tollere legem ſuperioris, maximè principis, ut C.de legi.l.pe.
& per hęc patet alia differentia no.inter legium, & non Ligiũ.

15 † Sequi-

15 †Sequitur quartum punctum, vtrum cętera bona vaſſalli Li
gij ſint propter ligium iuramentum effecta. & dicendum eſt,
ꝙ non, immo ſunt libera, ſicut bona caſtrenſia, & bona nó ca-
ſtrenſia quo ad onera creditorum diuiſionem recipiũt: vt C.
de teſta.mili.l.2.& ff.eo.l.ſi certarum. & peculia diuerſi gene
ris.ff.de pac.l. hic quęritur.§. poteſt.ff.de min.l.deniq;.§.ſed
vtrum. vnde Ligius, & non Ligius in hoc non differunt, quia
oẽs res ſunt liberæ, quę nõ ſunt obnoxię ſeruituti, vt C.de ſer
ui.& aqua.l.altius.& ff.de ſeru.ruſt.pręd.l.ſeruo generi. Por-
rò hi liberam habent factionem teſtamẽti in rebus franchis,
nam & ipſorum ſtatus in ſeipſo liber eſt, vt not.inſtit.de iure
16 perſo.in gl.†Sed de feudalibus teſtari non poſſunt, vt in c.1.
§.ad hoc.de pace iuram.firman. licèt quidam dicant, quòd ſi
eſſet feudum franchum, poſſunt teſtari in eccleſiam tanquã
inter liberos ſalua proprietate domini, & debitis ſeruitijs. de
hoc conſueuit notari extra de fi.inſtru.c.inter dilectos. quod
mihi non placet, niſi conſuetudo hoc concederet, quia eſſet
oblata domino ſpes conſolidationis, cum eccleſia non deſi-
nat eſſe hæres: ut in cap.ſi clientulus.de feudi aliena.pro hoc
glo.ff.de verbo.obl.l.ſi quis ita.§.ea lege. Item ſecus naturam
feu. videtur eſſe, quòd eccleſia ſuccedat cauſa ingreſſus mo-
na.deponat feudum, & non acquiratur eccleſiæ: vt in c.1.de
eo, qui arma bellica depoſuit. tamen illud debet intelligi, qñ
eſt tale feudum, cui non poſſit ſeruiri per ſubſtitutum, aliàs
donec vaſſallus naturaliter viuit, eccleſia habet commodita-
tem feudi, non radicem, ſed poſt mortem eius nihil eſt. ff.de
pig.l.lex vectig. extra de probat.c.in præſentia. & quod not.
doc.C.de ſacsan.ecc.authentica ingreſſi. non nego etiã, quin
propter ſeruitiorum retardatam præſtationem, vel propter
ipſius feudi temerariam fruitionem, ſi quid debetur nomine
pœnę vel dãni, poſſet dominus recurrere ſuper certis bonis,
ſicut quilibet creditor.C.de ſac.ſan.ecc.auth. qui res iam di-
ctas.ff.ſolu.matr.l.diuortium.§.ſi fundum ad inſtar fructua-
rij. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCII.

1 *An ciuitas ſubiecta alicui domino poſſit facere ſtatuta ſine li-*
centia ipſius.
2 *Quid contineatur appellatione iuris.*
3 *Quando pactum, & conuentio eſt ſpecialis, & ſtatutum ſequi-*
tur generali, an vnum deroget alteri, & quod illorum præ-
ualeat.
4 *Statutum excludens filiam an excludat neptem ex ea.*

Verba pactorum dicunt. Itẽ conuentum eſt inter par-
tes prædictas modo, & forma, quibus ſupra, ꝙ
in ſucceſſionibus ab inteſtato decedentium ſeruentur iura ci
uilia pactione infraſcripta, vel ſupraſcripta, vel conſuetudi-
ne quauis non obſtante. In alio vero capitulo pactorum tale
eſt capitulum, ꝙ conſilium cõis poſſit qñq; ad ſuam liberam
voluntatem capitula, & ordinamenta facere, minuere, auge-
re, mutare ad ſuam propriam voluntatem, pœnas imponere,
minuere, augere, caſſare, & irritare ſemel, & pluries ad ſuam
voluntatem propriam: & quæ fecerint, valeant, & teneant, ꝗ-
rum cõſilio placuerit hęc ſunt capitula, quibus communitas
debet viuere. Iſdem ſequitur quoddam ſtatutum dictę cõita.
ſub hac forma. Itẽ ꝙ nulla fœmina per ſe, vel alium modo ali-
quo, poſtꝗ nupta fuerit, poſſit petere aliquid, aut qõnẽ aliquã
facere, vel mouere alicui fratri ſuo, ſeu nepotibus ſuis occa-
ſione alicuius ſucceſſionis patris, aut matris, ſeu fraternitas,
vel alia quacunq; cauſa, niſi ſibi legatum fuiſſet expreſsè. De-
mum accidit, ꝙ quidam G. deceſſit ab inteſtato ſuperſtite ſo-
rore nupta, & nepotibus ex ea, ac ẽt nepotibus ex alijs ſorori-
bus præmortuis, ac etiam nepotibus, & quodã fratre dicti de-
cedẽtis. Modo qõ eſt inter prędictos de ſucceſſione. quęritur,
1 quid iuris. † Et præmittendum eſt ad euidentiã, vtrum dictũ
ſtatutũ valeat, necne. & vr, ꝙ valeat, ut ff.de iuſt.& iu.l.oẽs pó
puli. in contrariũ vr, ꝙ non valeat, quia iſta cõitas eſt propria,
& peculiaris d.principis Achaię, vel habentis cauſam ab eo,
& peculiares populi non pñt facere ſtatuta, niſi habeant licen
tiã proprij domini, ſed alij populi, qui proprijs moribus, & le
gibus viuunt, & ſunt in quaſi poſſeſſione iſtius libertatis, be-
nè poſſunt ſtatuere, & eorũ ſtatutum habet vim ſtatuti, & cõ-
firmationis, vt hęc probantur ex his, quę leguntur, & no. in l.
2.§.1. quod quiſq; iur. & in d.l.omnes populi. per antiquos, &
mod. Cum igitur cõitas, de qua quęritur, ſit abſq; poteſtate ali-
cuius libertatis ſtatuendæ per ſe, nihil põt ſtatuere, niſi quate
nus pacta dictorũ dominorum determinant dictam cõitatem
ſtatuere poſſe, de hoc nullũ eſt neq; de iure, neq; de facto. Vi-
ſis igitur capitulis dictorũ dominorũ, allegari poteſt, ꝙ dictũ
ſtatutum valeat per dictũ capitulum, qđ incipit, Item quod
conſilium cõis. cũ ibi dicatur. & quę fecerint, valeant, & te-
neant, & ſic libera poteſtas eis eſt conceſſa ẽt in his, quę eſſent
meri, & mixti Imperij, vnde non debet reuocari in dubium,
qđ eſt expreſsè conceſſum, vt ff.de procu.l.procurator, cui li-
bera. & l.1.C.de theſau.lib.10. In cõtrarium vr per capitulũ,
qđ incipit. Itẽ conuentũ eſt, quo cauetur, ꝙ in ſucceſſionibus
ab inteſtato pręciſè iura ſeruentur, quauis pactione ſupraſcri
pta, vel infraſcripta conſuetudine non obſtantib. In quo capi-
2 tulo duo ſunt notanda. primo, ꝙ dicit, ſeruentur iura. † quod
intelligitur de iure ciuili triplici ratione. Primo rõne excellẽ-
tię, & authoritatis, vt inſti.de iu.na.§.ius autem. Secundo ra-
tione naturalis iuſtitię, quæ iure cõi miniſtrat in ſucceſſioni-
bus ab inteſtato: ut in Auth.de hær.ab inteſt.l.nullam vero.
Tertia quia ſtatuta ſunt magis facti, quam iuris, vnde non in-
telligitur de iuribus ſtatutorum: vt in c.1.de conſti.lib.6. Se-
cundo ſunt notanda verba derogatoria. Nam vbi uerba dero-
gatoria apponuntur, ibi id, quod eſt primum in ordinatione
ſermonis, eſt vltimum in determinatione, vt l.ſi ita.ff.de leg.
3.l.ſi quis in prin.teſti. Solu. dictum ſtatutũ dictę communi-
tatis non valet, quia illud capitulum, qđ incipit, Item cõuen-
3 tum. eſt capitulũ ſpeciale in ſucceſſionibus ab inteſtato. † Sed
dictum capitulum, quod incipit. Item quod conſilium com
munis. eſt capitulũ generale, & vbi genus. & ſpecies ſunt in-
comparabilia, vel contraria, ſemper ſpecies derogat generi,
etiam ſi non eſſent uerba derogatoria, uel contraria, ſiue ſpe-
cies præcedat genus, ſiue ſequatur: ut in regulis generi per
ſpeciem derogatur. Ex quibus concluditur, quòd cuilibet ꝑ-
dictorum, de quibus quæritur, ſua portio ab inteſtato debe-
tur, ut in Authenti. defuncto. & in corpore unde ſumitur.
Nam ius cõmune ita diſponit, & dictum capitulum. Item cõ
uentum ita vult obſeruari, & iſta eſt veritas, verum ꝙ aliud
punctũ fuit mihi narratũ pridiè, ſed non fuit narratũ, vt de-
buit narrari, & ideo ſecundum ea, quę proponebantur, tunc
ſcripſi, nunc aũt ſcribo reformato pũcto, immo ordinato po-
tius: quia primo nõ erat bene ordinatũ, vnde ſcęuola ſemper
ait, ſecundũ ea, quę proponerẽtur: quia ex facto ius depẽdet,
4 vt in §.in cliuo capitolino. † Illud nõ omitto, ꝙ ſi dictũ ſtatu-
tũ valeret, excluderet neptẽ, & ſecundũ opi.Cy. quã ponit in l.
1.in pe.q.C.quę ſit longa cõſuet. excluderet ẽt filiũ dictę ne-
ptis, quia de mente legis hoc vr eſſe in nepotibus, & neptibus
pręmortuorũ ſuorũ, quibus non cõpetit illa adiectio, nupta
fuerit. quę verba intelliguntur tpe mortis eius, pro cuius hæ-
ditate agitur. olim dixi in lectura mea, & nũc dico, ꝙ nõ exclu-
duntur: licèt Bar. ꝯ pp quandã virtutẽ incluſiuã, qđ nihil eſt
quantũ ad caſum noſtrũ, immo a ꝯrio ſenſu ſi excluditur illa,
quę nupta, ergo ſecus in nõ nupta. Nã illa verba, nupta fuerit.
hñt vim cõditionis. l.nupta fuerit. ſ.tpe mortis, vt dixi, vel ſi
vis amplius dicere, dic aliqñ. tñ iſta qualitas excluſiua exclu-
dit illã, vel illos, qbus dicta qualitas nõ ineſt. & ſi nõ excludit
illos, ergo nec includit ꝯrios, quia vt ita dixerim, ſucceſſoriũ
ędictũ ſtatuti nõ habet locũ ſuppoſito ineſſe, & in effectu eſſe
anteriore gradu, vt C.de ſuc.edic.l.ſi a me frater. Itẽ ſi quis be
ne reſpexerit Bart. in l.2.ff. ad Ter. ſententię meę non contra-
dicit: quia in alijs terminis loquitur. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCIII.

1 *Tractat pulchrè de modo, & ordine ſuccedendi in feudis.*
2 *Dictio, deinde. & dictio, vlteriores. quid importent.*

1 Primo † dicam de bonis feudalibus, & breuiter, mor
tuo ergo vaſſallo, qui beneficium tenebat, Pri
ma cauſa eſt liberorum. Sed ſi vaſſallus non habet liberos, &
eſt feudum paternum, ſiue antiquum, ſuccedit primo frater

cũ filijs pręmortuorum fratrum, oam fratrum filij ſuccedũt vnà cum fratre defuncti, videlicet in ſtirpes. Nam plures filij vnius fratris prædeſuncti locum obtinent, & ſi ex vno fratre præmortuo extarent 10. filij, & ex alio fratre pręmortuo extarent 5. & veniant ad ſucceſſionem defuncti ſine liberis vnà cum fratre defuncti, ille frater habet tertiam partem, illi 10. aliam tertiam partem, & illi quinque aliam tertiam. vt in c. 1. de gradibus ſuc. in feudum. nam ſucceſſio feudorũ eodem modo cenſetur quantuo ad gradom ſuccedendi, quo cenſentur aliæ ſucceſſiones, quæ ſuot de iure cõi introductę, cũ eadem ſit ratio tam naturalis, q̃ ciuilis, quàm ẽt conſuetudinaria. & de hoc oolla dubitatio eſt, qoia eſt caſus dicti capituli, & eſt ẽt regula in materia feudorũ, ꝙ caſus, in quibus cõſuetudo nõ diſponit ꝯtrũ, ius cõe debet obſeruari, vt in d. §. ſtrenous. de feodi cognitiooe. Ex hoc ſeqoitur, ꝙ in parte feudali Antonij ſuccedunt filij fratrũ Antonij vnà cum Petro. Modò ſequitur videre, quia poſtea deceſſit vnus ex filijs dictorũ fratrũ, videlicet, Stephani, qui uocabatur Henricus, & quæritur, nũquid fratres patrueles dicti Henrici excludantuer per dictũ Petrum ipſius Henrici patruum. & dicendum eſt, ꝙ ſic, quia dictus patruus eſt in tertio gradu dicto Henrico, & dicti patrueles Germani ſunt in qoarto, & certũ eſt, ꝙ tertios gradus qoartum excludit. C. de legi. hęr. auth. ceſſante. & ita debet intelligi tex. qui eſt in d. c. de gradibus. ibi dum dicit, deinde agna-
2 ti vlteriores. † Illa enim dictio, deinde. & illa dictio, vlteriores. ẽt eſt ſignificatiua ordinis graduũ, videlicet ꝙ primo ſuccedant primi vlteriores, deinde remotiores, & ſic vſq; ad tertiũ gradum tranſuerſaliom, uel ſecundũ alios in infinitũ. i. q̃diu extat aliquis illius generationis per lineam maſculinã, vel ſecundũ alios in infinitũ. l. in tẽpus lõgiſſimum. i. vſq; ad decimam generationẽ. Sed de his non eſt hic diſputandũ, ſufficit remittere ad capitulom primũ. §. hoc aũt. qoi feudum dare poſ. Item ꝙ prędicta ſint vera, probatur, quia certũ eſt, ꝙ ſucceſſiones ab inteſtato deferuotur iure proximitatis, ergo proximior antefertur, ut C. de ſucceſſorio ędicto. l. 1. & l. ſi auia. hoc ẽt manifeſtatur ex ipſa rub. de gradib. ſucced. in feud. nã vbi gradus, ibi pręlatio. & ꝑ hoc determioatum eſt quid iuris in feudum. Idem dico in alijs bonis non feudalibus, quia tex. eſt in d. auth. ceſſante. & in auth. poſt fratres. & ubi eſt caſus legis, nulla eſt dobitatio. C. de fur. l. ancillæ. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCIIII.

1 *Sicut vſurarius manifeſtus eſt probibitus teſtari, niſi ſeruata forma cap. quanquã. de vſu lib. 6. ita ſit probibitus codicillari, & donare cauſa mortis, ſecus inter viuos. & nu. 3.*

2 *Don. cau. mor. an magis accedat cõtractui, quã vltima volun. Adde infra conſ. 298. vbi circa do. cau. mor. tenet contrariũ.*

1 Quæritur, † vtrum vſurarius manifeſtus non pręſtita cautione poſſit donare cã mortis. & noo loquor de do. cau. mor. quæ fit in teſtõ, vel codicillis: quia de illa non eſt dubium, ꝙ non põt, quia nemo inteſtabilis poteſt codicillari, ut l. 2. ff. de leg. 1. & ff. de iore codicil. l. diui. §. codicillos. & io hoc concordant oẽs doc. in c. q̃q̃. §. fi. de vſur. lib. 6. Sed loquor de do. cau. mor. quæ tranſit in contractum ſtipulationis, ita ꝙ agitur ex contractu, vel tranſit in pactum nudum, ex qua agitur condictione ex l. ſi quis argentum, vt no. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. męuio. & per Cy. in l. fi. C. de do. cau. mor. de iſtis duabus do. cau. mort. no. in l. legatum ff. de leg. 2. & l. vt hæredibus. Et videtur, ꝙ iſte contractus non ſit prohibitus, vt ff. de ver. ſig. l. verba geſſerunt. nam iſta donatio eſt ſpecies cõtractus, & oritor obligatio, & actio ex contractu, ergo nõ eſt vltima volontas, ut ff. de ver. ob. l. verba geſſerunt. Item non eſt relictum, licèt babeat vim relicti, vt nor. C. de colla. authen. ex teſtamento. ſed contrarium dico, nam ille, qui eſt inteſtabilis ſuo delicto, non poteſt cauſa mortis donare, ut l. 1. ff. ſi qoid in fraudem patroni. Item cum aliqua forma requiritur in vltima uoluntate, eadem requiritur in donat. cauſa mortis, ut ff. de tranſact. l. cum hi. Item reſciſſo teſtamento per contrátabulas reſcindatur don. cauſa mor. ut l. 1. ff. de lega. pręſtan. Item ſicut popillus non poteſt teſtari, ita oon poteſt cauſa mortis donare, ut l. 1. §. 1. ff. de tutel.

2 & rationibus diſtrahendis. † Et licèt io contrahendo accedat magis contractui, quam vlti. voluntati, vt not. in l. 2. ff. de do. pręleg. tamen ſecus eſt quo ad acquiſitionem fiendã ex eo, quod poſt mortẽ demum quęritur, & obligatio incipit ab hęrede, vt no. in l. 1. C. de do. cau. mort. dñium ex ex tranſit ſine traditione, ſicut in lega. vt in l. 3. & 4. ff. de publ. & licèt nitrur conditio, nihilominos oritur actio ex teſtõ ſecundum gl. & Dy. & facit quod no. inſtit. de do. Item ſi diceremus cõtrarium, ſequeretur abſurdum, videlicet, ꝙ committeretur fraus de contractu ad vltimam voluntatem. Item donatio cã mortis eſt quid mixtum, ergo accipimus id, quod nocet ꝑ delictum donatoris. & hanc partem credo veriorem, licèt hęc qõ ſit diſputabilis, & facit quod no. in l. 1. ff. de teſt. vbi gl. æquiparat codicillos, epiſtolam, donationẽ cauſa mor. & permiſſionem gratuitam factam poſt mortem. Itẽ facit quod no. C. de pac. l.
3 fi. † Donationem autem inter viuos bene põt facere: quia hoc nõ probibet decretalis, quanq̃ nec eius ratio ſicut põt facere certos ꝯctus, & procuratores, & inſtitores inſtituere, vt l. eius, qui in prouincia in prin. & l. lecta. ff. ſi cer. pe. cũ ſi. Ego Bal.

CONSILIVM CCXCV.

1 *Stante ſtatuto ciuitatis, quòd mater, & linea materna extantibus agnatis maſculis non ſuccedat, an ſi extant mater, & amita, dicti agnati excludant amitam. & concludit, quòd non, & reprebendit multis rationibus opinionem Bar. in l. 2. ff. ad Tertull.*

Statuto Ciuitatis Parmæ cauetur, ꝙ mater, & linea materna extantibus agnatis maſculis nõ ſuc-
1 cedat. † Modo quæritur, ſi extat mater, & auia, vtrum dicti agnati excludant amitam. & videtur, ꝙ ſic, vt ſenſus ſtatuti ſit iſte, agnati maſculi, & non mater, vt ſic ſtatutum habeat ſenſum duplicatum, alterum agnatis maſculis delatiuum, quia conditio appoſita a lege tacitam inducit diſpoſitionem, vt per multas leges, & rationes ſatis notabiles tenet Bart. in l. 2. ff. ad Tertu. quas hic deſcribere eſſet fruſtra. duo enim ponderanda ſunt. ſ. fauor lineæ agnatorum, & fauor maſculorũ. nam plerunque deterior eſt conditio fœminarum, quam maſculorum, vt l. in multis. ff. de ſtatu hom. cum materia vulgari. In contrariom videtur, quia ſi vera eſſet ratio Bart. ſimiliter ponderato hoc ſolo ſtatuto excluderetur ſoror vtrinque coniuncta ipſi defuncto, vel filia fratris. Sed iſta conſequentia eſt abſurda, & iniqua, quòd agnati, qui eſſent in 10. gradu, excluderent ſororem carnalem, vel fratris filiam, quæ eſt in 3. gradu agnationis, & eodem morbo abſurditatis laborat opi. ſua dicendo, quòd excludat amitam. Iſti enim caſus ſunt omiſſi a ſtatuto, ioiquitatem, & abſurditatem debemus vitare, vt inſtitu. de legi. agna. ſucc. §. ſed quia ſanei. & dictum exemplum de ſorore patet apertè in inſtitu. ad Tertul. §. ſoror autem. & ſi dicatur, aliud in ſorore, aliud in amita, iſta opinio nihil valet, ſi ratio Barto. eſt vera: Præterea excloſa vna non excluditur alia, quæ non inuenitur excluſa: vnde non eſt bona conſequentia, eſt excluſa linea cognatorum propter fauorem agnatorum maſculorum, ergo eſt excluſa linea agnatarum, ſeu fœminarum de linea agnationis, eo quòd nec ratio ſtatuti, nec verba in hoc poſſunt patrocinari maſculis, & vbi deficiunt verba ſtatuti, deficit ſtatutum, vt ff. de acquir. hæredi. l. ſi cum ſeruum. §. non dixi. Cum enim verba ſtatuti nullo modo poſſint trahi ad hoc, abſonum eſſet dicere, quòd ſtatutum corrigeret ius commune. & hoc colligitur ex theorica Cyn. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. 1. in pen. quæſtione. vbi diſtinguit, an verba ſtatuti poſſint trahi, quanquam improprie, & tunc trahuntur, vnde ſic diſtinguo. Aut ea virtute incluſiua, de qua dicit Barto. ſequeretur abſurditas, & legis correctio: tunc non ſit incluſio. C. de condit. inſer. l. cum patrem. aut non ſequeretur abſurditas, & tunc ſit incluſio: verbi gratia, ſi ſoror, vel amita repudiaret, vel decederet, & nõ tranſmitteretur, quo caſu procedere poteſt opi. Bart. ſi autem ſequeretur abſurditas, & legum correctio, & graduum pręposteratio, tunc dico, ꝙ opi. Bar. non eſt vera, quia iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto. Et ideo concludendo dico, quòd in caſu prædicto amita ſuccedit, non ꝙ de ſe poſſit excludere matrẽ,

Sed

Sed quia eandẽ inuenit excluſam per ſtatutũ mediante perſona agnatorum maſculorũ: ſicut habet quis per mediam perſonã excludentẽ, quod non habet per ſe, vt ff. ad Tert. l. æquiſſimam. eſt verum, ꝙ Mod. multum ſequuntur opi. Bart. Tñ in hoc perperã, vt puto, vel nõ condẽnãdo Bar. ſed ſaluãdo, intelligo ipſum cum diſtinctione prędicta. & ſi dicatur, quẽ ergo fauorẽ habet maſculus? Certè hoc nõ me mouet, quia ſtatutum duo requirit copulatiuè, vnum ex parte excludentis, ꝙ ſit agna. maſc. aliud ex parte excluſorũ, ꝙ ſit de genere materno, ſeu cognatorũ. Item rñſio, quia aperta eſt ſibi via potẽtialiter: quia poſſibile eſt eum ſuccedere, vbi nõ ſit alia perſona in medio, q̃ genus maternũ. nã ſi genus paternũ ei obijcitur, ẽt fœmininã excludi nõ puto, quia nõ eſt ex eo ędicto naturali rõne, ęquitate, & ẽt iure, ſubtilitate inſpectis, & antiqui doctores ante Bart. iſtum paſſum habuiſſent pro indubitato. & hoc dico ſaluo cõſilio cuiuſlibet melius ſentientis, cui etiam me ſubmitto. ſ. veritati, & iuſtitiæ. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCVI.

1 *Si res fuit data inſolutum pro pecunia cum hac reſeruatione, quòd ſi res euinceretur, remaneret prima actio integra, accidit, ꝙ res non fuit plenè tradita, nec tradi poteſt, an agi poſſit primaua actione.*

1 Quæritur, † res fuit data inſolutum pro pecunia hoc modo. & cum iſta reſeruatione, videlicet, ſi res euinceretur, duraret actio prima. Accidit caſus, ꝙ res nõ fuit plenè tradita, nec tradi põt. Modo quęritur, nunquid vigore reſeruationis poſſit agi actione primęua. & ratio dubitationis eſt, quia qđ euincitur, habetur pro non tradito, vt ff. de leg. 1. l. non quacunq;. in prin. Item debet operari plus fictio, quàm veritas, ut ff. ſi cer. pet. l. ſi filius. ſi ergo ficta non traditio ius conſeruat, ergo multo fortius vera nõ traditio ius. reſeruat. Præterea expreſſum in vno caſu operatur in eius ſimile. vnde dicit lex, ꝙ extraneus, qui ſtipulatur dotẽ ſibi reddi ſo. mat. vr idem ſtipulatus matrimonio nõ ſcẽto: ut ff. de cõdi. ob cau. l. ſi ex̃neus. Sed iſti caſus ſunt ſimiles, imo eſt vnus, & idẽ caſus diuerſis tpibus. ſ. a principio, vbi nõ traditur: & ex poſt facto, vbi euincitur. Vnde bene dicit regula iuris, qđ euincitur, in bonis noſtris non eſt. Præterea in ambiguis debemus inſpicere id, quod veriſimile eſt, ut no. ff. de pac. l. veterib. ſed veriſimile eſt, ꝙ voluerit ſibi proſpicere in vtrunq; caſum: cum in vtroq; caſu inueniatur idẽtitas rationis, ad hoc præſtatur. arg. ff. de ſol. l. qui rem. in prin. ibi niſi ex euẽtu &c. Et idem vr̃ dicendũ: ſi quis tradidit, ſed perfunctoriè: id eſt nec plenè, nec cum effectu: quia nõ dr̃ traditum, ꝙ efficaciter non eſt traditũ: vt ff. de pac. l. emptione. Præterea pro hoc vr̃ lex quaſi expreſſa. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. l. 3. §. deſinere. In cõtrarium vr̃, quia lege cauetur, ꝙ exceptio, uel reſeruatio in unum caſum nõ comprehendit alium: quia non inuenitur reſeruatus, ut ff. de peric. & com. rei uendi. l. ſi uina emerim. ſicut. n. caſus excluſus non põt includere, ita ſolus excluſus non debet includi. Præterea quotiens legis ordinatio generalis diſponit unum generaliter, & ſpecialis prouiſio hominis diſponit aliud ſpecialiter, talis caſus ſpecificatus non extenditur ad alios caſus, qui ſub regula includuntur, ut ff. ſi quis cautionibus. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ff. de fun. inſtru. l. quęſitum. §. idem reſpõdit domo. ſed hic procedit legis ordinatio generalis, ꝙ qñ datur res per pecuniam, prima actio extinguitur, & ſecunda contrahitur, ut plenè leg. & no. C. de ſen. & interlo. l. libera quædã Theodora. ergo de primo ad ultimũ concludendo iſte caſus nõ intelligitur reſeruatus. Præterea iſti caſus. ſ. rem non eſſe traditam, traditam, & euictam, ſunt caſus in ſuis terminis contrarij: ut ff. de euic. l. habere licere. hoc ẽt oſtendunt actionũ genera: quia ante traditionem agitur ad tradendum, poſt traditionẽ uero agitur ad duplum, quę non cõmittitur re non tradita: ut l. 1. in prin. ff. de act. emp. niſi haberetur pro tradita: ut l. ſi rem. in princ. ff. de euic. Quæſtio dubitabilis. Nam inſpecta cauſa uerborum, & mente cõtrahentiũ, quę eſt inſpiciẽda, ut no. in l. 1. §. ſi non ditione. ff. comm. prædiorum. uidetur prima opinio uerior. Ego de iuris ſubtilitate ſecundum opinionẽ ueram puto per id, quod legitur, & no. ff. de preto. ſtipu. l. Valerianus. & ff. loca. l. cum in plures. §. l. dicta. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCVII.

1 *An ſi teſtator mandauit per ſuos fideicommiſſarios, vel executores aliquid etiam pium fieri, quando eis, vel maiori parti eorum videbitur, vel placuerit, ipſis non facientibus infra annum poſſit poſt lapſum anni d. epiſcopus de tali executione ſe intromittere. & tenet, quòd non propter clauſulam ſuſpenſiuam poſitam in teſtamento.*

Teſtator In ſuo teſtõ diſpoſuit, ꝙ certa pars bonorũ deueniat in pauperes Chriſti adijciens hęc uerba, in prædictis uero ſuos fideicommiſſarios fecit G. M. & D. & quemlibet eorũ inſolidũ cũ poteſtate cõmutandi, & conuertendi in alias cauſas, prout oibus tribus, uel maiori parti placuerit. & adiecit hęc uerba, nolens tñ ipſe teſtatur ipſos fideicõmiſſarios ſuos aſtringi poſſe, uel debere in aliqđ tẽpus dicta legata executioni mãdare. & adiecit, ꝙ executio nõ deuoluatur ad aliquã aliam pſonã ex curſu tẽporis alicuius, ſed ſolũ remaneat in dictis ſuis fideicommiſſarijs. Modo q̃ri

2 tur nõ reuocando in dubium ſubſtantiã relicti, † utrum poſt annum deuoluatur executio ad d. epiſcopum. & uidetur, ꝙ ſic, quia executio epi eſt publici iuris, ut C. de epiſc. & cler. l. nulli. & ideo nõ põt ei derogari p teſtatorẽ: ut in Auth. ibi poſita. In cõtrarium uidetur, nã hoc fideicõmiſſum uidet̃ delatũ in tẽpus mortis executorũ, niſi in vita ipſi aliter duxerint declarandum, vt ff. de leg. 3. l. fideic. §. ſic fidei. Nam multum refert, vtrum verba ſuſpenſiua apponantur a teſtatore, & tũc d. epiſcopus nihil poteſt in contrarium: quia non debet ęgredi fines mandati, nec põt d. epiſcopi teſtamenta reſcindere: vt C. de teſta. l. conſulta diualia. Aut verba non ſunt ſuſpenſiua legati, vel diſpoſitioni, ſed pura, vel purificata, & tũc propter negligentiã executorum deuoluitur ad d. epiſcopum. Cõcluſio ergo eſt iſta, ꝙ vbi non eſt negligentia, ibi non eſt deuolutio, & ideo ſi teſtatur vult legata præſtari tunc, & quando executoribus placuerit, d. eps non põt eos compellere, ꝙ pręmaturè faciant executionem, quia non poteſt imponere teſtamento, & dilationem poſitam in teſtamento non poteſt præuenire, vt ff. ad Trebell. l. ſed ſi ante. lex ergo loquitur in his, quæ pertinent ad neceſſitatem executorum, non in his, per quæ reſcinderetur teſtamentum, vel mutaretur in alteram formam, quia vt ibi dixi, expectanda ſunt tempora teſtamento deſignata. ff. de vſu. l. in fideicõ. §. cum polidius. vel per quæ induceret̃ maior obligatio in pſona hẽdum, q̃ teſtatur voluerit. ar. ff. de ver. ob. l. ſtip. illa. §. inter certã. & C. de fideic. l. poſt mortẽ. & ff. de leg. 2. l. vnũ ex familia. in princ. & ita dixi in l. 2. ff. de leg. 2. in rep. & lectura mea. iſta. n. diſpoſitio, qũ voluerit. appoſita grauato, vel executori, vel vtriq; tractũ habet vſq; ad diẽ vitę ſuę: vt d. l. fideicõmiſſa. §. ſic fidei. & eps ante nec cõpellere, nec exequi põt: quia forma teſti refragatur. argu. ff. man. l. ſi tibi mãdauero, vt pro me. in prin. aliàs nihil operarentur illa verba tẽporis ſuſpenſiui. iſtud. n. qđ epiſcopus non ſe intromittat, vt nunc, nõ eſt propter meram prohibitionẽ teſtatoris, ſed pp ſuſpenſiuã eius diſpoſitionẽ. & per hoc reſpõdetur ad c. hæredes. & ad c. nos quidem. extra de teſta. ita rñdetur ad §. ſi quis antẽ non implens. in Auth. de hęre. & falc. & in Auth. de eccleſia. tit. §. ſi quis. quia ibi nõ volebat implere votum teſtatoris, hic ſic, ſed ſuo tẽpore. & per hoc ẽt nõ obſtat conſtitutio d. epiſcopi: quia ſolus Papa põt diſponere, & nõ ſine cauſa contra voluntatem teſtantis, vt not. in c. q̃q̃. de vſur. lib. 6. Item quia dicta conſtitutio fit ad executionem voluntatis, nõ ad derogationẽ, vnde bñficiũ dilationis nemini eſt auferendũ, vt l. iuſtas. C. de iu. fiſ. lib. 10. vel mutaret̃ in alterã formã: q. a vt dixi, expectãda ſunt tpa teſtõ deſignata, vt ff. de ſut. l. in fideic. §. cũ pollidius. Dico igitur, ꝙ apponẽdo tẽpus legato, videlicet dicendo, qñ executorib. placuerit, ꝙ iſtud qñ d. epiſcopus non põt de manu executorum auferre per illam rationem, quia ante non ſunt negligentes. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCVIII.

1 *Vſurarius manifeſtus an poſſit ſe obligare titulo, & cauſa do-*

cauſa mor. & aduerte, quia contra tenuit, ſuprà conſi. 294.
2 *Teſtamenti appel. quid veniat.*
3 *Diſpoſitio. c. quamquã. de vſuris. lib. 6. an ſit fauorabilis, vel odioſa, & an locum habeat in dona. cauſa mortis.*

1 Quæritur, † vtrum vſurarius manifeſtus non p̃ſtita cautione poſſit ſe obligare titulo, & cauſa donationis cauſa mortis, nec ne: tex. n. decre. q̃q̃. de teſtamentis. loquitur, in quibus teſtator nullo modo obligatur, de don. autem cauſa mortis nihil ibi exprimitur, ſi. n. propriè
2 accipiamus † verbum hoc. ſ. teſtm̃, ſignificat vniuerſalem diſpoſitionẽ cum hæredis inſtitutione, vt l. proximè. ff. de his, q̃ in teſt. delẽ. ſi aũt largè, ſignificat vltimam mentis teſtationẽ, id eſt etiam codicillos factos ab inteſtato, vel epiſtolam, vel ẽt ſine ſcriptura relic. vt no. ff. de teſta. l. 1. tamen impropriè codicilli ab inteſtato dicuntur teſtm̃, & ideo ex eis non oritur directa actio ex teſtamento, ſed vtilis: vt not. in d. l. 1. in vl. gl. & hoc non eſt propter aliud, niſi quia dicit impropriè. Nam ex proprio ſignificatu competeret actio directa, nec eſt aliqua lex, quæ dicit, ꝙ ſit tertius modus. ſ. impropriiſſimè, videlicet vt comprehendat ſtipulationẽ cauſa mortis. licèt glo. hoc ſentiat in l. 1. C. de do. cau. mor. aliter tñ ſentit, & melius in l. legatum eſt. ff. de leg. 2. & l. cũ pater. §. mequia. & l. vt hæredib. ſecundũ igitur propriã ſignificationẽ, & ẽt ſecundum impropriam, & largã nomine teſtĩ dicta ſtipulatio non continetur, abuſiuã aũt interpretationẽ, & impropriiſſimã facere nõ de-
3 bemus, maximè qñ ſumus in legũ correctione. † certũ eſt. n. ꝙ illud. c. q̃q̃. corrigit iura vetera tã ciuilia, q̃ canonica: quia ſecundum veterẽ iuris prouidentiã poterant de bonis ſuis teſtari ſaluo iure creditorũ ſuorum, vt ff. ſi cer. pe. l. eius, qui in prouincia. in prin. ſed emanauit illa decr. q̃q̃. fauore animarũ, ĩn iſte fauor non eſt ſine odio: quia cuilibet debet eſſe licitũ teſtari de bonis proprijs, cũ hoc permittatur ẽt prædonibus, & piratis, & publicis meretricibus, q̃q̃ turpia lucra ſint hæredibus extorquenda, vt ff. ad Tre. l. ſed & qui magna. & ff. de cal. l. in hęredẽ. nec lucro fiunt epiſcopis, ſed fiſco, ut ff. de inoffi. teſt. l. Pap. §. meminiſſe. Reſtat ergo ius canonicũ pp frequentiã criminis vſurarij: quia magis frequentatur pp dulcedinẽ vſurarũ, & quia impunè delinquitur, & charitas refrigeſcit. & niſi remedium adhiberetur, infinitę animæ damnarentur. ſtatui ſpecialiter in teſtamẽtis vſurariorũ, ꝙ cautione prætermiſſa eſſent inualida ipſo iure, nec loquitur de ꝯctibus, ergo non habet locũ in ꝯctibus, vt ff. de ver. ſig. l. verba geſſerũt. nã nullo iure cauetur, ꝙ vſurarius manifeſtus non poſſit ſe obligare tam in vita, q̃ poſt mortẽ, ut in l. 1. C. ne actiones ab hęredibus, & ꝯ hæredes. & C. de ꝯhen. & com. ſtip. l. veteris. & no. in l. vlt. C. de pac. Sed contra hoc opp. nam lege cauetur, ꝙ nomine teſti continetur quęlibet vltima voluntas. Itẽ l. cauetur, ꝙ do. cau. mor. accedit vltimę voluntati cõſiderato effectu, ut inſti. de don. §. 1. quia iſta nõ eſt bona argumẽtatio, ꝙ vbi agitur de legum correctione, non procedit arg. a ſimili, vt no. C. de ſac. ſan. ecc. auth. quas ac. Præterea iſta non ſunt ſimilia: vt no. C. qui teſta. fac. poſ. l. femini. Præterea ſicut nos non debemus eſſe clementiores lege, ita nec ſeueriores, ut ff. de acq. hære. l. ſi ſeruum. §. nõ dixit. & C. de coll. l. illum. præterea facilè erat legiſlatori declarare, ꝙ idem eſſet in do. cã mor: nã qñ lex hoc vult, exprimit, ut patet C. de ca. tol. l. vnica. circa fi. Porrò nemo dicturus eſſet in ſtatutis, ꝙ ſtatutum diceret, ꝙ nemo poſſet teſtari ſine pręſentia propinquorũ, ꝙ non poſſet cauſa mortis donare, quia cur diuerſis vocabulis vocarentur, ſi nõ differrent? vt C. de codi. l. ſi idem. cũ ergo ſtatutũ hoc non dicat, nec nos dicere debemus: ut l. 1. ff. de teſt. & ff. ſol. mat. l. ſi vero. §. de viro. Concludo igitur, diſpoſitio. canonis nõ debet trahi ad diſpoſitionẽ legum in caſu omiſſo a canone, ſequitur dicẽdũ, ꝙ dicta ſtipulatio cauſa mortis valet, nec eſt nouum, ꝙ maior idoneitas requiratur in actu teſtãdi, q̃ in do. cã mor. & maior ſolennitas, ut ff. de do. cã mor. l. tam his. Pręterea do. cauſa mor. nititur conſenſu duorũ teſtiũ voluntatẽ vnius tñ. Conſtat autem firmius eſſe, quod cõſenſu duorum firmatur, vt legi. & no. in l. 1. C. de pac. benè ſcio, ꝙ multæ leges poſſent in ꝯtrium allegari, & vna ratio naturalis, ne fiat fraus cautioni, niſi rñdeatur, ꝙ nõ eſt fraus aſſumere viam a iure conceſſam. Illud aũt nõ dubium, ꝙ donatio cauſa mortis accedit ꝯtractui innominato, & locum habet pœnitentia, & datur condictio ob cauſam, vt ff. de do. cau. mor. l. Senatus. nec dubitauerunt caſſiani, vt ff. ſi cer. pet. l. non omnis. & l. cum quis. ff. de condi. ob cau. Et ideo rectè dictum eſt donationem cã mortis accedere magis cõtractui, q̃ vltimæ voluntati, ut l. 2. ff. de dote pręle. & l. 2. ff. de leg. 1. & tangitur. C. de coll. auth. ex teſtã. Concludendo igitur ex prędictis dico, ꝙ ſecundum propriã ſignificationem, & ſtrictam, uel largam dic. c. q̃q̃. non loquitur, vel intelligitur de ſtipulatione cã mort. nec cautius lator cogitauit de ea, & ſi cogitauit, non conſtat nobis. Porrò ſi quę leges ſunt, quæ nomen relicti ad donationem cauſa mor. trahant, non identitatẽ ſignificant, ſed interpretationem extenſiuam, quam puto non habere locum in caſu dicti c. ad quod etiam dicendum me mouet multorum modernorum authoritas, qui hoc idem tenent, & præſertim Illuſtris collegij Mediolanenſis, quòd vt mihi refertur, & aliàs conſuluit, & nunc plurimi magni ſapientes illius collegij ita conſulunt, & ideo ab eis non deuio. Et confirmatur, quia ſequeretur, quòd vſurarius manifeſtus non poſſit donare filio ſuo in poteſtate poſito, cum talis donatio habeat vim relicti, niſi præſtita cautione Gregoriana: quod a nemine relatum ſcio. Accedat prædictis, quia ius publicum, quod conſiſtit in factione teſtamenti, poteſt facilius denegari ratione delicti, q̃ ius proprium, & priuatum, quia lex ſuum, nõ tuum tibi denegat auxilium, ut no. in ſum. C. qui potio. in pig. hab. l. aſſiduis. Et nos uidemus, quòd deportatus põt cõtrahere, & non teſtari. ff. de leg. 3. l. ſi deportati ſeruo, idẽ in excõicato dico, ꝙ poſſit, quia non poſſet teſtari ſecundũ Hoſt. tamen donare poſſet, & capaci ſtipulanti ſe obligare: quia licitum eſt ſibi ſtipulari, vt in §. alteri. & ſi quis dicit ꝯtrium, ut ei credamus, alleget text. vel glo. ordi. legibus munitam, q̃q̃ prima facie propter larga uerba glo. dicti c. quanquã. tenet ẽt Io. Ant. & Archi. multi mouerunt ad opinionem contrariã. dicit lex, ꝙ iniquum eſt ingenuis hominibus nõ eſſe liberam rerũ ſuarum alienationem. ff. ſi a parente quis fuerit manumiſſus. l. non vſq; adeo. ſanè tamẽ conſilium ad vltimam confuſionẽ manifeſtorum vſurariorũ ſtatuit, vt eorum teſtamentis nullus interſit, vt eorum teſtamenta ſint irrita. Sed hoc conſilium figit pedes. ſ. in teſtamentis, ab inteſtato autem ſucceſſores habent, & eos contrahere poſſe nulla l. vetat, quia non poſſe ſe obligare tam in vita, q̃ poſt mortẽ non eſſet eis tam deteſtabile, q̃ non poſſe teſtari. & hęc ſit concluſio, vbi lex figit pedes. nec eſt noſtrum legem extendere, ibi nos figere debemus, vt not. in ſimili ff. pro ſocio. l. ſi non fuerit. & patet expreſsè. in l. vlti. C. de prædijs curia. lib. 10. iuxta illud Horatij.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra, citraq; nequit conſiſtere rectum.

Vt notat. inſti. qui. mod. nobis acquirunt. in rub. Et per iſtud reſponſum eſt l. ſi. ff. de tranſact. l. cum hi. §. idem erit. dicendum, quia ibi uertitur fauor, & ideo extendendus, vt ff. ſi quid in fraudem patro. l. 1. §. ſi vero. neque enim quia ibi agitur de præiudicio tertij, hic non, nec etiã conſcientia vrget: & quia per hoc nullus locupletatur cum alterius iniuria, ſed ſolummodo ſumus extra pœnam illius capituli. Sed quõ rñdebitis ad l. 1. §. 1. ff. de tut. & rationib. diſtrahendis. cum gl. ſua, quæ dicit, ꝙ qui non põt teſtari, nõ põt cauſa mortis donare. Rñdeo, illa regula eſt vera, quando non præcedit alia iuris diſpoſitio donationem cauſa mortis præmittens. Sed hic præcedit generalis diſpoſitio legum, quæ non inuenitur correcta, niſi in teſtamentis. Porrò in materia permiſſiua, cui permittitur teſtari, permittitur cauſa mortis donare, quia eſt fauor, vt ff. de legat. præſtan. l. ſed ſi mortis. Et ad prædicta faciunt duæ leges, quæ apertam differentiam faciunt inter donationem cauſa mortis, & legatum. Nam in donatione cauſa mortis veniunt fructus percepti viuo donante: ſecus in legato, vt ff. de legat. 3. l. ſi mulier. §. ſed ſi habenti. coniuncta. l. vxor patrui. C. de leg. Item expreſſius dicit lex, quòd per deportationem vltima voluntas intercedit, ſed donatione cauſa mortis confirmatur, vt ff. de donat. inter virum, & vxor. l. ſed & ſi mors. quæ multum facit ad deciſionem noſtræ quæſtionis. & facit quod no. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura. in vlt. gl.

Quia

Quia modo reſtat reſpondere, licèt tactum ſit ſupra. Nam certum eſt, ꝙ id, quod vna via prohibetur, alia permitti non debet, ne lex circunſcribatur, & deriſoria reddatur legis diſpoſitio. Sed ſi eſſet permiſſa donatio cauſa mortis, iā illud. c. q̄q̄. non valeret vnam muſcam, quia vſurarij ſibi proſpicerent, id eſt per viam donationis cauſa mortis. Sed reſpondeo, hic conſideranda ſunt tria. Primum quod maximum. ſ. hæredis inſtitio, quantum ad hoc illa decretalis non poteſt circunſcribi, quia in donatione cauſa mortis nemo hæres inſtituitur. fallit in milite, vt C. de pact. l. licet. Secundo modo poteſt conſiderari quantum ad codicillos factos ad teſtamentum, & idem, vt l. proxima. donatio enim cauſa mortis non fit propriè ad teſtamentum, nec ad inteſtatum, nec requirit aditionem hæreditatis, vt confirmetur, ſed donatarius habeat, contra quem agat ex ſtipulatione, vel pacto ad inſtar cęterorum creditorū, vt dixi in l. 2. ff. de leg. 1. Tertio poſſumus cōſiderare codicillos factos ab inteſtato, vt ſi per aliam viam, q̄ per cautionem Gregorianam proſpicere ſibi poſſet vſurarius, nō videtur magnum inconueniens. Quid enim ſi vellet donare pauperibus, vel pijs locis, erga quos, & quæ non poteſt codicillari, & ideo non vult præſtare cautionē, ne viuus excommunicetur, nunquid eſt magna iniquitas iſta? certe hoc eſt iniquum ex dictamine naturali, vel diuino. Item hæc eſt alia via, ſed non eſt ſimilis, nec par, ergo non prohibita. facit quod no. Dy. ff. de lega. 1. l. ſeruum filij. §. qui chirographum. de primo igitur ad vltimum concludendo ſalua ſemper determinatione ſanctæ matris eccleſiæ concludo donationem cauſa mortis non eſſe damnatam, ſed poſſibilem, & dato poſſibili, quòd datur poſſibile qualitatis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXCIX.

1 *An ſi debitor, qui promiſit ſoluere in loco contractus, & vbicunque fuerit inuentus, ſit citatus in alio loco, quàm contractus, quia ibi fuit inuentus per hanc citationem, dicatur interrupta præſcriptio.*

Proponitur, ꝙ iam ſunt 48. anni, vel circa, quidam A. de ſancto Nazario mutuauit cuidam B. de ſancto Nazario 120. flore. quos promiſit ſoluere in loco contractus, & vbicunque fuerit inuentus, qui cū inde fortè ad 25. annos eſſet inuentus Papiæ, fuit ad petitionē creditoris citatus, & poſitus in banno, tamen de hoc non apparet, niſi relatione nūtij, qui dicit eum citaſſe occaſione prædicta, & aliter nō ſe declarat, nec apparet de commiſſione. eſt verum, ꝙ ſtatuto Papiæ cauetur, ꝙ ſtetur relationi nuntij.
1 † Modo quæritur, an pręſcriptio ſit interrupta. dicitur enim, ꝙ iſte erat Papiæ tanquam aduena, & ſic non potuit citari, vt ff. de iudi. l. hæres abſens. quia non intelligitur veniſſe, qui ſtatim eſt receſſurus, vt ff. de publicanis. l. Cæſar. Item quia non apparet de commiſſione iudicis, vt C. de exhiben. reis. l. neminem. Item quia verba nuntij ſunt indiſcreta, & non certa, & ſic non faciunt fidem, vt ff. de iure fiſci. l. ita fidei. In contrarium videt, ꝙ dicta præſcriptio ſit interrupta. quod ſic probatur, forum prætera eſt competens, & emanauit citatio, ergo eſt ſupra præſcriptio, vt C. de præſcri. 30. an. l. ſicut. & l. cum notiſſimi. Primum probatur per l. contraxiſſe. de ac. & ob. nō obſtat, ꝙ ſit aduena, quia tunc eſt verum, ꝙ aduena non poteſt conueniri, niſi promiſerit ibi ſe ſoluturum, vt not. in d. l. hæres abſens. Secundo ꝙ fuerit citatus, probatur per relationem nuntij cōiuncto ſtatuto communis Papiæ, quo cauetur, ꝙ relationi nuntij ſtetur. non obſtat ſi dicatur, ꝙ iſte non eſt Papi. quia nos ſumus hic in ordinario iudicij, & ſic inſpicitur lex fori iudialis, non lex fori contractus celebrati, vt l. 1. C. de eman. lib. & not. in l. cunctos pop. Item non obſtat, ꝙ non apparet, quòd fuerit citatus legitimè, quia præſumitur pro officiali, quòd actum ſuum legitimè fecerit, ex quo apparet de mandato, vt ff. de euic. l. herennius. §. 1. Item non obſtat, quòd citatio ſit generalis, & indiſcreta, quia ſpeciale eſt in citatione quo ad interrumpendam præſcrip. nam citans in citatione videtur omne ius ſuum intentaſſe, citans dico. i. citari faciens, vt C. de annali exce. l. ſi ex multis. & not. ff. de iud. l. ſi quis intentione ambigua. Ego Baldus.

CONSILIVM CCC.

1 *An vaſſallus poſſit refutare partem ſuam feudi paterni alteri confratri ſuo, vel agnato, ſeu illis donare non conſentiente domino. & nu. 3.*
2 *An donatio vaſſalli facta modo, quo ſupra requirat inſinuationem.*
3 *Donatio principis non requirit inſinuationem.*
4 *Notarius ſtatim, ꝙ eſt creatus, poteſt facere inſtrumenta.*
5 *Diuiſio an præiudicet in feudo quantum ad res donatas.*
6 *Subſcriptione longiſſimi temporis quid requiratur.*

1 Textus in c. 1. de alie. feudi paterni. ſic dicit. † alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus. & poſtea ſubdit, & licèt prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen ſi eſt paternum, conceditur. vnde ibi eſt expreſſum, ꝙ frater fratribus cognatis poteſt partem ſuam donare etiam non conſentiente domino, quemadmodum poteſt in manu ipſorum agnatorū ſuam partem feudi refutare, vt in c. vnico. de eo, qui fecit finē agnato de feudo paterno. & ratio conceſſionis inter agnatos eſt quia non videtur alienatum, quod eſt in agnatorum corpore, ſeu linea conſeruatum, vt C. de fideicommiſ. l. volūtas. & l. 1. C. de imponenda lucra. deſcrip. lib. 10. Eſt autē notandum, ꝙ textus dicit, ꝙ dicta donatio valet quaſi refutatio. per refutationem enim eximitur perſona refutantis. Nam qui partem ſuam habere nō vult, ſe facit a feudo alienum. idque quodam iure ſucceſſorio pertinet ad eos, quibus refutando conſoluit, & nō ad dominum. & hoc teneo pro firmo, ꝙ donatio
2 valuit tanquam refutatio. & hoc de primo puncto. † Modo ſequitur videre, an dicta donatio Indigeat inſinuatione ſupra legitimam ſummam. & certum eſt, ꝙ donatio principum nō indiget inſinuatione, quia habet vim legis, vt C. de don. inter virum, & vx. l. penu. qua ratione motus dn̄s Bart. de ſaxo ferrato conſuluit, ꝙ quædam donatio cuiuſdam caſtri, quam fecerat vnus Princeps de Vrſinis alteri principi eius conſorti, non indigeret inſinuatione, quia vbi eſt princeps, ibi non requiritur inſinuatio, vt C. de teſtamētis. l. omnium. & cum inſinuatio ſit actus iuriſditionis voluntariæ, poterit idem donare, & apud ſemetipſum inſinuare, ut ff. de adop. l. ſi cōſul. & l. an apud. ff. de manumiſ. uindicta. Sed ego neſcio, ſi iſti, de quibus quæritur, poſſint vocari principes. & credo, ꝙ non, tamen in feudo uidetur ualere iſta donatio: quia nō eſt propriè donatio, ſed renūtiatio, ut litera dicit. ſicut enim habere rem pro derelicto non requirit inſinuationem, ita nec renuntiatio beneficij. Item iſta eſt potius quædam natura feudi, quàm ſit contractus donationis. id autem, quod procedit a natura feudi, non requirit inſinuationem, aliàs ſequeretur, ꝙ nec in manibus dn̄i uaſſallus poſſet renunciare, niſi interueniſſet inſinuatio, quod ridiculum fore puto, ut in c. 1. de uaſſallo, qui contra cōſtitutionem lotharij. Item ſequeretur, ꝙ ſi uaſſallus cōſentit, ꝙ dominus faciat inueſtituram ei, ad quem feudum per ſucceſſionem non pertinet, ꝙ talis inueſtitura nō teneret ſine inſinuatione, quod falſum eſt: quia in uſibus feudorum nunquam inuenies factam mentionem de inſinuatione, ut in c. 1. §. Preterea. quibus mo. feu. amit. de bonis autem proprijs non poteſt uaſſallus facere donationem ſine inſinuatione, niſi uſque ad quingentos aureos, ut C. de dona. l. ſancimus & l. ſi quis argentum. Ex his ſequitur ſtatim ſolutio tertiæ principa
3 lis quæſtionis, † uidelicet ꝙ dictus donator id, quod alteri poſtmodū de feudis donare non potuerit, quia non fuerit de agnatis, nō potuit alteri uēdere, nec pignori obligare, ut ff. de pig. l. lex uectigali. & C. de do. ante nup. l. ſi ante. & l. de reb. & eſt ſciendū, ꝙ reſeruando ſibi uſumfructum uſ poſſeſſionē tradidiſſe: ut C. de do. l. quiſquis. Res autē non feudales quatenus deſcendunt legitimam ſummam, benè potuit uendere, & obligare, quia alienatæ lege non permittente non erant, & remāſerant in bonis donatoris, ut ff. de pign. l. & quæ nondum. §.
4 quod dicitur. † Super alio puncto dicendum eſt, ꝙ ſtatim, ꝙ notarius eſt creatus, poteſt conficere quælibet inſtrumēta, & ita ualet primum ſicut milleſimum: ut ff. de offi. præto. l. bar
5 barius Philippus. † Super alio uero puncto utrū diuiſio præiudicet

iudicet in ſeudo quantum ad res donatas, & reſpondetur, ꝙ
noo, quia præſumitur, ꝙ errore iuris facta ſit, vt l. ſi filia. in
princ. ff. fami. er. & C. de colla. l. qui ſoror. & quod not. ff. de
verb. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. & ff. de pac. l. tres fratres.
6 † Super alio puncto vtrum noceat ſibi longum ſilentium, di
cendum eſt, quòd non, quia in rebus, in quibus fuit error,
fratres non habent titulum, qui requiritur in præſcrip. lon.
tem. 10. vel 20. annorum: vt C. de præſcri. longi temp. l. fi. &
C. de præſcri. 30. ann. l. ſi quis emptionis. & ff. de viuca. l. cum
ſolus. & l. celſus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCI.

1 *Stante conſtitutione ſynodali, qua cauetur, ꝙ exequutores te*
ſtamẽtorũ ad pias cauſas infra annum a morte teſtatoris cõ-
putandum debeant voluntatem teſtatoris integraliter adim
plere ſine aliqua monitione. Alioquin ſint priuati executio-
nis officio. & d. Epiſcopus &c. quid ſi teſtator facta inſtitu-
tione pauperum iuſſit exequutoribus, vt exequutionem face
rent, prout, & quando eis videbitur, & ꝙ per nullius tempo
ris lapſum deuoluatur dicta diſpenſatio ad aliquam aliã per
ſonam. An per lapſum anni exequutores ſint priuati, & an
teſtator poſſit dare poteſtatem exequutoribus ſuis commu-
tandi legatum ab eo factum ad pias cauſas, prout eis viſum
fuerit. & num. 4.
2 *Hæc dictio, prout. quid importet.*
3 *Hæc verba, cum commodum tibi erit &c. poſita in diſpoſitio-*
ne teſtato. circa exequutio. quid importent.
5 *Diſpoſitio captato. non valet ad pias cauſas, & quæ dicatur*
diſpoſitio captatoria.
6 *Teſtator an poſſit prorogare tempus exequutionis datum a le*
ge, vel conſtitutione ſynodali.

Conſtitutio † patriarchalis, ſiue ſynodalis quę
dicit, ꝙ in diœceſanum tam ſecun
dum formam iuris, quam ſecundum cõſtitutiones ſynodales
domini Patriarchæ intelligatur eſſe trãſlatum, ſatis eſt conſo
na iuri cõi. & aliquid etiam vltra addit, ſtatuimus, vt exequu-
tores teſtamentorum ad pias cauſas intra annum a morte te-
ſtatoris computandum debeant voluntatem, & executionem
teſtatoris integraliter adimplere ſine aliqua monitione, alio-
quin ſint priuari exequutionis officio. tamen ſuper dicta con
ſtitutione facio fundamentum, quia æqua rationabilis, vt C.
de epiſ. & cle. l. nulli. & extra de teſta. c. nos quidem. & ff. eo. l.
ſi hæredes. & quod no. in Auth. de hære. & fal. §. ſi quis autem
non implens. & in Auth. de eccle. tit. l. ſi quis. Sed conſideran
da ſunt verba dictæ conſtitutionis, nam inquit conſtitutio, te
neatur infra annum a die mortis teſtatoris ſine alia monitio-
ne integraliter exequi voluntatem, & diſpoſitionem teſtatoris
ipſius voluntatis, igitur diſpoſitionẽ teſtatoris præcedere ne-
ceſſe eſt, circa quam voluntatem teſtatoris conſiderandũ eſt
non ſolum, quid teſtator diſponat fieri, ſed etiã quando, quia
tempus qñ eſt extremum, a quo incipit annus conſtitutionis
ante enim tempus præfixũ a teſtatore præſtationis legati non
incipit annus cõſtitutionis, quia nec executio fieri poteſt, nec
debet, cum exequutor habeat ſeruare formam mandati & ff.
man. l. ſi mandauero tibi. vt pro me in diẽ fide iubeas. in prin.
& ff. de leg. 2. l. ſi ita ſit. §. ſub conditione, vt ff. de vſu. l. in fidei
commiſſi. §. cum pollidius. & hoc, quãdo dies certa eſt appo-
ſita exequutioni, & fortius ſi dies conditionalis, vt ff. ad tre. l.
ſed ſi ante. & l. ſed ſi alia. §. fi. & hoc quando tempus eſt præci
ſum. & in his terminis non ſtat quæſtio noſtra. Sed ad euiden
tiam dicendorum præmittendum eſt, quid ſi tempus non eſt
deciſum, ſed ad arbitratium: verbi gratia dicit teſtator, man-
do hęredi meo, vt pro anima mea conſtruat hoſpitale, prout,
& qñ ſibi videbitur, vel ꝙ pro anima mea dotet tot puellas,
quando ſibi videbitur, nunquid habeat locum ius cõe, vel cõ
ſtitutio epiſcopi, ꝙ infra annum debeat declarare ſuum velle.
& videtur, ꝙ ſic, vt l. fi. §. 1. C. communia de le. In contrarium
vſ, ꝙ iſta verba ſint extenſiua in tempus mortis grauati: quia
dicit lex, ꝙ hoc legatum, qñ voluerit, tractum habet, quãdiu
viuat is, a quo fideicõmiſſum relictum eſt, verum ſi antequã
dederit, deceſſerit, hæres ipſius præſtat, vt ff. de leg. 3. l. fidei-
commiſſa. §. hoc autem legatum. Sed ibi fuit appoſitum ver-
bum, voluerit. ſecus enim ſi dixiſſet cum arbitratus fuerit. Nã
tunc nõ habet tractum, niſi prout bono viro videri debet, vt
ff. de fideicom. libertatibus. l. thais ancilla. §. ſorore. & in l. 1.
ff. de leg. 2. Solutio, requirendum eſt ad verba teſtamenti, id
enim fiendũ eſt, quod teſtator voluit, & in neceſſitate poſuit.
Sed ſi poſuit aliquid non in neceſſitate, ſed vt id hæres præſta
2 ret, quando præſtare maluerit, † ſeu prout maluerit, quia iſta
dictio, prout. bene ſignificat tempus, & qualitatem, vt C. de
eden. l. edita actio. tunc voluntas teſtatoris ſeruanda eſt, & ra-
tio, quia ita teſtator voluit, vt C. de neceſſarijs ſeruis. l. cũ qui
dam. in fi. & ff. de ver. ſig. l. nepos proculo. ver. Nam qui ambi
guè loquitur. & C. de fideicom. l. voluntas. Nam teſtamento
morte cõfirmato nemo addere, vel mutare põt, dicit lex, ſicut
ſcriptum eſt, ita ius eſto, vt ff. de ver. ſig. l. verbis. Nam pro iu-
re legitimo debet haberi hominis ſani voluntas, vt ff. de le. 2.
l. codicillis. §. vl. Nec debet hæres cogi ad ſoluenda legata, vel
fideicommiſſa ante tempus, quia teſtator, qui appoſuit tem-
pus, tacitè videtur prohibuiſſe ante tempus, arg. ff. de lega. 2.
l. ſtatuliberum. §. Stichum. & ff. de verbo. obligatio. l. ſtipula
tio iſta. §. inter certam. & ff. de verbo. ſignific. l. cedere diem.
Quia his præmiſſis in quæſtione noſtra conſiderandum eſt,
vtrum tempus ſit appoſitum relicto. An autem relictum ceſ-
ſerit, & venerit dies, ita ꝙ tempus ſit appoſitũ ſoli exequutio-
ni. & videtur, ꝙ tempus ſit appoſitũ ſoli exequutio. id eſt eius
officio. Nam teſtamentum plures partes habet, habet enim in
ſtitutionem pauperum pro quarta parte, & ex natura inſtitu-
tionis eſt, ꝙ non recipiat diem, vel conditionem, vt ff. de hęre.
inſti. l. hæreditas ex die. ergo inſtitutio pauperum eſt pura, &
præſens, & ſtatim mortuo teſtatore de pauperibus quæſitum
ius. Nam quemadmodum quæritur legatum, ita & hęreditas
fauore pauperum. hoc enim caſu hæreditas dicitur deducto
ære alieno, & ſic ſperant commodum, & nõ incommodum:
vnde eſt eadem ratio, quæ in legatis, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. vt
inter diuinum. Ecce igitur, ꝙ habemus inſtitutionem purã,
ſed declaratio pauperum, quę eſt mera exequutio, eſt illa, quę
eſt commiſſa exequutoribus pro ſua conſciẽtia infra anni ter
minum implenda, vt d. l. nulli. Duo igitur ſunt præcepta te-
ſtamenti, quia ſeparatæ ſunt clauſulę, vt ff. de condi. & demõ.
l. hæc ſcriptura. ff. de le. 1. l. quidã teſtamento. C. quando dies
lega. cedat. l. ex his verbis. Pręterea aut teſtator diſponit de po
teſtate exequutorum, aut de bonis ſuis. Primo caſu debet ma
gis ſeruari legis diſpoſitio, quàm teſtatoris volũtas, vt in auc.
licèt. poſita ſuper d. l. nulli. ſecundo caſu ſeruanda eſt volũtas
teſtatoris, quia poteſt rebus ſuis legem imponere, quam vult
vſque ad mortem, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. 1. & illud, quod di-
ſponit verſus principem, vel deum, alterare, reuocare, vel cõ-
mutare ad diem, vel ad conditionem ſuſpendere, ſiue in eadẽ
voluntate, ſiue in alia, & ſiue in eadem particula teſtamenti,
ſiue in alia, vt ff. de alimentis leg. l. 3. §. conditio. ff. de condi.
& demon. l. quibus diebus. §. quidam titio. & no. ff. de act. &
ob. l. obligationum fere. §. conditio. In ſolutione contrarij de
dicto §. quidam. in gl. ord. Quòd autem deus, vel princeps in
hoc ab alijs non differant, probatur, vt C. de teſtamẽtis. l. om
niũ. ver. nec ſanè. & C. qui teſtamenta facere poſſunt. l. ſi quis
Imperatorem. Videndum eſt igitur, vtrum teſtator diſpoſitio
nem ſuam limitauerit quo ad officium exequutorum tantũ,
an quo ad verba, quæ diriguntur in ipſos pauperes. Nam ver-
ba, quę diriguntur mero exequutori, reſpiciunt officium, ſed
verba, quæ diriguntur grauato, inſpiciunt relictum. Pondere
mus igitur verba teſtamẽti, & omiſſis legatis, quia legatarijs
ſatisfactum eſt, venio ad inſtitutionem hæredum. Verba teſta
menti dicunt, ꝙ in quarta parte inſtituit pauperes Chriſti eli
gendos per alios ſuos hæredes. Nota iſta, & ſi teſtator non pro
ceſſiſſet vltra, non eſſet dubitatio, ꝙ ſi non eſſent electi infra
annum a morte teſtatoris computandum ex ficta monitione
conſtitutionis, epiſcopus haberet ius iſtius quartæ partis di-
ſtribuendæ propter cohæredum deuotionem, & ipſius legis,
ſiue conſtitutionis vim, & autoritatem, vt l. 1. in fi. ff. de penu
lega. Sed teſtatur vltra proceſſit, & mentem ſuam talem eſſe
ordinauit, videlicet quia dixit, volens etiam ipſe teſtator di-
ctos ſuos fideicommiſſarios, de quibus plenè confidit, diſtri-
buere,

buere, & diſpenſare debere partes hæreditatis infraſcriptas,
ſecundum quod ſibi melius videbitur, & prout tantum eis
placuerit. Et fac hic pũctum. Et hucuſq; idem, quod ſ. dixi.
Quia ſi non eſſent plura verba, eſſemus in caſu conſtitutionis
de anno, & transfuſione exequutori mãdari. Hic enim ſermo
ad qualitatem pauperum, non ad tempus refertur hucuſque,
vt ff. loca. l. ſi in lege. ver. ideoque arbitrium. Sed videndũ eſt
id, quod ſequitur, quia oratio imperfecta eſt niſi tota lege pro
ſpecta, vt ff. de legi. l. in ciuile. & ſequentia declarant præcedẽ
tia, vt ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & ff de teſta. l. hære
des palam. §. ſed ſi notam. ſcripturæ enim vicinæ ſeinuicẽ de
clarant, vt C. de inſt. & ſubſti. l. ſi teſtamento. & extra de app.
c. 2. requiris. Sequitur igitur in d. teſtamẽto hoc verbum pro
3 commodo ſuo, & in hoc multum inſiſto. † Quia hæc verba,
cum commodum tibi erit. exponuntur. i. ceſſantibus difficul
tatibus, & impedimentis, vt ff. de ver. ſig. l. nepos proculo. &
ff. de fideicommiſſa. liber. l. thais ancilla. §. 1. & maxime conſi
derata filiæ charitate, quam teſtator nolit ſtrangulare ad cele-
rem venditionem bonorum, vt ff. de neg. ge. l. diuortio. & l. 1.
4 C. de prædijs curialium. li. 10. † Sed illud, quod eſt magis in
dicto teſtamento ponderandum, eſt id, quod ſequitur. addit
poteſtatem, & bailiam commutandi dicta legata in alienum
piam cauſam, prout maluerit ea commutare ad libitum ſuũ,
ac ſimiliter dictas partes hæreditatis &c. & dubitatur hic, an
exequutoribus poſſit dari illa poteſtas. Nã Ia. But. dicit, ꝙ nõ.
5 C. de teſta. mili. l. captatorias. † quia dicit, ꝙ diſpoſitio capta-
toria non valet ad pias cauſas. Sed Bar. dicit cõtrarium per c.
cum tibi. extra de teſta. Præterea cum hoc poſſit fieri cauſa co
gnita, vt ff. de vſuſ. legato. l. legatum ciuitati. ergo multo for-
tius teſtator poteſt hæc diſponere, nec dicit' captatoria diſpo
ſitio ſalua reuerentia Butricarij, quia non dicitur captatoria
diſpoſitio illa, quæ nõ põt deficere a ſua ſubſtantia, vt l. verũ.
§. 1. ff. de reb. dub. Sed iſta diſpoſitio non poteſt deficere a ſua
ſubſtantia, quia alteratione, ſeu commutatione ceſſantibus re
manet in ſuo eſſe, videlicet, in ipſorum pauperum inſtitutio-
ne. quæ tamen alteratio deberet fieri de ſimilibus ad ſimilia,
vel meliora, quia verba teſtamenti debent in melius commu-
tari, prout expedientius videretur fieri pro anima teſtatoris:
quia confidentia, quã habuit teſtator, magis tendit ad grauã-
dum, quàm ad releuandum hæredes, vt ff. de leg. 3. l. vnum ex
familia. §. Imperator Marcus. & ſi facis hic punctum, omnia
iſta non faciunt tranſitũ ĩ. annũ, poſtea tranſeunt ad Epm cũ
quadam qualitate poteſtatis alterandi, cũ alia altera non poſ-
ſit, niſi ſolus Papa, vt in c quia cõtingit. de reli. do. in cle. Sed
quid aſt, ſequuntur alia verba, quæ ſunt deciſiua quæſtionis,
vt volẽs tũ ipſe teſtator ipſos fideicommiſſarios ſuos aſtringi
poſſe, vel debere infra aliquod tempus dicta legata exequutio
ni mandare, neç dictas infraſcriptas partes hæreditatis diſtri-
buẽre, & diſpenſare, prout ſupra. Sed quid eſt iſta particula,
non diſponit niſi de compulſione, & poſito, ꝙ non poſſent cõ
pelli, non ſequitur, ergo Epiſcopus non poteſt exequi. Nã cer
tum eſt, ꝙ ſi nõ acceptant officium, non poſſent compelli, vt
no. in l. 1. ff. de lega. 2. Et tñ Epiſcopus repudiantibus ſucce-
dit in executiõne, ſicut legitimus tutor ſuccedit excluſo teſta
mentario, & ſi non eſſent plura verba, executio pertineret ad
Epiſcopum. Sed ſequuntur alia verba tam declaratoria, q̃ di-
ſpoſitoria, videlicet iſta. Et iuſſit, ꝙ exequutio dictorum lega
torum, ſiue dictæ hæreditatis diſpenſatio non deuoluatur ad
aliquam aliam perſonam ex curſu temporis alicuius, ſed om
nino remaneat in dictos ſuos commiſſarios, ſiue fideicõmiſſa
6 rios, vt ſupra. hinc ergo oritur quęſtio, † vtrum teſtator poſſit
diſpẽſare vltra curſum anni, & prorogare exequutoribus hoc
tempus. & vꝫ, ꝙ non duabus rationibus: prima, quia annus
eſt in poteſtate legis, & non teſtatoris, vt d. aut. licèt. ſecundo,
quia vbi pauperes ſunt inſtituti directo, nominator, pauperũ
non eſt exequutor, ſed quidam declarator. Nam pauperes de-
clarari capiunt eſſe a ſe ipſis, quia hæc eſt natura hæredis, ꝙ
directo capiat, non per mediam perſonam, vt ff. de hære. inſti.
l. ſed ſi conditione. §. fi. In contrarium vꝫ, quia qui poteſt offi-
ciũ dare, poteſt & illud ampliare, vt ff. de procura. l. vel in per
petuum ita repetere. verbi gratia, ꝙ ſi priuatus fuerit per lap-
ſum primi anni, repetoa eundem exequutorem in ſecundo an
no, & ſic ſingulatim per annos, vt ff. quibus modis uſusfru.
amit. l. ſicut in annos. quẽadmodum ſi teſtator diceret, volo,
ꝙ officium eorum duret per decennium. Nam nulla lege hoc
prohibetur, ergo permittitur, ut l. 1. C. de ſac. ſan. eccle. nũ ub.
aut. licèt. quod verũ eſt, ꝙ teſtator non poteſt prohibere, quin
Epiſcopo reddatur ratio. Sed non dicit, ꝙ teſtator non poſſit
apponere Epiſcopus exequutioni faciẽdæ, quemadmodũ ſibi
placèt. & ad hoc. ff. loca. ſi in lege. in fi. principij. Præterea vt
dixi, iſta eſt magis quædam declaratio perſonarum, quàm exe
quutio, quo caſu dicit Barto. ꝙ poteſt purgari mora vſque ad
li. conteſt. & hoc niſi ſit data poteſtas eligendi quãdocunque
voluerint: & tunc vſque ad mortem poſſunt nominare, & eli
gere ſecundũ Cy. vt ibi refero in lectura mea. & probatur eo.
tit. l. vnum ex familia. in prin. & C. de ſe. nup. l. fœminæ. §. fi.
Item abſurdum videtur, ꝙ ſi teſtator magis confidit de exe-
quutoribus, quàm de diœceſano, quod ſæpe accidit de facto,
non tñ apud bonos, & graues Epiſcopos, ꝙ teſtator non poſſit
ſibi inuenire prouidentiam opportunam. Præterea nõne poſ-
ſet teſtator ita dicere, eligo talem exequutorem, & ſi infra an
num non elegerit, ſubſtituo talem, & ſi talis non elegerit, ſub
ſtituo alium? non credo aliquem dubitare, quin teſtator poſ-
ſet ordinare, ar. ff. de leg. 2. l. vt hædibus. Sicut ergo poteſt ſub
ſtituere Ioãnem Petro, & Petro Martinum, & ſic de ſingulis,
ita poteſt eundem ſubſtituere ſibijpſi cauſa mutata: quia non
eſt idem officium, ſed nouum, & a primo diuiſum tempore,
vt ff de condi. & demon. l. pater ſeuerinam. §. conditionẽ. & l.
fi. §. fi. ff. de vul. ſub. Ex quibus apparet, ꝙ cum ius cõe, & con
ſtitutio Epiſcopi dictet, ꝙ voluntas teſtatoris ſit ſeruanda, ꝙ
Epiſcopi debent expellere exequutores teſtamentarios. Sed ꝙ
poſſunt eis aſſiſtere, ne abutant' officio, in quo teſtator poſuit
in eis confidentiã pleniorẽ, & tenentur reddere rationẽ quot
annis: quia nec ipſi poſſunt ſibi pauperum res imburſare. 12.
q. 3. c. qui Chriſti pecunias. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCIII.

1 *Quid veniat appellatione filiorum, & quid appellatione li-
berorum.*

1 Ad euidentiam † præmittendum eſt, ꝙ ap
pellatione filij quandoque
continetur filius primi gradus tantum: quia filij, & filiæ pro-
priè ſunt, qui primi exiſtunt in ordine naſcentium ex aliquo.
vnde filius meus propriè eſt ille, qui natus eſt ex me, & vxore
mea, vt ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iuris. l. filiũ diffinimus.
nepos autem mutat nomen quo ad alium, quia propriè appel
latur nepos, vt ff. de li. & poſthu. l. Gallus. in prin. & ideo dicit
lex, ꝙ magna differentia eſt, vtrum exprimatur nomen, filius,
an nomen, liberi: quia liberorum nomine omnes deſcenden-
tes continentur, vt ff. de excu. tu. l. 2. §. hæc autem ex conſtitu
tionibus. & ex hoc poſſet inferri, ꝙ quũ nomẽ, filius. pſfertur
in priuilegio, tale priuilegium ſit pſonale, & ad alios liberos
minime extendendum, vt in regula iuris priuilegium perſo-
nale. & ff. de iure immunitatis. l. 1. §. pſonis. ad hoc enim, vt
ad omnes trãſeat, dẽt generaliter tribui, vt l. immunitates ge-
neraliter. eo. tit. alibi etiam cauetur, ꝙ diſpoſitio circa filium
vltra non extẽditur ad alios gradus, vt legi. & not. in Auth. de
reſti. fideicommiſſi. §. manifeſtum. Itẽ ſi pater inſtituit filios,
vel exhæredauit, non comprehẽduntur nepotes, vt ff. de iniu.
teſtamento. l. poſthumorum. facit inſti. qui dari tu. poſ. §. fi. In
contrarium vꝫ: quia filij appellatione omnes liberos intelligi
mus, vt ff. de ver. ſig l. filij appellatione. & ff. de ver. ſig. l. libe.
§. ſed & papi. & §. præter. hæc nã ex naturali affectione ita eſſe
debet, vt ibi dicit tex. Ad hoc etiam facit cõis vſus loquendi,
quia communiter homines intelligũt nomine filiorũ omnes
deſcendentes ſuos: quia hoc nomen, filius. eſt nomen appella
tiuum, non proprium, quia omnes ſunt filij ſanguinis deriua
tione. & hoc in vſibus feudorum apparet, quia licèt textus di
cat, ꝙ nomine hæredis continetur filius, tñ alibi dicit, ꝙ hoc
nomen filius continet omnes liberos in infinitum. & iſta eſt
vera natura huius vocabuli in gratijs, & fauoribus, vt in 1 u.
col. de feud. alie. §. & ſi clientulus fecit. & in c. 1. §. hic autem
qui feudum dare poſſunt. eadẽ col. Itẽ diuina ſcriptura dicit,
ꝙ omnes Hæbrei ſunt filij Abrahæ, & ſic habemus teſtẽ diui-
nam

nam ſcripturam. Item hæc non eſt extẽſio, ſed quidam largus modus ſignificandi. ꝙ igitur non contineatur nepos, videtur dicendum, ꝙ laudum eſt ſtricti iuris, ideo non eſt verborum extenſio facienda. ff. de ver. obl. l. quicquid aſtringendæ. Item æquiparari videtur pacto de non petendo. nã paciſcor ne a te, vel a filio tuo pacta vobis duobus exceptis ab alijs petere potero. ff. de pac. l. auus. & l. idẽ in duobus. §. perſonale. & l. qui in futurum. §. ex altera. item hoc vſ conceſſam duabus ætatibus. ſ. patris, & filij, non in perpetuũ, id eſt donec ipſi viuunt, conceſſum videtur, ar. ff. de pac. l. epiſ. l. fi. itẽ ſignificatio ſumpta ex aliquo, id eſt ex filio non debet comprehendere vniuerſam genituram, ſed tunc demum comprehendit, quando ſumitur ex vniuerſo. ff. de pig. ac. l. ſi neceſſarias. §. ſi auus. ff. de leg. præ. l. 1. §. & generale. verborum ſignificatio cõtinetur. vt ff. de ver. ſig. l. ſi propriè. Quia breuiter omnes leges, quæ allegantur pro, vel contra tam prædictæ, quàm eis ſimiles minus ſufficienter faciunt ad propoſitum noſtrum: quia non ſumus hic in priuilegio, vel conceſſione, ſed in reſeruatione libertatis: quia ita dicũt verba, remaneat liber. Nam iſta verba emiſſa enuntiatiue per modum cauſæ ſaltem probant, & pariunt exceptionem, vt ff. de rei vendi. l. emptor. §. ancilla. Certum eſt autem, ꝙ quis libertatem ſuam tranſmittit ad omnes poſteros, vnde qui liberat patrem, liberat quoſque proceſſuros ex eo in quocunque gradu: quia libertas parentum deſcẽdit in poſteros. Cum enim dominus Franciſcus, & filij remanſerint a republica emancipati, & ſui iuris, de neceſſitate ſequitur, ꝙ poſtmodum naſcituri ex eis ſapiant progenitores commoda in quocunque gradu: ſicut emancipo filium, nepos ex eo conceptus poſt eius emancipationẽ non eſt obligatus vinculis meæ patriæ poteſtatis, vt inſti. de patria poteſta. §. 1. Verba igitur, quæ dicunt, ꝙ dictus dñs Franciſcus, & filia &c. nõ faciunt arbitrium perſonale, ſed deſignant, cum qua perſona arbitratium ſit, vt ff. de pac. l. iure gentium. §. pactorum. & ff. de proba. l. ſi pactum. & hoc manifeſtè apparet, quia dictus magnus nobilis dñs Frãciſcus erat dñs ciuitatis, & ex natura dominij, & præeminentiæ erat liber, & reſeruare alicui libertatem non eſt priuilegium, & ideo iura, quæ de priuilegijs allegantur in contrarium, nil faciunt ad rumbum, nec etiam iura, quæ interpretationem filij reſtringunt: quia hic ex natura libertatis reſeruatæ, non tanquam de nouo datæ ad omnes liberos fit extenſio cuiuſcunque gradus. Præterea cauſa iſtius reſeruationis eſt realis, & perpetua, & trãſitoria, vnde poſito, ꝙ diceretur eſſe conceſſio, eſſet tñ in rem quo ad omne genus liberorum. Item beneficia, quæ patres ſua probitate acquiſiuerunt, ſunt tranſmiſſibilia, vt l. 3. ff. de interdict. & relega. Item iſta interpretatio generalis conſonat multis legibus, & ideo non reſtringẽda conſideratione eximiorum meritorum, quæ digna fuere hac remuneratione, & maiori, vt ff. de don. l. ſi pater. & quia in dubio tam ſanguis, quã ratio conceſſiua faciũt etiam gratiam ampliorem, vt ff. de li. le. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. Item hæc eſt benigna interpretatio, vnde de primo ad vltimum concludendo omnes poſteros dicta libertate gaudere in quocunque gradu exiſtentes, ac etiam futurum, quia omnes vnum corpus eſſe videntur, vt C. de impu. & alijs ſubſti. l. fi. & l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. li. 10. & omnia argumenta facta in contrariũ loquuntur de interpretatione ſtrictiſſima, & rigoroſa, non de interpretatione benigna. Item loquuntur, quando agitur de nouo ſtatu, ſeu beneficio quærendo, non qñ de quæſito conſeruando, & maxime fauore libertatis. ar. ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. honorandę. differentia autem prædicta inter de nouo acquirere, & conſeruare, probatur per ar. a ſimili. ff. de procu. l. procuratorem non ſemper. & ff. de pecu. l. peculiũ. la 1. ſi ære alieno. & ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. permittitur. & C. de acqui. poſ. l. fi. Ego Bal.

Ad idem in declaratione nobilitatum trãſeuntium ad deſcendentes.

Pars cuiuſdam priuilegij Caroli quarti tendens ad ſupra ſcripta.

Carolus quartus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex. alia parte dictę bullæ aliuæ vrbis Romæ, in cuius circunferẽtia ſunt hæc verba literę legibiles cum Cruce antepoſita. Roma caput mũdi Regit Orbis frena rotundi. & ſuper dictam vrbem ſunt hæ literæ legibiles. aurea. Roma. per me Nicolaum de Bellignano notarium, & communis Ianuæ cancellarium infraſcriptũ viſo, & lecto non abolito, non cãcellato, non abraſo, nõ vitiato, nec in aliqua ſui parte ſuſpecto, ſed omni prorſus vicio, & ſuſpitione carente. cuius quidem priuilegij tenor talis eſt.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis fœliciter amen. Carolus Quartus diuina fauente clementia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ rex ad perpetuam rei memoriam nobilibus Andreæ, & Anton. de Fiſco fratribus quondam Benedicti filijs maſculis quondam Eliam fratris dictorum Andreæ, & Anto. Luchi, & Vincentio de Fiſco fratribus quondam Alberti. Barth. & Nicolao de Caſanona fratribus quondam Vgolini Branchaleono, fratribus Branchaleonis Louaniæ, necnon ſacri lateranenſis palatij comitibus ſuis Imperij ſacri fidelibus dilectis gratiam ſuam, & oẽ bonũ. Sceptrigera Cæſare dignitatis ſublimitas, ſicut inferioribus poteſtatibus officij, & dignitatis electione præfertur, vt commiſſos ſibi fideles optatæ conſolationis præſidio gubernet, ꝙ thronus imperatoris tanto ſolidetur fertilius, & vberiori proſperitate proficiat, quanto indeficientis ſuæ virtutis donatia largiori benignitatis munera fuderit in ſubiectos, ſic a corruſcãte ſplendore imperialis ſolij nobilitates aliæ velut a ſole radij prodeuntes, ita fidelium ſtantes, & conditiones illuſtrant, ꝙ primeuę lucis integritas minorati luminis detrimenta nõ patitur. de menſe Ianuarij die prima.

CONSILIVM CCCIIII.

1 *An ille, qui eſt mente captus, poſſit donare, et quis probet alienationem mentis.*

2 *An dominus territorij, vnde eſt delinquens, vel dominus territorij, vbi commiſſum eſt delictum, puniat delinquentẽ.*

3 *An in ſucceſſione feudi vtrinque coniunctus præferatur coniuncto tantum ex latere maſculino.*

1 Donatio, quam Antonius fecit de parte ſui feudi Godofredo ſuo fratri, licèt fuerit facta ſine volũtate Georgij eorum confratris, & licèt feudum eſſet antiquum, & paternum, valuit, & valet de iure: quia hoc permiſſum de conſuetudine feudorum: vt in dic. de alie. feu. pa. col. 10. & hoc verũ, niſi dictus Anto. eſſet mente captus: quia ille, qui eſt mente captus, vel furioſus, nõ poteſt donationem facere, nec aliquem cõtractum, nec etiam vltimam voluntatem, vt ff. de reg. iur. l. in negocijs. oportet tamen, ꝙ dictus Georgius, qui allegat dictũ Ant. tunc fuiſſe mente captum, hoc probet, nam quilibet præſumitur ſanę mentis, contrariũ probetur: vt C. de codic. l. nec codicillos. extra de ſucceſ. ab inte. c. cum dilectus. 2 †Super alio pũcto, videlicet vtrum bannum, & condemnatio Maruni, qui eſt ſubditus dicti Godofredi, debeat pertinere ad ipſum Godofredum ſolum inſpecto, ꝙ dictus delinquens eſt homo ipſius tantum: an vero debeat eſſe communi dictorum trium fratrum, quia delictum fuit commiſſum in caſtro oſegnæ, vel eius territorio, ꝙ commune dictorum trium fratrum pro indiuiſo ſit dicendum eſt, ꝙ non inſpicitur locus, vnde eſt delinquens, ſed locus, vbi eſt delictum conſummatum: quia ratione delicti efficitur ſubditus illius loci, & ibi debet puniri, vt C. vbi de cri. agi oportet. aut. qua in prouincia. illa eſt veritas. Modo ſequitur tertius punctus, quo quæritur, ꝙ cum eſſent quatuor fratres, duo ex primo matrimonio, & duo ex ſecundo, & mortuo patre, dũ poſtea decederet vnus dictorum fratrum, diuiſerunt hæreditatem pro tertijs partibus. 3 † Modo quæritur, quid iuris eſſet, ſi decederet vnus ex dictis tribus: puta Ant. vtrum in parte Antonij ſuccederent ei ab inteſtato Geor. & Godo. æquis portionibus, necne. dicendũ eſt, ꝙ de dicta diuiſione fecerunt quod eis placuit, tamen hoc nõ ob. ſi decederet dictus A. aut loquitur in bonis feudalibus, & ſuccederet vterque pro virili: aut in bonis proprijs, & ſuccederet Godo. tantum: quia eſt coniunctus ex parte patris, & matris, ſed Georgius eſt coniunctus ex latere patris tantum. & duplex coniunctio potior eſt, vt in auth. defunc. C. ad ſe. conſul. & in corpore, vnde ſumitur cõ autẽtica ſeq. ſed cur tam variè, vt vnum ſit in bonis proprijs.

quod

quod non eſt in feudis. reſpondeo, quia in feudis non attenditur materna linea, ſed ſola ſanguis. & hoc ex natura feudorũ & ita eſt cõis opinio, & vera magnorum doctorum. Ego Bal.

CONSILIVM CCCV.

1 *Stante ſtatuto, q villa tenetur ad reſtitutionem robariæ, ſed ſi infra 30. dies præſentauerit malefactorem, vel malefactores, non teneantur. modo quatuor fuerunt malefactores, villa præſentat vnum, an teneantur, & qualiter.*

1 Statuto † cauetur, q aliqua robaria facta fuerit in comitatu Mediolani, habitãtes ibi propè teneantur ad reſtitutionem robariæ, ſed ſi conſignauerunt malefactorem, vel malefactores infra 30. dies poſt robariã factã, q villa non teneatur ad reſtitutionem prædictam. Accidit, q quatuor fuerũt robatores, & vnus ex eis fuit cõſignatus. Quæritur, quid iuris: & videtur, q villa in nullo ſit liberata: vt ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt. l. 1. §. ſi plures. In contrarium vſ, nam vno ſoluente cæteri liberantur, cum ſit mera rei perſequutio, vt l. 1. C. de condi. fur. videretur dicendũ, q debeat fieri diſcutio bonorũ eius, qui eſt in carcere, & ſi ipſe ſolueret, vel bona eius eſſent ſoluẽdo, non perueniatur ad villã: quia ſatis eſt conſultum damnum paſſis. Quatenus antẽ non eſt ſoluendo, eatenus villa tenetur. hoc ſuadet æquitas: quia fiſcus quodammodo incumbit pignori. item pro hac ratione lex mulchis. ff. de iure fiſ. item & mens ſtatuti ſatis dictat hoc per villam alternatiuã, vel quæ eſt in verbis ſtatuti, q cum nõ ſufficiat præſentaſſe vnum pro omnibus, ſatis probatur. l. neceſſarias. §. ſi annuat. ff. de pigno. actio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCVI.

1 *An imperator, vel habens ab eo poteſtatem legitimandi, poſſit legitimare natum ex moniali, et viro habente vxorem legitimam, ex qua habebat ante legitimationem filios legitimos, & naturales, & poſtea etiam habuit.*
2 *An liberi poſtea nati reſcindant talem legitimationem, vel ſaltem non cenſeatur eſſe in eorum præiudicium.*
3 *An tẽpore talis legitimationis ſint citandi legitimi. & nu. 4.*
5 *Legitimatio an extendat ſe ad bona exiſtentia extra terras imperij.*

Caſus quæſtionis talis eſt. cõiugatus, & matrimonialiter copulatus genuit ex quadam moniali profeſſa quendam filium vocatum B. quem videns probũ, & diſcretum legitimari fecit a quodam habente ſuper huiuſmodi a Romanorum Principe poteſtatem, & deinde cautelam a romano Pontifice, mortuo patre ortũ de hæreditate paterna quæſtio inter ipſum, & fratres legitimos, & naturales genitos, & procreatus per dictum A. & vxorem, quã habebat tempore, quo genuit dictũ B. quia dictus B. vult ſuccedere patri æqualiter cum dictis fratribus legitimis, & naturalibus non diſtinctio, vtrum fuerint nati ante ipſum, vel poſt, nec vtrũ nati ante dictas legitimationes, vel poſt. & hoc virtute dictarum legitimationum, per quas dicit ſe fuiſſe natalibus reſtitutum, & eſſe poſitum in ſtatu, & gradu, & iure, in quibus eſſet, ſi fuiſſet legitimè natus. dicti vero fratres contradicendo, & ſe totaliter opponendo, negant dictas legitimationes fieri potuiſſe in præiudicium ipſorum, & per conſequens nituntur excludere
1 totaliter dictum B. A. ſucceſſione paterna. † Modo quæritur, quid iuris tangendo nodos, & puncta, quæ ex prædicto themate elici poſſunt habendo præ oculis deum, & iuſtitiam, ita q habens iudicare non habeat deo, vel mundo reddere rationem. verba Cy. C. de inceſt. nup. Aut. ex complexu. hæc ſunt. Quæritur, nunquid Imperator poſſit legitimare ſpurium. gl. dicit, q ſic. quod intelliguut quidam quãtum ad temporalia. non quãtom ad ſpiritualia. Sed in perſona econtra eſt, vt quãtum ad ſpiritualia poſſit non temporalia niſi in terris temporaliter ſibi ſubiectis. Cy. itẽ verba ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. hæc ſunt, & ſic nota, q beneficium principis legitimat filios inceſtuoſos, & ſic nõ eſt quæſtio, an Imperator poſſit legitimare ſpurios. Cy. verba gl. in Authen. quib. mo. na. effici. ſui. §. ſi. col. 8. hæc ſunt, quæro tamen, an princeps poſſit eos facere legitimos, ſi dicat non obſtante tali lege. puto, q ſic. Accurſus idem no. in 10. col. ſi de feu. ſuc. cõtro. c. naturales. debet forma priuilegij eſſe ſufficiens, & cõprehendẽs caſum, de quo quæretur. iſte enim caſus noſter eſt de raro contingentibus. item eſt ſpurius, & ſecundum quoſdam etiam inceſtuoſus. item vt ita dixerim, iſte eſt natus ex ſacrilegio. itẽ ex ſerua quia monialis eſt ſerua ſuæ profeſſionis, vnde poſſet argui, q princeps non videretur de tam deteſtabili filio ſenſiſſe. Sed in contrariũ eſt veritas propter verba priuilegij, quæ dicunt ſpurios manzeres, & inceſtuoſo copulatiuè, vel disiunctiuè, & quoſcunque ex illicito damnato coitu procreatos ad omnia iura legitima reſtituere, omnem genituræ maculam penitus abolere, reſtituereque ad omnia, & ſingula iura ſucceſſionũ &c. & ſunt appoſitæ debitæ clauſulæ nõ obſtante, ita q priuilegium eſt ſolenne, & ſplendiſſimum. Nihilominus remanẽt duo dubia. Primum dubium eſt, an aliquid faciat ad rem hoc, monialis eſt enim clerica, & perſona ſpiritualis, ſed hoc non ob. quia Imperator nihil ſtatuit circa perſonam monialẽ, ſed circa ſucceſſionem bonorum temporalium, quæ eſt de iure ciuili, & ad quam ſucceſſionem etiam ſpurium princeps poteſt vocare, & ille, qui habet hanc poteſtatem a principe, & in terris imperij, non eſt dubium, vt no. Ia. But. in l. 1. C. de iure. annul. aureo. & ibi plenè ſcripſi poſt eum. nã ita malè poteſt princeps diſponere circa conſanguineam ſicut contra monialem, præſertim ſi eſt prohibitum iure diuino, & tñ in conferẽdo ſucceſſionem non eſt dubium poſſe, quia talia iura de iure ciuili ſunt introducta, vt ff. de ver. ſig. l. lege obuenite hæreditatem. appellatione autem iuris ciuilis etiam prætorium ius
2 comprehenditur, vt ff. vnde cog. l. ſi ſpurius. † Secundum motiuum, & dubium, vtrum liberi poſtea nati reſcindant hanc legitimationẽ ſpurij. & eſt quæſtio mota per Dy. in l. ex facto. ff. de vul. & pup. ſubſti. ſed veritas eſt, q non reſcinditur, qñ pater precibus oblatis facit filiũ legitimari, præſertim in caſu noſtro, vbi de liberis cogitauit tam pater quàm princeps locũ tenens, nec vllo iure eſt cautũ, q ius Imperiali beneficio quæſitum tollatur per liberos poſtea naſcentes, cum non fuerit legitimatio facta in defectum liberorum, ſed ad concurrẽdum cum ipſis. & hoc patet ex tenore legitimationis. non ob. C. de reuo. do. l. ſi vnquam. quia ibi pater non cogitauit de liberis vllo modo, & non erat quæſtio inter liberos, ſed cum quodã
3 extraneo. † Tertium motiuum magis dubitabile eſt, quia in iſta legitimatione nõ fuerunt citati filij nati, nec naſcituri potuerunt cæteros, cum non eſſent in rerum natura. Cum igitur de præiudicio legitimatorum tractetur, non debet decretum officere non citatis, vt ff. de adupt. l. nam ita diuus & ff. de na. lib. reſtitu. l. ſi. Sed Bar. in iſta. q. determinat, q quando pater legitimat filium ſuum, quia dicit legem rei ſuæ. i. ſucceſſioni ſuæ, valeat legitimatio etiam filijs non citatis, quemadmodũ poteſt bona ſua alienare, & de eis teſtari. Nam cum poſſit legitimare legitimis inuitis, nec habeant ius contradicendi, ergo & eis ignorantibus ita tenet ipſe in l. gallus. ff. de lib. & poſth. Si autem fieret legitimatio patre mortuo, non valeret in reſcripto, ſi diceretur citatis, vel non citatis. Concluſio ergo talis eſt, q non obſtante, q non fuerit facta citatio, dictus Gulielmus ſpurius, & ſpuriſſimus, tamẽ ſuccedere poteſt pro virili cum alijs legitimis ante, vel poſtea natis. verba Cy. in
4 dicta l. nam ita diuus. hæc ſunt. † Iuxta hoc dubitatur, vtrum in reſcripto, ſiue priuilegio legitimationis impetrato ab imperatore, vel his, qui vice principis concedunt, ſint vocandi conſanguinei. & videtur, q ſic in hac l. & de iure annul. aureorum. l. diuus. & de lib. cã. l. 1. contra videtur, q non, vt ſupra eo. l. cum adoptio. Item cum talis imperator poſſit de bonis ordinare, quod placet, non debet per alios impediri, vt l. dudum. C. de cõtrahen. emp. Et iſtud videtur mihi verũ Cy.
5 † Porro ſi iſte legitimator haberet bona in terris eccleſiæ, in illis non ſuccederet legitimatus vllo modo: quia verba papæ dicunt, abſque præiudicio aliorum, quæ in huiuſmodi &c. Et ita teneo, & ita eſt veritas ſecundum Deum, & conſcientiam, & reuerentia veſtra poteſt, & ita debet iudicare, & non iudicabitur nec a Deo, nec a mundo: quia nemo amplius quã vos cognoſcit. quod dixi de bonis exiſtentibus in terris eccleſiæ. Idem dico, ſi eſſent in regno Franciæ, vel in terris infidelium,

in

In quibus Imperator noſter Romanus hodie pro nullo reputatur. facit extra qui filij ſint legi. c. per venerabilem. & quod no. in l. cunctos populos. loquor abinteſtato. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCVII.

1 *An, & quando ſufficiat, vel non, a quocunque aliquid fiat.*

1 Verba †Dy. cum quæritur, an ſufficiat a quocunque fieri, aut agitur de iure meo cõſeruando, & tũc ſufficit a quocunque fieri. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. quæſitum. Aut de mea pœnę commiſſione eximendo, & tunc idẽ. vt C. ſi mancipium ita fue. alie. l. ſi puella. aut de alio mihi obligando, & tũc neceſſarium eſt per me, vel opera mea fieri: vt l. 2. ff. de condi. & dem. & ita intelligitur quod not. ff. de ver. obl. l. cum ſeruus. Dy. Ex hoc videtur dicendum pro Marco, qui fuit captus, & repreſentatus. illi boni homines, de quibus q̃rit᷑, non teneant᷑, ſed pro alijs tribus teneãtur ꝑ tribus partibus: quia hęc diſtinctio adhibetur de obligationibus iudicio ſiſti, ſiue de aliquo repreſentando: vt ff. ſi quis cau. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. Sed veritas eſt, ꝙ etiam pro iſto Marco non ſunt liberati: quia tunc eſt verum, ꝙ ſufficit a quocunque fieri, qñ idem effectus ſequitur. Secus ſi non ſequatur idem effectus, vt ff. de leg. 1. l. non quocunque modo. vnde cum dictus Marcus non fuerit præſentatus, a quo oportuit, nec ad commodũ damnum paſſi, vt videlicet poſſet incumbere ei in carcere exiſtenti tanquàm cuidam pignori. Sed magis ad oppoſitum, vnde fuit intruſus in loco, ex quo nullum commodum poteſt prouenire dãnum paſſo, merito ſequitur, ꝙ dicti boni homines, de quibus quæritur, ſunt ad reſtituendũ integraliter obligati, vt l. pedius. & l. ne qd. ff. de incen. rui. & naufra. Ego Bal.

CONSILIVM CCCVIII.

1 *Pater ſi dedit quatuor tutores teſtamentarios filio impuberi hoc adiecto, ꝙ vnus ſine alio gerere non poſſet, & mortuo vno ex eis ſuperſtite tamen matre, & auia pertineat tutela ad alios tres contutores, vel ad ipſam matrem, ſeu auiam.*

2 *Teſtator an poſſit priuare matrem legitima tutela filij.*

Teſtator in teſtamento dedit filio impuberi quatuor tutores hoc adiecto, ꝙ vnus ſine alio gerere, vel adminiſtrare non poſſit. tandem mortuus eſt teſtator, & incontinẽti mortuus eſt vnus ex dictis tutoribus ſuperſtite matre, & auia pupilli, & tribus tutoribus ex dictis nomi

1 natis in teſtamento. † Quæritur, ad quem pertineat tutela, & videtur ad dictos tres nominatos in teſtamento: quia quãdiu ſupereſt aliquis ex tutoribus teſtamentarijs, omnes alij excluduntur tam mater, & auia, quàm legitima: in locũ autẽ mortui debet ſubrogari datiuus tutor: quia datiua tutela ſuffecta loco teſtamentariæ concurrit cum teſtamentaria tutela. vt ff. de teſta. tut. l. ſi quis ſub cõditione. ex quo ſequitur, ꝙ mater, quę erat vna ex dictis tribus tutoribus venit vnà cum ipſis, & non ſola. In contrarium vr̃, ꝙ dicta mater veniat tanquàm tutrix ab inteſto: quia quo ad tutelam pater deceſſit omnino inteſtatus propter illa verba teſtamenti, ꝙ vnus ſine alio gerere, vel adminiſtrare non poſſit. Nam hoc caſu ceſſat tutela teſtamentaria in omnibus, ita ꝙ teſtamentariæ tutelæ nullæ ſunt reliquiæ. Nam vbi apponitur dicta clauſula complexiua, nullus habet ius tutelæ altero mortuo. vt in c. ſi. §. ſanæ. extra de teſta. li. 6. & ibi gl. ordi. inducendo per ſimilitudinem officiũ tutorum, & executorũ ad pias cauſas. Ex hoc ſequitur, ꝙ mater admittitur, ſi vult, ſi non vult, admittitur auia. vt in aut. matri, & auię. C. quando mulier tutelę offi. fun. poteſt. nec eſt neceſſe, ꝙ ſe excuſent, ſufficit nolle: quia earum tutela eſt voluntaria, & anormala, & vt ita dixerim, extrauagans. ſi ergo ambæ renuntient, venitur ad legitimos tutores, qui ſunt proximiores in gradu, vt in Anthen. de hære. ab inte. §. ex his. &

2 hæc eſt veritas. † non ob. ſi dicãtur, ꝙ ex quo pater noluit matrẽ adminiſtrare per ſe ſolam, ꝙ debet repelli, per id, quod no. Dy. & Bar. ff. de adul. l. miles. §. ſexaginta. Nã iſtud falſum eſt: nam licèt venerit eam tanquàm teſtamentariam, non tñ legitimam tutelã ſibi ademit. imo plus dico, ꝙ ſi expreſſe vellet adimere, non poſſet, niſi indirecte prouidendo pupillo de tutore teſtamentario. & eſt ratio: quia teſtator legitimam tutelam non dat, ergo nec adimere poteſt, vt ff. de legi. tut. l. legitimos. in prin. & miror de Bartolo, q̃ hoc reuocauit in dubiũ. Concluditur ergo, vt ſupra pro matre primum. Secundo, pro auia. Tertio, pro alijs legitimis tutorib. Et iſta eſt ſubſtantia veritatis, quia vbi nullæ remanent reliquiæ tutelæ teſtamentariæ, ſicut eſt hic: quia teſtamẽtaria tutela nunquam habuit locum, merito ordine ſupradicto peruenitur ad tutelas. Nec dicendum eſt teſtamentarios eſſe excluſos, ſed non incluſos, neque teſtamento datos propter dictã clauſulam, quę potuit de iure apponi, vt in l. Titium, & Meuium. in princi. & ff. de admi. tut. & ideo tractatus ſuſpecti tutoris ad iſtum caſum adaptari non poteſt. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIX.

1 *Adulta ſine authoritate curatoris, et iudicis certiorata de beneficio ætatis an poſſit cum iuramento de non contraueniendo conſtituere procuratores ad lites.*

2 *An poſtquàm cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, videatur in concluſum, & an poſſint produci publica inſtrumenta coram iudice, vel conſultore.*

3 *An præſcriptio, quę incipit contra maiorẽ, currat contra adultum eius vniuerſalem ſucceſſorem.*

4 *An poſt commiſſionem factam conſilio ſapientis poſſit excipi de expenſis factis ad perpetuam rei vtilitatem. Item an ſumptus compenſentur cum fructibus.*

1 Quæritur, † Vtrum adulta ſine autoritate curatoris, & iudicis cerciorata de beneficio ætatis poſſit cum iuramento de non contraueniendo conſtituere procuratores ad lites. & videtur, ꝙ ſic, vt in Auth. ſacramẽta pube. Sed veritas eſt in ꝯtrium: quia illa auth. loquit᷑ de his, quæ gerunt᷑ de conſenſu vtriuſque partis, ſed mandatum procuratoris non conſiſtit, niſi in voluntate ſolius mandantis. Et ideo mãdans poteſt pœnitere, vt no. in. c. vlt. de procu. li. 6. Præterea iſtud iuramentum claudicaret. Nam aduerſario acceptante valeret, eo non acceptante nõ valeret. iſta. n. eſt opi. quorundam, & falſa, quia non debet claudicare. Item non ob. gl. quæ eſt in aut. ſacramenta puberum. quia illa glo. intelligitur, quando ſuper contractu facto in iudicio iurato. exemplum in ſtipulatione. iudicatũ ſolui. Sed in caſu noſtro nihil fuit contractum cum aduerſario, & ſic non ob. iſta glo. Item iudicia ſunt iuris. Et ideo non eſt in poteſtate non habẽtis legitimam perſonam legitimare ſe, vel alium: quia non debet claudicare. Nam & ſi quandoque reperiatur contractum claudicare fauore minoris, nunquam tamẽ claudicat in eius læſionem, vt C. de procu. l. non eo minus. Præterea mandare non eſt contractus niſi inter procuratorem, & dñm, vt ff. de procu. l. licèt. §. ea obligatio. vnde procuratoriũ reſpectu aduerſarij non eſt contractus, vel quaſi delictũ, vel quaſi. & ideo non habet locum aut. ſacramenta puberum. Ex quibus concludo, ꝙ dictum procuratoriũ non valet, vt C. de in inte. reſt. mino. l. ſi curatorem habens. & not. in §. item ſacramenta. de pace tenen. col. 10. Item minor non poteſt in iudicio legitimare ſeipſum, ergo nec alium, puta procuratorem, vel nuntium ſecundum Cy. & benè in auth. ſacramẽta. Item hoc probatur expreſſe: quia certum eſt, ꝙ tutor iurat, & iurando ſe obligat, & tamen per iſtud iuramentum, ſi tutor eſt minor a 5. annis, non legitimatur, vt C. de legi. tute. l. ſi. Nam actus fori ſolemnem perſonam deſiderant, non perfunctoriam, vt C. qui dari tu. poſ. l. in vniuerſis. † Modo venio ad ſecundum punctum,

2 nunquid cauſa commiſſa conſilio ſapientis poſſint produci publica inſtrumẽta. & videtur, ꝙ non, quia coram iudice produci non poſſunt, cum videatur in cauſa concluſum, vt C. de rela. l. 1. coniuncto eo quod no. Inn. de cauſa poſ. c. paſtoralis. Item nec coram conſule: quia in ipſa productione requiritur quædam cauſæ cognitio, ſed apud conſultorem nulla eſt cauſæ cognitio. ſ. an productio ſit admittenda, an ne, vt C. de dilatio. l. cum, a nobis. Sol. dico, ꝙ ſi non fuit expreſſe in cauſa concluſum, poſſunt liquida inſtrumenta produci, ſecus ſi nõ liquidis: quia liquida inſtrumenta ſunt probatio probata. & præſertim ſi iuretur, ꝙ ante non potuit producere: quia non habebat notitiam inſtrumentorum. arg. extra de excep. c. paſtoralis.

paſtoralis.& extra de fide inſtru.c.cum dilectus. & quod no. in c.ſæpe.extra de verb.ſig.in cle.& quod no. in l.ſi.ff.de ſer.
3 † Super tertio puncto, quo quæritur, verum præſcriptio, quæ incipit contra maiorem, currat contra adultum eius vniuerſalem ſucceſſorem. dicendum eſt, ꝙ ſic. ſed ſi tempora reſtitutionis in integrum largiuntur, datur adulto reſtitutio in integrum.& loquor in tẽpore inuento ad curſum præſcriptionis rei, vel dominij, vel alterius actionis. hoc plenè no. per glo.& omnes doc.in l.ſancimus.C.in quibus cauſis in inte.reſti.nõ
4 eſt neceſſa.† Super quarto, & vltimo puncto quo quæritur, an poſt dictam commiſſionem poſſit excipere de expenſis factis ad perpetuam rei vtilitatẽ. Reſpondeo, excipi poteſt, & ſi non exciperetur, tamen officio iudicis debet conſuli. Præterea iſta allegatio admittitur, etiam in executione ſententiæ, vt ff. de confeſ.l.cum fideicommiſſum.& ff.de peti.hære.planè tñ probationes debent offerri in promptu, & debẽt eſſe liquidæ, quod perpẽdetur ex ipſius rei qualitate, vt eleganter no.Bart. ff.de ver.obli.l.cum ſeruus. vnum non omitto, ꝙ cum fructibus iſtis ſumptus compenſantur. vt ff. de rei ven. l. ſumptus. quod eſt notabile ſecundum Accur.cuius ſunt hæc verba.ff. de rei ven.l.in fundum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCX.

1 *An valeat proceſſus agitatus cum procuratore minoris conſtituto interueniente iuramento. & videtur eadem materia cum primo puncto conſilij ſupra proximi.*
2 *An in iudicijs quaſi contrahatur, & quomodo intelligatur.*
3 *Litis conteſtatio cum adulto ſine curatore facta eſt ipſo iure nulla, licèt ſi poſtea confiteretur in proceſſu, valeret, ſed reſtitueretur.*

1 Super † eo, quod quæritur, an proceſſus factus cũ procuratore minoris, qui conſtitutus cum iuramẽto de habendo ratum, & firmum &c. Interueniente etiã ſuper hac promiſſione facta notario tanquam publicæ perſonę recipienti &c. valeat, necne, ita ꝙ procurator iſte poſſit litem conteſtari, & peragere, ac ſi eſſet conſtitutus a maiore 25.an. vidẽtur eſſe opiniones doctorum diuerſæ. Nam glo.dicit, ꝙ idem operatur iuramentum in iudicijs, quod in cõtractibus, & redditur ratio: quia in iudicijs quaſi contrahitur. ita no.gl.in authen.ſacramenta puberum.& in Auth.de pace tenenda.§.itẽ ſacramenta.colla. 10. Alij dicunt pręcisè, tale iuſtm non facere minorẽ eſſe perſonam legitimam in dicti procuratoris conſtitutio. quia auth.ſacramenta puberum. non loquitur de iudicijs, ſed de contractibus, & eſt auth.odioſa, nõ fauorabilis. Et ideo non debet extendi: quia ſi beneficium minorum eſt fauorabile, ergo eius contrarium eſt odioſum. Item quia dicta auth. venit ad correctionem iuris antiqui, licèt non ſimpliciter, vt C.de legi.l.non dubium.& ff.de pac.l.iure gentium.& §.generaliter. Ergo non porrigitur de ſimilibus ad ſimilia. vt no.C.de ſac.ſan.eccle.auth.quas actiones. Item iſtud iuramẽtum eſt interpoſitum ꝯ vim, & auctoritatem legum, ergo non valet. vt ff.de leg.1.l.ſi quis inquilinos.§.ſi.& C.de arbi.auth. decernimus. Item vno verbo, id eſt iuſto tolleretur regula, & forma iudiciorum, quæ eſt, vt legitima perſona debeat eſſe in iudicio, vel legitimè conſtituta, & non ſolus adultus, vt C.de auto.præſtanda.l.clarum. Tertia eſt opinio Iacobi de Rauen. & Guli.de Cum. qui dicunt, ꝙ poſt præſtitum tale iuramentum ſi minor; vel eius procurator eſt admiſſus per iudicem eius contra aduerſarium, valet iudicium, tamen ſi ad ſeruarius non vult eum admittere, tunc non eſt admittendus. valet ergo poſt factum, ꝙ ante factum poſſet impediri. ita tenet Guliel.de Cum.ff.de procu.l.minor 25.an. & Iac.de Rauen.
2 in auth.ſacramenta. tu ſubtilius conſidera. † & præmitte, ꝙ in iudicijs tunc quaſi ꝯhitur, qñ iudiciũ non eſt ipſo iure nullum. Secus ſi ipſo iure nullũ, vt ff.de pecu.l.3.§.idem ſcribit. & ideo quando iudiciũ eſt ipſo iure nullum, ſi non valet principale, non valet iuramentum, vt d.l.ſi quis inquilinos.§.ſi.& arg.ff.de ſer.expor.l.ſi minor. non ob.auth.ſacramenta puberum. quia ibi loquitur in contractibus, vbi ex cõſenſu oritur obligatio naturalis.& ideo poteſt accedere ei fomentum iuramenti: ſed in iudicijs non oritur obligatio naturalis. vt ff.de condi.inde.l.Iul.quia redduntur in inuitum, vt ff.de ver.ob.
3 l.inter ſtipulantem.§.ſacramenta.† Secundo conſidera, ꝙ cũ adulto ſine curatore litis conteſtatio eſt ipſo iure nulla licèt ſi confiteretur poſtea in proceſſu, valeret: ſed reſtitueretur in integrum ſecũdum Nico.de Matarel.& Cy. C.de confeſ.l.1.de auto.præſtan.l.clarum. ergo circa fundamenta iudicij dictũ iuramentum nihil operatur, & non tenet fundamentum, non tenent poſtea confeſſiones factæ: quia non ſunt factæ in iudicio, & procurator non habuit mandatum ad confitendum de plano. Sed demum in figura iudicij, quæ nulla eſt, cum ipſo iure iudiciũ ſit nullum.& patet ex actis, quapropter dicendũ eſt actitata a dicto procuratore ab inhabili conſtituto, quinimo a non procuratore, cum mandatum ſit ipſo iure nullum, non valere.& ſicut lite mortua, ita multo minus tenent, ſi iudiciũ ſemper fuit nullũ ipſo iure, vt ff. ſi quis cau.l.ſi ſeruus. in prin.& quia ſumus in materia nullitatis, non in materia reſtitutionis in integrum. & ſumus in his, quæ procedunt per viam ſtrepitus, & non de conſenſu, non habet locum auth.ſacramenta puberum. nec ratio auth.& ita teneo. Item non ob. ff.de confeſ.l.certũ.§. minorem. vbi minorem aduerſus ſuam confeſſionem reſtituemus: quia iam reſponſum eſt ſecundũ diſtinctionem Nico.de Matarel. Item quia ille.§.aliter oportet intelligi, vt ſupra qñ confeſſio valuit ipſo iure, aliàs nõ eſt neceſſaria reſtitutio in integrum: contra quam benè operaretur iuramentum, vt ſi minor confeſſus fuiſſet cum auctoritate vel aſſiſtẽtia curatoris, vt ibi no. vel eſſet caſus, in quo habuiſſet legitimam perſonam: vt in momẽtaneæ poſſeſſione. Ex his apparet, ꝙ iuramentum rem mortuam non viuificat, ſed rei viuificatæ patrocinium præſtat incommutabilitatis.
Et ita dico, & conſulo Ego Baldus &c.

CONSILIVM CCCXI.

1 *Quando teſtamentum vſurarij valeat, vel nõ, & an poſſit ſubſtituere pupillariter.*
2 *Quid oportet probare ad impugnandum teſtamentũ vſurarij.*
3 *Qualiter probetur quem eſſe vſurarium, & quæ probatio requiratur.nu.5.*
4 *Coram quo iudice debeat probari quem manifeſtum vſurariũ.*
6 *An exceptio, ꝙ teſtator vſurarius fuit manifeſtus, impediat miſſionem ex edicto diui Adria.*
7 *An impugnans teſtamentum poſſit habere legatum.*
8 *An conſtitutio Epiſcopi, vel Imperator, aut Papa poſſit aliquid mutare ex diſpoſitione.c.quamquam. & ſic facere quẽ teſtabilem, vel non.*

Quidam Thomas de Laude fecit teſtamentum, de quo apparet publica, ſolemnis, & indubitata ſcriptura non vituperata, abolita, vel cancellata in aliqua parte ſui manu publici notarij. In quo quidẽ teſtamento inter alia inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem quẽdam infantem filium ſuum legitimum, & naturalem.& ſi decederet in pupillari ætate, ſubſtituit ſibi fratrem carnalem ipſius teſtatoris, patruũque ipſius pupilli: inde filias fœminas dotauit, necnon & dicto filio impuberi reliquit tutores. Demum mortuus eſt iſte teſtator ſuperſtite domina Catherina eius vxore, & matre dicti pupilli, & dictarum omnium filiarum. Quo mortuo dicta mater ſtetit per 10.menſes, vel circa, ꝙ tutelã non aſſumpſit. Demum prætendens, ꝙ dictum teſtm̃ eſſet nullum, petijt ſe diſcerni tutricem legitimam, ſeu anormalam dictorum & filij, & filiarum, nec tñ obtinuit. Poſtea infra annum deceſſit dictus infans, quo mortuo dictus patruus ſubſtitutus produxit coram iudice dictum teſtamentum, in quo prima facie nullũ apparet vitium, neque ratione perſonę, neque ſcripturę: & petit coram iudice ſe mitti in poſſeſſionem ex l. edicto. de edicto diui Adriani. Cui petitioni dicta mater cõtradicit, & obijciẽdo opponitur, ꝙ dicta miſſio fieri non debet pro eo, quia dictus teſtator erat vſurarius manifeſtus, & ꝙ ipſe deceſſit cautione non præſtita. Vnde eius teſtamentum dicit irritum ipſo iure.& in c.quamquam.de vſur.li.6. Modo quæritur, an dictum teſtm̃ ſit aliquid, necne. Secũdo quid oporteat probari ad hoc, vt ſit nullum. Tertio corã quo iudice debet probari. Quarto an dicta exceptio impediat miſſionem. Quinto, & vltimo an vſurarius manifeſtus, poſſit filio ſuo teſtari.i. facere ſubſtitutio-

ſubſtitutionem pupillarem, necne. Et quid de clauſula codicillari. Vlterius quæritur, ſi iſta mulier impugnat teſtm̃, nunquid debeat habere legatum. Et quid veniat ſub iſtis verbis, dñam maſſariam, & vſufructuariã omnium bonorũ ſuorũ: Et no. ꝙ iſte infans deceſſit non adita hæreditate, nec aliquo modo hęreditatis inſtitutus, videatur & etiam archiepiſcopalis conſtitutio, quæ loquitur de vſuratijs manifeſtis. Verũ dicta conſtitutio debeat intelligi ſecundũ dictam decretalẽ quã quã. & an per conſtitutionem alterius quàm Papę, illa decre- 1 talis poſſit in aliquo alterari. † Super primo puncto dicendũ eſt, ꝙ aut dictus teſtator erat vſurarius manifeſtus tempore teſtamenti, vel vitæ ſuæ, & tunc non valuit teſtm̃ eius, nec quo ad inſtitutionem hæredum, nec quo ad pupillarem ſubſtitutionem: quia qui non poteſt teſtari ſibi, non poteſt teſtari filio ſuo impuberi. vt ff. de vul. ſub. l. 2. Omnia ẽt legata, & fideicõmiſſa ſunt irrita, etiam ad pias cauſas. Itẽ & teſtamentaria tutela: quia inteſtabilis deceſſit non præſtita cautione, vt in c. q̃q̃. §. fi. de vſur. li. 6. Si autem non erat vſurarius manifeſtus, tunc benè valet eius teſtm̃, vt ff. ſi cer. pe. l. eius, qui in prouincia. in prin. & ratio differentię eſt: quia manifeſtus eſt vſurarius cum infamia iuris, & facti. & cũ hic eſt criminoſus, ſed non manifeſtus, non eſt infamis. Item quæ latent, ſunt tolerabilia, ſecus in his, quę palàm fiunt. Vnde plus punitur ille, qui deliquit palam, quàm ille, qui deliquit clam, vt patet in fure manifeſto, & non manifeſto. Nam ea, quæ clam fiunt, non trahuntur ad exemplum, ſicut ea, quæ fiunt palam, vt patet in l. 2. & 3. ff. de fur. & l. ſiue manifeſtus. de condi. fur. & bona eſt ſimilitudo de fure ad vſurarium, licèt non per omnia. Nam decretalis dicit, ꝙ vſurarius eſt fur largo modo. Ex his igitur apparet ſolutio antiquorum dubiorum, videlicet, circa teſtamentum, legatam tutelam, & circa ſubſtitutionem pupillarẽ 2 nec oportet hoc vlterius repetere in inferioribus. † Venio ad ſecundum punctum, & dico, ꝙ oportet probari, ꝙ fuerit vſurarius manifeſtus, quia non præſumitur vſurarius, niſi probetur: quia vnuſquiſque naturaliter præſumitur bonus, & non malus, vt ff. de proba. l. quotiẽs. §. qui dolo. & C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. Item non ſufficit probari eum vſurarium, niſi probetur hæc qualitas. i. manifeſtus. Nam qualitates, quæ aggrauant peccatũ, non præſumuntur, niſi probentur, vt l. præ- 3 tor. §. docere. ff. vi bono. rap. † Sed qualiter hoc probabitur. Reſpondeo, quia erat notorium, eo ꝙ teneret altare paratum, vel aliquo tempore tenuit, nam cum iſte ſit plus quam manifeſtus, ergo & manifeſtus. vt extra de coha. cle. c. fi. Sed & ſine notorio poteſt probari, ꝙ erat manifeſtus, probando, ꝙ exercuit vſuras, & ꝙ publicè habebatur, & tenebatur pro vſurario, ab omnibus cognoſcentibus eum, & cum eo conuerſantibus, vt l. 4. ff. ad macedo. & ar. extra de proba. c. per tuas. & C. ad macedo. l. Zeodorus. Nam vita, & mores faciũt quem manifeſtum, & etiam conuerſatio aliquid operatur tã in malum, quàm in bonum, vt l. nõ omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Item & codex vſurarum a multis teſtibus viſus, vel eo viuẽte in iudicio exhibitus probat eum vſurarium manifeſtum, vt not. archi. 45. di. c. qui ſincera. item confeſſio facta coram multis extra iudicium. ar. ff. de edil. edi. l. quæro. §. fi. Nam ſi eſſet facta in iudicio non ſolum induceret manifeſtũ, ſed notorium ſicut ſententia. vt nota. in locis præal. eſſet enim notorium iuris, ſiue manifeſtum iam declara. ita ꝙ tranſibit in notorium: quod idem eſt, quod ſuprema probatio, quæ altior, & euidentior eſſe non poteſt, licèt ius ciuile hoc vocabulum impropriè aſſumat. C. de proba. l. ea quidem. hoc notorium eſt præambolũ canoniſtarũ. Ex his apparet quæ, & qualia ſint probãda, & de aliquibus iſtorũ, licèt nõ de oĩbus notat̃ in c. 4 1. de vſu. li. 6. & facit quod no. 47. diſt. c. de Petro. † Venio ad tertium punctum, & dico, quod iſte ſtrepitus, an quis ſit vſurarius, vel non: ſiue iſta controuerſia pertineat ad eccleſiaſticum forum. Vnde iudex ſecularis debet hunc articulum remittere ad eccleſiaſticum forum, quia cauſa vſurarũ eſt cauſa eccleſiaſtica, nec pertinet hæc diſceptatio ad iudicem ſecularem, vbi diſceptatione opus eſt: quia res ſit dubia, vt not. 11. q. 1. c. in ſumma. cauſæ enim eccleſiaſticæ cognoſcuntur hoc modo, quia quandocũque iudex eccleſiaſticus non habet ſequi ſententiam iudicis ſecularis, ſignum eſt, ꝙ illa cauſa eſt

5 eccleſiaſtica fori, vt in c. vlti. de excep. lib. 6. † Venio ad quartum punctum. Et præmitto ad euidentiam, ꝙ ad probandum vſurarium nunquam ſufficit ſemiplena probatio, ita ꝙ hoc reſpectu habito probatio eſt difficilis, & non perfunctoria requirens exactam, & altiorem indaginem: quia tãquam ſuper crimine probationes debent eſſe luce clariores, illis exceptis, quæ coadiuuantur præſumptionibus canonum, vt extra de pig. c. illo vos. & extra de emp. & ven. c. ad noſtrã. & C. de proba. l. ſciant. Vnde etiam in hac cauſa debent recipi teſtes probatorij, & reprobatorij, & longum tractũ requirit exequutio. 6 † Modo hoc præſuppoſito tanquam vero apparet, ꝙ exceptio vſurarum, niſi probaretur, niſi per publica documenta non habet impedire miſſionem ex edicto diui Adriani. vt C. de edict. diui Adria. tol. l. 2. quia iſtud eſt ſpeciale priuilegium illius edicti fauore teſtamentorum; de quibus apparet publicum documentum: & quia tanquam ex notorio proceditur, & ab obſcuro ad notorium nulla eſt proportio, vt l. vlti. C. de compen. & quia ille, qui intentat executionem edicti, magis propriè dicitur executionem petere, quàm agere. Vnde exceptiones niſi liquidæ ſint, vel aptæ, de facili liquidari non impediunt miſſionẽ, quia circunſpectus iudex videre, & perpendere poterit. Tamen vt dixi, iſta exceptio non pertinet ad iudicẽ ſecularẽ trutinandam. Tamẽ per hoc non debet remittere ſuum officium executionis legalis, fateor tamen, ꝙ ſi probabitur poſtea iſta exceptio coram epiſcopo, quæ debet reſeruari in ipſa miſſione, reuocabitur quicquid factũ eſt, vt ff. de euic. l. minor. in prin. tanquã cauſa miſſionis inualida detecta, vel ad cauſam reducta. arg. in l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa. Venio ad quintum punctum, & reſpondeo, vt ſupra reſpondi. 7 † Ex his apparet, quid iuris de matre: quia ſi erat vſurarius manifeſtus, mater ſuccedit impuberi ab inteſtato. Tamen dũ quæſtio vſurarum pendet: ſcriptus hæres debet poſſidere bona cũ idonea cautione, vt ff. qui ſatiſ. co. l. inter omnes. Si autem nõ erat manifeſtus, tunc matre perpetuò excluſa ſuccedit ſubſtitutus pupillaris, vt in c. ſi pater. de teſta. li. 6. & ff. de inoffi. teſta. l. papi. §. ſed nec impuberis. & C. de impu. & alijs. ſub. l. 8 precibus. † Conſtitutio domini archiepiſcopi debet intelligi ſecũdum ea, quæ dicta ſunt: quia nõ poteſt archiepiſcopus facere quem teſtabilem, vel inteſtabilem, ſed ſolus Papa, vel Imperator, vt l. fi. & l. ex imperfecto. C. de teſta. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCXII.

1 An minor per ignorantiam facti circumuentus a maiori, licèt iurauerit, poſſit nihilominus agere, ne decipiatur, ſed potius conſeruetur indemnis non obſtante iuramento.

vlla querimonia, vel interpellatione pacificè, & quietè. dr̃ pro
parte dicti dñi epiſcopi, ꝙ dictus vaſſallus nõ ſeruauit pactũ.
econtra dr̃, ꝙ iſtud pactum ſeruari non meruit: quia non exti
2 tit caſus pacti. † Nam duæ ſunt clauſulæ, vna de manutenen-
do equum ad honorem præceptum, & ſeruitia. quod quidem
verbum ad præceptum. in medio poſitum refertur ad omnia,
vt extra de ap. c. 2. requiris. Et ideo ex quo epiſcopus nil præ-
cepit, vaſſallus non tenetur, quia obedientia ſupponit præce-
ptum, vt ff. de acq. hæ. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & eſt ſimi
le in operis libertorum: quia non teneť offerre operas, niſi ei
indicantur nominatiuè, & expreſsè, vt plene legitur, & no. ff.
de condi. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. Seruitia etenim vaſ
ſallorum ſimilia ſunt ſeruitijs libertorum. & in vſib. feudo. ca
uetur apertè, ꝙ vaſſallus non cadit a iure ſuo, niſi ſit requiſi-
tus per dominum. vnde in iuro fidelitatis ponuntur illa ver-
ba, fuero requiſitus. in c. 1. de noua forma fidelitatis. Item iſta
clauſula habet tacitam conditionem, ſi dñi intererit, ſed hic
dñi non interfuit, vt in c. 1. de feudo ſine culpa non amitten-
do. Secunda vero clauſula eſt de vino præſtando. & iſta clau-
ſula concepta eſt ſub cõditione poteſtatiua. ſ. ſi placuerit dño
epiſcopo, quam dñs epiſcopus debuit implere tempore con-
gruo. ſ. tpe vindemiarum: vt ff. qñ dies leg. cede. l. nec ſemel.
§. ſi in habitatione. & l. firmo. item nec antecedit dies, q̃ epi-
ſcopus declaret voluntatem ſuam, vt ff. de le. 1. l. ſi ita legatũ.
§. illi ſi volet. & ſic epiſcopus vtroq; carebit propter ſuam ne-
gligentiã. hoc eſt enim, ꝙ alibi dicit tex. non debet offerri, ſed
petenti moram non facere. ff. quor. leg. l. fi. §. 1. In contrarium
vr̃, ꝙ ex quo deſijt vaſſallus poſſe præſtare equum, & vinum,
ꝙ ſine alia declaratione teneatur ad vini præſtationem. Nam
lege cauetur, ꝙ ſi ita concipiatur ſtipulatio, ſi Stichum nõ de
dero, 10. dabo, mortuo Sticho ſtatim debẽtur 10. vt ff. de verb.
ob. l. ita ſtipulatus. la grande. cum ergo hic deſijt poſſe fieri
quia fluxę cauſæ pro non fluxis haberi non poſſunt, ſatis vr̃ di
ci poſſe, ꝙ vinum ſit loco ſeruitij ſubrogatum, vt ff. de vſufr.
leg. l. ſi vſusfructus mihi in biennium. & pro hoc. ff. de verb.
obl. l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. §. vlt. Item ſecundũ op-
tionem legatam ſi omnes ſerui deceſſerunt præter vnum, nõ
eſt neceſſaria optio, vt l. ſi optio. ff. de optione legata. item ſpe
ciale videtur in debitore eccleſię, ꝙ teneatur offerre, etiã ſi nõ
petatur: cum eccleſia æquiparatur pupillo; cui fit mora irre-
gularis, ut ff. de leg. 2. l. Titia Seyo. §. uſuras. & l. in minorũ. in
quibus cau. in inte. reſti. eſt neceſſaria. Quæſtio iſta eſt multũ
dubia, nam ſi uerba dixiſſent, ꝙ manutenebit unum equum
ad honorem, & ſeruitia, iſte vaſſallus debuiſſet offerre: quia
uaſſallus eccleſiæ eſt obligatus manutenere: ſed quia eſt appo
ſitum uerbum ad honorem, & præceptum. quod ſignificat,
quòd eccleſia debeat ſibi præcipere, receſſum videtur per pa-
ctum a priuilegio eccleſiæ, & ſumus in iure cõi. ſ. ꝙ debitor
debet interpellari, ſi ſenſus ſit iſte, ꝙ præcipere ſit de ſubſtan-
tia. ſed magis videtur dicendum oppoſitum, uidelicet, ꝙ uer
bum manutenebit, eſt obligatiuum, & illud uerbum, præce-
ptum. non eſt obligationis ſuſpẽſiuum, ſed conſequutiuum:
quaſi dicat, ad hunc finem obtemperandum præcepto. Vaſ-
ſallus ergo, qui cum manutenuit equum ad ſeruitium exhi-
bendum, quandocunque mandaretur, non uidetur paruiſſe
conuentioni, unde dicit Iacob. de Aret. quòd illi, qui debent
tenere equum caualcare, debent ſemper tenere equum para-
tum, ut cum præcipitur, ſine aliqua mora poſſit exequi id, qđ
mandatur. tamen eſt conſiderandum, quòd non uidetur, ꝙ
propter illud primum caput res incidat in commiſſum, niſi
& ſecundum caput non ſeruetur, quod ſeruandum uidetur
epiſcopo ſuam uoluntatem declarante. & pro futuro tempo-
re nõ eſt dubium, ſed eſt dubium, utrum uelit petere uinum
præcedentium uindemiarum tempore, quo nihil fuit ſolutũ.
Nam conditio poteſtatiua non trahitur retro, ut ff. qui potio
res in pigno. habeantur. l. potior. & l. qui balneum. & ff. de le.
1. l. ſi ita legatum. §. ita ualet. niſi dicatur, quòd tacitè uidetur
eligere uinum ex facti interim, nam ipſa neceſſitas electionẽ
facit, ut ff. de le. 1. l. cũ res. §. ſi Stichus. ubi dr̃, qđ ſi una res ex
alternatiuis petijt, alia, quæ non petijt, debeť. cõcor. ff. de ſol.
l. Stichũ, aut Pãphilum. in prin. Suppoſito igitur utroq; poſſi
bili uoluntatis declaratio erat neceſſaria, ut ff. de eo, qđ certo
loco. l. 3. §. non utiq;. ſed facto fluxo. & extra naturam poſim
aliud extremum. i. unũ in obligatione ſucceſſiſſe uideť ipſo
iure,

iure, tamen quia quæſtio eſt dubitabilis, non quòd ſit talis culpa, per quam vaſſallus cadat a feudo, non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio, per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus, vt in c. vbertus. de ocio. §. ſi quis. in quibus cauſis feudum amittatur. col. 10. Conſiderandum eſt, quòd lege caueretur; quòd conditio ſi diſplicuerit, debet declarari infra 60. dies. & ſi non declaretur, placere videtur. iſte eſt caſus. ff. de ædili. edi. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita & not. per Bart. ff. de verborum oblig. l. ſi quis arbitratu. in quæſtione, quæ incipit. quæro, quanto tempore. per cuius verba quæſtio noſtra videtur expreſſe determinari pro parte epiſcopatus: quia arbitriũ eligendi erat collatum ſuper ſubſtantialibus, ſicut in emphyteuſi, & locatione penſio eſt de ſubſtãtia. illa ergo verba, ſi potius placuerit. quod idem eſt dictum, ſi magis placuerit, ſatis videntur declarata per lapſum duorum menſium, & ſic circa vinum petendum, vel ſi ſic eſt ſenſus, ſi diſplicuerit ſeruitiũ equi, duobus menſibus elapſis videtur ſeruitium placuiſſe. Sed iſtud non videtur oblatum, neque poſitum in figura ſeruitij. Cum ſi hoc fuiſſet, debuiſſet intimari eidẽ domino epiſcopo per notata per eundem domi. Barto. ibidem met. & ff. de conſtitu. pecu. l. item ille. Si ergo per lapſum duorum menſium non videatur hoc diſplicuiſſe, ſed placuiſſe, & nihil ſit obſeruatum, ergo res incidit in commiſſum. Itẽ cum ex quolibet capite res incidat in commiſſum, ergo res incidit in cõmiſſum, licèt non poſſet diſtinctè, & clarè dici ex quo capite: cum neceſſe ſit vnum caput ſeruari, vt ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. §. ſi eius. vnde videtur dicendum, quòd feudatarius non habuerit bonum conſilium: quia cum debeat nihil de cõtingentibus omittere, totum videtur omiſiſſe. Item ad hoc facit. ff. de verborum oblig. l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo. in ſi. principij in ratione ſui. Ex his aperta eſt via per inquiſitionem veritatis: quia pro, & contra poſſunt allegari. Itẽ poteſt allegari pro promiſſore: quia ſi quis ſtipulatus ſit alternatiuè, vtrum vellet, quem elegerit, petet, ergo ante electionẽ non petet, vt ff. de verborum oblig. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. Item conditio appoſita ad reſcindendum, vel transferendum exiſtere debet, vt ff. de in diem adiec. l. 2. & ſimiliter conditio appoſita ad aliquid declarandum, vt C. de contrahen. emp. l. ſi. vel aliquid modificandum, vt ff. de contrahen. emp. l. hæc venditio. vel ad oſtenſionem voluntatis, vt ff. de lega. 3. l. fideicommiſ. §. quamquàm. Sed his non obſtantibus conſidero, quòd iſta obligatio non eſt alternatiua, ſed disiunctiua, quia non eſt vtraque in obligatione, ſed ſeruitium eſt in obligatione principali, & vinum in obligatione ſecundaria, & in poteſtate beneplaciti ſecundi ſit facta nouatio inuito creditore, cũ habeat electionem: ergo primum caput obligationis non eſt nouatum, etiam ſi commiſſa eſſet pœna legalis: quia pœna legalis non inducit nouationem, vt l. 2. C. de iure emphy. videmus finaliter recidere intellectum d. §. ſi quid. ita quod cum ſeruitium intelligatur placuiſſe domino iſtius contractus. & ſi non ſit præſtitum, res inciderit in commiſſum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXV.

1 *An quando agitur petitione hæreditatis, ſit reus interrogandus, ſi habet facultatem rei reſtituendæ. Et an ſit interrogandus, ſi poſſidet ex teſtamento, vel ab inteſtato. & an teſtamentum ſit validum, & ſolenne, vel non. & num. 2. & adde conſilium ſequens.*

In petitione hæreditatis proponendæ procedit interrogatio iudicij properandæ cauſa, an futurus reus putatiuus poſſideat, vel teneat, ſicut in quolibet reali iudicio, vt ff. de interrogat. actio. l. qui ſeruum. §. in iure. item an poſſideat inſolidum, vel pro parte, vt ibi, & eo. tit. l. non alienum. Item eſt interrogandus, an poſſideat pro hærede: & ſi dicat non, eſt interrogandus, an poſſideat pro poſſeſſore, vt C. de pet. hære. l. cogi. Et ſi dicat ſe non poſſidere pro hærede, vel poſſeſſore, ſed iuſto titu. debet interrogari quo, & quali tit. vt ibi no. & ff. de petitio. hæred. l. qui interrogatus. Sed nunquid debeat interrogari, an habeat facultatem rei reſtituendæ. reſpondeo, non, nam aut iſta interrogatio eſt ſuperuacua, vt ſi dicat ſe poſſidere, vel ſi dicat ſe dolo, vel culpa ſe deſijſſe poſſidere. Aut eſt impertinens: quia licèt quis habeat facultatem rei reſtituendæ, ſi tamen nõ poſſidet, vel quaſi, nec dolo, vel culpa deſijt poſſidere: non poteſt conueniri, vt ff. de vſuc. l. ſerui nomine. Item nunquid ſi dicat ſe poſſidere ex teſtamento, debeat hic diſputari de ſolennitate, vel non teſtamenti. Reſpondeo, præmatura eſt hæc inquiſitio, nec tenetur de hoc reſpondere, vtrum ſit ſolenne, vel nõ: quia hoc altiorem requirit indaginem: cum concernat deciſoria cauſæ, nec pertineat ad interrogationes, ſed ad poſitiones, quæ fiunt poſt litis conteſta. & pertinent magis ad titulũ de confeſſis, quàm ad titulum de interrogatorijs actionibus. vt no. ff. de interrog. actio. l. 1. in glo. quæ incipit, ſcilicet circa. Item, quia nullo iure cauetur, quòd de hoc ſit interrogandus ante lit. conteſt. vel quòd iudex debeat de hoc ex ſua æquitate interrogare, ergo non habet neceſſe huic interrogationi reſpondere, aliàs fruſtra eſſent certi caſus numerati. arg. enim a numeratione partium eſt validum in iure, vt ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. l. patre furioſo. Cõcedo tamen, quod interrogatus debet reſpõdere ex quo teſtamẽto, & vnde habet cauſam, ſicut cogitur reſpondere de titulo, & eius qualitate per dictam l. cogi. & hoc de prima parte interrogatorij. Modo ſe-

2 quitur videre † de ſecunda parte: quia actor petit reſponderi ſuper hoc, videlicet, an teſtamentum ſit ſolenne, & ſi eſt ſolẽne, intenditur agere ad reſtitutionem hæreditatis ex cauſa fideicommiſſi, & ſic diſiunctiuè petit reſponſionẽ fieri, & tranſit de directa petitione hæreditatis ab inteſtato ad actionẽ ex teſtamẽto. & dico, quod iſta interrogatio nõ poteſt fieri, quia nec iſte libellus alternatiuus debet admitti, cũ agens ſit ſibi contrarius, vt C. de cod. l. ſi. & l. 1. C. de furtis. & ff. de tribu. l. quod ſi hæredem. §. eligere. Ipſe ergo acturus eligat, nec petat ſuper iſta electione ſe informari a reo. Sed ipſe diſpiciat, vt C. de eden. l. ipſe diſpice. Item quòd interrogatio hoc modo fieri debeat, nulla l. cauetur: nec aliqua æquitas, quod reus informet actorem, qua actione agat, interrogationes enim fiunt ad fundandum reum in iudicio, vt faciat ſe aduerſarium, vt C. de alien. iudi. l. 1. non ad inſtruẽdum actorem, quam actionem eligat, quia nemo tenetur aduerſarium ſuũ inſtruere, niſi in caſib. expreſſis in iure, vt l. 1. C. de lib. agn. & ibi per Ia. de Are. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXVI.

1 *Quas interrogationes facere poſſit acturus petitione hæreditatis, & ad quas teneatur reus reſpondere. de quo etiam ſupra proximo conſilio. Et aliqua pulchra verba de proteſtatione.*

2 *Appellatione partis in iudicio quid contineatur.*

1 Acturus † petitione hæreditatis ab inteſtato ante omnia petit interrogari futurum reum, vt ſequitur videlicet primo, an dictam hæreditatẽ teneat, ſeu poſſideat, uel ſaltem facultatem reſtituendi habeat. quæritur, an huic interrogationi ſit reſpondendum. Reſpondeo, aut ille, qui petit interrogari, per ſuum iuramẽtum calũniæ prædicit, quid credit, aut non, ſi quidẽ non prædicit, gl. quæ eſt in l. 1. C. de confeſſis. in ſi. magnæ glo. dicit interrogationi nõ eſſe rñdendum, ſi ſit. i. ſi iura de calũnia. i. de crudelitate. tunc cõſiderandi ſunt tres articuli dictæ interrogationis, primus eſt, an debeat. & huic debet rñderi, vt ff. de rei uen. l. officiũ. Secũdus, an poſſideat. & huic debet rñderi, quod petitio hęredi. principaliter eſt in rẽ actio, licèt ex coniũctione perſonaliũ præſtationũ dicatur mixta, vt ff. de inte. act. l. qui ſeruũ. §. in iure. & ff. de re iud. l. 1. & ff. ſi pars hæ. pe. l. 1. in prin. & C. in qb. ca. ceſ. lon. tẽp. præ. l. hæditatẽ. & C. de pe. hę. l. hæditatis. Tertius articulus eſt, an habeat facultatem reſtituendi. & de iſto poterit dubitari. Nam cum habens facultatem reſtituendi teneatur iudicium ſubire, vt ff. de exhiben. l. de eo. §. 1. ergo de hoc debet interrogari. In contrarium videtur, quaſi ſi non teneatur, nec poſſidet, ſola facultas non facit eum aduerſarium, nec poteſt cum eo fundari iudicium. lex enim eſt no. ff. de vſuc. l. ſerui nomine. Sequitur interrogatio, item, & an inſolidum, vel pro parte &c. Reſpondeo, quòd ſicut debet interrogari de to-

2 to, ita de parte, vt d. §. iniuriæ. † Item & de certa parte, tamen nomine partis continetur dimidia, ſi proferatur ſine adiũcto,

licèt quædam gl. no. dicat, quòd nomen partis in iudicio prolatum ſimpliciter ſit obſcurum, vt ff. de procurato. l. Pomponius. §. ſed criminis. vt ergo non procedatur in æquiuoco, debet interrogari, pro qua parte ſequitur interrogatio. Item & an cum titulo, vel ſine titulo. & de hoc debet interrogari; quia reus debet inſtruere actorem, vt actor poſſit fundare libellũ ex perſona rei, ideſt ex facto rei: & omnes interrogatoriæ actiones, ideſt interrogatorij articuli ad hoc fuerunt inuenti. Nam ſi reus intendit facere ſe reum, & fundare iudicium, debet ab eo inquiri, ex quo capite facit ſe aduerſarium, vt C. de petit. hæreditatis. l. cogi. & not. ff. de petitione hæreditatis. l. qui interrogatus. Sequitur interrogatio, & ſi reſpõdeat, quòd cum titulo interrogetur, quo titulo? hoc poteſt intelligi de titulo in genere, puta, pro donato, vel pro emptore. & in hoc dicit glo. quædam verba parum intelligibilia: niſi per diminutionem. & ideo glo. dicit, quòd ſunt ſomnia, poteſt etiam intelligi, an teneatur dicere in ſpẽ, ſcilicet a tali, vel tali, vt apparere poſſit, an titulus pro non titulo habeatur. & glo. communiter dicunt, ꝙ interrogandus eſt, quod intellige ad hoc, vt actor futurus deliberet, an agere debeat, necne non teneatur edere titulum, in quo conſiſtit exceptio peremptoria, ante litis conteſta. vt C. de probatio. l. ſiue poſſidetis. ſequitur interrogatio. Si vero reſpondeat, quòd non poſſideret, interrogetur, an dolo deſierit poſſidere. dicunt doctores, quòd ſemper debet fieri interrogatio, licèt fieret per modum poſitæ, non eſſet reſpondendum. qui enim interrogat, non ponit crimen, ſed qui ponit, ponit facilius, ergo quis cogitur reſpondere interrogationi per modum Poſitæ: quia per interrogationem non impingitur crimen, vt ff. de noxa. l. quotiens. §. prætor. Sed videtur, quòd de iure ciuili etiam poſitæ ſit reſpondendum, vt ff. rerũ amotarum. l. Marcellus. & ibi per Barto. Sed Barto. male dicit, vt not. Innocen. in c. dudum. de electio. quia non tenetur quis confiteri crimen, nec etiam negare: quia fortè eſſet periurus negando. nec obſtat. l. Marcellus. quia ibi loquitur, quã do iuramentum deferebatur reſpondenti, tanquàm terminus litis ad eius deciſionem, non ad releuandum aduerſarium ab onere probandi, vt C. de eden. l. qui accuſare. & ideo de crimine intentato non cogitur quis reſpondere, niſi duobus temporibus, ſcilicet tempore, quo lis conteſtatur: quia oportet reſpondere ſuper libello, & tempore torturæ, & quicquid dicat Barto. Sequitur quædam proteſtatio ſub hac forma cum proteſtatione, quod ſibi præiudicare non intendit in ſuis alijs iuribus, ſi contigerit A. teſtamẽtum validum feciſſe, ſuper quo articulo dico, quòd proteſtatio iuri contraria nõ valet. & ideo quandocunque ſunt remedia, proteſtatio nil operatur, vt l. 1. C. de ſut. ff. de peti. hæredi. l. poſtquàm. C. de inoffi. teſtamento. l. contra maiores. C. de codicil. l. fin. ſicut dicimus in ſimili de illa proteſtatione ſaluo iure addendi, & minuendi: quia contra leges ſtatutum non valet proteſtatio, de re iud. c. abbate. item in præiudicialibus proteſtatio non releuat, vt not. in clemen. gratiæ. de reſcript. ſimile videmus in alimentis, ſi pater proteſtatur, quòd alit filium animo repetendi. Nam nil valet proteſtatio, vt ff. de nego. geſt. l. Neſennius Appollinarius. Item in noui operis nuntiatione non valet proteſtatio iuri cõtraria, vt ff. de nou. operis nun. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. Sequitur interrogatio, ſi vero contigerit reperiri validum teſtamentum, quæratur, an ſit hæres ex teſtamento, cum ſit actutus ex fideicommiſſo. Iſtud eſt in effectu, & iſta interrogatio bene eſt de permiſſis, ſi fiat debito ordine, videlicet quòd tenetur hæres reſpondere de facto ſuo, non de alieno, vt ff. de interroga. actio. l. 1. & C. de iur. deliberan. l. ſi curatoris. Sed hic non fit debito ordine. Nam cum primo præpoſita ſit via contraria. ſ. inteſtati, & nunc fiat trãſitus ad viam teſtati, iſtæ ſunt viæ ꝯtriæ ab origine. l. a fonte, vt ff. de reg. iu. l. ius noſtrum. ibi dũ dicit, naturaliter inter ſe pugna eſt teſtatus, & inteſtatus. vñ apparet, ꝙ ſtulta eſt iſta digreſſio, vbi etiam non permiſſa variatio, ſaltẽ interim, vt d. l. fi. C. de codi. Et ideo iſtud interrogatorium ab illo ver. Si vero reperiri contigerit. vſque in finem. tanquam iniquum, & rationi cõtrarium debet reſpui: immo etiam quia agens contrarius ſibijpſi, ſaltem interim: nec duo contraria ſimul poſſunt cedere, ſeipſum deſtinat, vt dixi in princip. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXVII.

1 *An ſi incantãtum fuerit datium communis, & adiectum, quòd plus offerenti dabitur, compellatur penultimus offerens illud accipere, licèt vltimus aliquid plus obtulerit, qui tamen tempore venditionis dicti datij eſt abſens, vel aliàs non ſoluẽdo, vel non poteſt dare fideiuſſores idoneos. & eſt pulcherrimum conſilium.*

Modus, & forma licitationis datiorum in ciuitate Anconæ talis eſt. Nam primo ponitur datium ad aliquam quantitatem pecuniæ abſque obligatione alicuius incantus. Demum ſic dicitur, tale datium eſt poſitum in tanta quantitate, puta, mille, ſi quis vltra promittet, habebit tantam pecuniæ, quantitatem nomine incãtus pro qualibet libra pecuniæ, quam vltra promittet. & ſic ſucceſſiue proceditur ad licitam dum per certum tempus, antequàm datium vendatur liberè. & deliberetur offerenti, ſiue offerri volenti. Contingit, quòd infra dictum tempus plures licitatorunt datium mercatorum cum obligatione pecuniæ pro incantu, & penultimus licitator promiſit libras ter mille, ſeu obtulit per verba conſueta in talibus licitationibus, ſcilicet dicẽdo notario ad id deputato, ſcribas mihi tale datium ad libras ter mille, & ita factum fuit, vltimus vero licitator maiorem quantitatem obtulit per ſimilia verba conſueta. Demum antequàm eueniret tempus vendendi datium, & deliberandi, iſtu vltimus promiſſor diſceſſit de patria inſalutato hoſpite: ita quòd ipſe, vel alius pro eo non eſt repertus tempore vẽditionis datij, nec etiam erat ſoluendo, nec fideiuſſorem dederat, cum de more patriæ non præſtentur fideiuſſores, niſi per emptorem tempore venditionis, cui liberè venditur datium. Modo quæritur, an penultimus licitator cogatur de iure datium recipere pro quantitate per ipſum promiſſa vltimo non reperto, qui tantam, ſeu maiorem quantitatem pro-

1 miſit. † Et arguitur, quòd dictus penultimus non teneatur, quia ab eo receſſum videtur alio plus offerente. Cum enim in incantu non dicatur, quòd dabitur idoneori, ſed plus offerẽti, & plus eſt oblatum, ergo de virtute verborum receſſum eſt a penultimo licitante. nam lege cauetur, quòd qui promiſit fideiuſſorem dare, etiam dando non idoneum facultatibus videtur obſeruare, quod promiſit, vt ff. de fideiuſ. l. qui ſatiſdare planè. vnde non eſt curandum, ſi ſit ſoluendo, vel non, dũmodo ſit talis, qui obligari poſſit. Sed non obſtantibus in contrarium eſt ipſa veritas. & hoc probatur per eãdem legem. requiritur enim, quòd ſit talis, qui poſſit obligari, & conueniri, vt in ea. l. primo reſponſo. Sed iſte, qui receſſit de patria, nõ poteſt conueniri, ergo non eſt idoneus, vt ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. & no. in Auth. de exhibend. reis. §. ſuſceptio. & ff. de procurat. l. neque fœmina. Item probatur per d. l. qui ſatiſdare in fin. per rationem ſui. ibi, quia qui admiſit &c. a contrario ſenſu. Nam iſte vltimus non fuit idoneus comprobatus, nec cum eo contractum: vt perfectè patet ex themate. certè & hoc probatur alia ratione. Nam ad hoc, vt quis quis dicatur plus offerre, requiritur idoneitas facultatum, maior promiſſio, & vtilitas, & conueniendi facilitas, vt ff. de in diem adiec. l. vbi autem. §. pen. & fin. Sed hic eſt totum contrarium, quia nec conueniendi facilitas, nec par vtilitas, nec par quantitas poteſt eſſe, vbi quis non eſt ſoluendo. Nam qui non habet, vnde ſoluat, ſimilis eſt habenti exceptionẽ, vt no. ff. de proc. l. Titius. & ſic ẽi quo ad obligationem non dr̃ idoneus facta comparatione ad eũ, qui eſt ſoluendo. Item verba incanti debẽt intelligi cum effectu, vt no. gl. cõis in d. l. qui ſatiſdare. in l. 2. in prin. ff. qui ſatiſda. cogan. & l. 1. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. Item non intelligitur obtuliſſe niſi & qui certa obſeruauit, quæ obſeruare debet, ſed iſte non obſeruauit certa: quia non deuenit ad contractum perfectum, nõ deuenit ad fideiuſſores idoneos, & ideo non debet probari, vt ff. qui ſatid. cog. l. arbitro. Item in fiſco nulla dubitatio eſt: quia fiſcus poteſt eligere idoneiorem, cum etiam priuato hoc liceat, vt ff. de in diem adie. l. Sabinus. Item ita demum admittenda eſt maior licitatio, ſi fideiuſſores idoneos in cautionem is, qui in licitatione vicerit offerre paratus ſit, vt ff. de publicanis. l. licitatio. in princi.

Conſide-

Conſideram igitur tam iure communi, q̃ etiam iure fiſci indubitanter dicendum eſt, q̃ dictus penultimus licitator eſt ex ſua licitatione tanquam potior, quinimo tanquam ex vltima. nam vltimum dr̃, poſt quod nihil validum ſequitur, & eſt cō pellendus ſecundum formam ſuæ licitationis, habita vltima licitatione pro inſufficienti, & nulla in præiudicium fiſci. hoc & manifeſtum eſt, quia dicta licitatio fit in fauorem fiſci, & ideo id debet accipi, quod fiſco eſt vtilius. Item aliàs ſequeretur, q̃ poſſet excogitari fraus, quia ille, qui malè licitaſſet, faceret quendam alium permittere non idoneum, vt ſe obligationē exueret. quod eſt abſurdum, ar. ff. de tranſa. l. cum hi. §. ſi cum his. Item fiſcus non acceptat, niſi ſufficientes debitores, & bona ſufficientia, vt ff. de iure fiſci. l. 1. §. an bona. Item facit in ratione ſui. ff. de le. j. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. & in hac concluſione reſideo, q̃ dictus penultimus licitator teneatur omnino, nec ſe ob obligatione exuitur per alium fruſtratorē permittentem. Certè nec hoc reſpublica videtur dediſſe in mandatis ſuis ſubhaſtatoribus, vt poſſint dimittere idoneum, & accipere non idoneum, vt ff. de pac. l. ſi in perſonam. §. ſi pecuniam. & ff. de vſor. l. ſi bene. & in fraudem fiſci excogitatus. & omnia commercia in fraudem fiſci excogitata reprobantur a iure &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *An, & qualiter probetur vulnus eſſe mortale, vel non. Et an, & qualiter probetur quē eſſe mortuū ex vulnere, vel ex alia cauſa, vel ex mala cuſtodia, vel mixtim. & eſt pulchrum cōſilium ad inſtruendum iudicem, qualiter debeat inquirere ueritatem in talibus occultis.*

An uulnus fuerit mortale, necne, & an quis deceſſerit ex vulnere, vel ex mala cuſtodia, vel mixtim, ex vtroq; quō facti eſt potius, quam iuris, vt ff. de ſta. ho. l. idem eric. & ff. ad l. aqui. l. ſi ex plagijs. §. in cliuo, tamen determinatur per argumenta, & rationes. Nam omnis quō dubia determinatur vel per argumenta, vel per rationes, vt ff. ad trebel. l. qui filium. in ſi. in propoſita autem quæſtione argumenta ſumuntur a tribus: primo a natura, ſecundo ab experientia, tertio ab arte, & teſtimonio medicorum, dico, q̃ argumenta primo ſumuntur a natura: nam ſi percuſſus illico, id eſt ĩ. triduum mortuus eſt, ipſa natura quodammodo oſtēdit ipſum eſſe mortuum ex vulnere, niſi ex euidentibus rationibus probaretur contrariū, puta, ex inguine, vel ex peſte mor- 2 talitatis: vt no. in l. 1. C. de emen. ſeruorum. Si vero quis poſt longa temporum interualla deceſſerit, tunc non præſumeret 3 mortuus ex vulnere: quia quæ ex longo interuallo fiunt, non videntur ineſſe, niſi aperte probaretur, q̃ ex vulnere, vt quia fuit percuſſus cum ſagitta venenata, quę nō potuit curari. & hoc probatur per eandem glo. de emenda. ſeruorum. & ratio differentiæ eſt, quia natura extremas paſſiones parum differt. ſi autem dio apparet, q̃ paſſio a principio fuit debilis, vnde mors nō proceſſit ex vulnere principaliter, ſed pp culpam infirmi, quę non debet imputari vulneranti, vt ff. ad l. aquil. l. qui occidit. §. fina. & eſt glo. ordi. ff. ſolu. matri. l. ab hoſtibus. §. ſi vir 4 vxorem. Secundo dixi, q̃ argumenta ſumuntur ab experiētia. experimur autem, q̃ aut locus eſt mortalis, vt in cerebro, gula, pectore, inteſtinis, & ſimilibus: tunc quis moritur ex vulnere. ſi autem in locis non lethalibus, vt in natica, quæ ſuſtinet magna vulnera: ſicut videmus in hominibus, & iumentis, q̃ non conſueuit quis mori. Si ergo probatur defectus infirmi, 5 culpa infirmi præponderat, quia ictus, non erat ordinatus ad periculum mortis. Item & inſtrumentum, quo quis eſt percuſſus, eſt conſiderandum, vt extra de homi. ca. ſignificaſti. & ff. ad l. Corne. de ſica. l. 1. §. ſed ſi claua. Item & vulneris magnitudo. Itē an pp vulnus ſuperuenerit ſpaſmus, qa erat pcuſſus in locis neruoſis, & in ſumma oportet iudicē cūcta cōtēplari pro, & 3. & in dubiis ſemp adhærere benigniori parti. tex. eſt. ff. ad l. aquil. l. itē mella. §. ſi plures. Tertio dixi, q̃ ſumit̃ argumētū ab arte medicorum: nam vbicuiq; perito in arte ſua credendū eſt, pſertim quando eſt aliquis doctoratus, vel licentiatus: & ſic autoritate publica approbatus, vel q dio reputatus eſt idoneus per ſalubres practicas, & experientias: vel quia aſſignat rationes ſecundum canones medicinæ de ſuo viſu, & tactu, vt l. ſemel. C. de re mili. lib. 10. & de aduo. diuer. iudic. l. nemini. §. iuriſperitos. in l. vlti. C. de ponderatoribus auri. de verbo. obli. l. 1. §. fin. Iſtud enim teſtimonium medicorum peritorum, qui interfuerūt in prin. morbi, & poſt, iudex debet amplecti, quia ſciunt, & poſſunt vere teſtificari, & præſumuntur verum dicere: quia in teſte iurato ſemper præſumitur veritas, ſicut in inſtrumentis: ut C. de probationibus. l. cū precibus. Si igitur medici hoc probant, & locus de ſe non erat mortalis, & eſt probata culpa hominis vulnerati, certum eſt, q̃ nō eſt mortuus de uulnere, uel quod ſaltem eſt dubium: & ideo motus iudicis debet ſe inclinare in mitiorē partem: quia ubi de uita hominis agitur, probationes dubiæ ad mortem inferendam non ſufficiunt, ſed debent eſſe luce meridiana clariores, ut C. de probatio. l. ſi. licèt igitur quæſtio facti in arbitrio iudicantis ſit. ff. ad turpillia. l. 1. §. calumniatoribus. tamē omnia inſpicere debet, & ſecundum ſigna, quæ præpōderant ferre ſententiam, quàm puto eſſe debere abſolutoriam de homicidio & condemnatoriam de uulnere ſecundum ea, quę proponuntur in themate. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXIX.

1 *De mutatione aluei, fluminis, & an in talibus præſcriptio tribuat ius.*

Factum tale eſt, communitas Luce fecit, iam ſunt anni 40. & ultra, quoddam Molendinum deriuando aquam ad dictum molēdinum, quam capiebat ex porriendum flumine granæ. & ita tenuerunt, & poſſederunt p dictum tempus 40. annorum. Eſt uerum, q̃ iam ſunt 15. anni, uel circa, q̃ dicta communitas ampliauit alueum ducentem aquam ad dictum molendinum, & duxit latius, quàm antè, p quaſdam proprias terras dictę communitatis, quas emit ab hominibus Camagnę: non tamen dictæ terrę ſunt in diſtrictu communitatis Camag. ſed in diſtrictu communitatis Lu. uel etiam ponamus, quod ſint in diſtricto dictæ communitatis Cama. nuper uero contra dictam communitatem Lu. porrectus eſt libellus per quendam nobilem tenentem dictam terram Camagnæ in feudum à domino Marchione, & tam nomine ſuo, quàm nomine dictæ communitatis Camagnæ, in 2 quo libello continetur, quod ipſa commune, & homines dicti loci Lu. in ripa fluminis granæ, quod flumen parendę eſt, & quæ ripa ſit, ita dicitur m, & ſuper poſſe Camagnæ in loco, 3 ubi dicitur ad fontanacium de grāna, cui ripæ cohærēt, &c. Homines de Camagna fecerunt quoddam opus marinale, qd 4 uocant bale, deriuatorium aquę dicti fluminis, propter quod opus iter, & curſus dicti fluminis deterior, & deterius dicitur fieri, & curſus aquæ eiuſdem fluminis depreſſior in damnum dictorum agentium, petuntque quod dictum opus deſtruatur, & alia, quę in libellu cōtinentur, eſt uerum, quod illuſtris dominus Marchio anno Domini 1355. cōcedi fecit dictę cōmunitati Luc. & facultatem faciendi unum, & plura molendina in riuo granæ, antequam dictus nobilis agens haberet aliquod ius in Camagna, ſed liberè pertinebāt ad dominū Mar- 5 chionem. Iſtis ergo ſic præſuppoſitis quæritur, quid iuris. † & uidetur, q̃ dictum unus ſic manuale non potuerit fieri, ſi probetur, quòd locus eſt de territorio Camagnę: quia in iuriſdictionem alienam non poteſt quis immittere, ut ff. ſi ſeruitus uendi. l. ſicuti. §. Ariſt. Item quia ripæ fluminum publicorum eorum ſunt, qui propè ripam prædia poſſident, unde eis inuitis nihil ibi poteſt ędificari, ut inſtitu. de rerum diuiſione. §. ri- 6 parum. Item interdicta ſunt prodita, ne quid in flumine publico, ripaue eius fiat: ut ff. ne quid in flumine publico. in rubro, & nigro. Sed contrarium uidetur uerum: quia princeps, i. do. Marchio hæc conceſſit: quia facere potuit in ſuo territorio libero, ut ff. de fluminibus. l. quo minus. ubi eſt conſiderandum, q̃ contra dictam facultatem non fuit præſcriptum: qa 7 nemo fuit in poſſeſſione cōtraria, uel impeditiua, & q̃ nemo præſcripſit, ergo ius habens non perdidit ius ſuū, ut ff. quibus ex cauſis maiores. l. ſciendum. & l. deniq;, cum l. ſequen. Item quia qui utitur parte facultatis, cum tamen non impediatur in alia parte totius facultatis, quaſi poſſeſſionem retinet. ut ff. quemadmodum ſeru. amit. l. ſi in partem. Item non eſt dubiū, quòd

quòd opus, quod fuit factum per 40. annos, eſt præſcriptum
pro faciente, vt C. de præſcri. 40. an. l. omnes. Item ſatis vr̃ ma
nifeſtum, ꝙ iſta eſt præſcriptio cuiuſdam vſus, in quo pręſcri
bendo ſufficiunt 10. anni inter pręſentes, etiam ſine tit. quia
non pręſcribitur, niſi aduerſario, vt prohibere nõ poſſit, vt ff.
ſi ſeruitus vẽdicetur. l. ſi quis diuturno. & plenè no. ff. de vſu.
l. cum de in rem verſo. dr̃ etiam pro parte dictę cõitatis Luci
ꝙ dictum flumen granę non eſt in poſſe Camagnę, ſed in poſ
ſe, & vſu permiſſorio vtriuſq; cõitatis, & quod cõe eſt, meum
non eſt: vt ff. cõi diui. l. Sabinus. Præterea per eandem. l. pater;
ꝙ ex quo iure communi eſt opus factum altero ſocio patiẽte,
præſertim longo tp̃e, ꝙ opus non debet deſtrui, mihi vr̃ conſi
deratis pręedictis pro, & contra, ꝙ dicta præſcriptio 40. anno.
obſtat abſq; dubio in eo, quod per 40. annos tentum, & poſ-
ſeſſum eſt. In eo autem, ꝙ poſtea factum eſt, & per longum tẽ
pus ſtetit, non eſt ita clarum, ſi probaretur, ꝙ eſſet factũ in poſ
ſe in diſtrictu Camagnæ. Sed ſi hoc nõ probatur, dominus Ca
magnæ nõ haberetur iuſtitiam, homines autem, qui propẽ ri-
pam prædia poſſident, niſi aliud docerent, niſi de poſſeſſione
præſenti, ſimiliter non haberent intentionem eorum funda-
tam. Item quia paſſi fuerunt longo tempore, & ſic videtur p̃-
ſcriptum, vel ſaltem inducta quædam conſuetudo, vt l. vendi
tor. §. ſi conſtat. ff. communia pręedio. iſte tamen articulus non
eſt omnino expeditus, vt dixi. Sed articulus 40. an. nullam ha
bet dubitationem. Item ſimiliter nullam habuit dubitatio-
nem, ꝙ d. Marchio potuit concedere, cum teneat locum Prin
cipis &c. Et ita dico, & conſulo ego Bald.

CONSILIVM CCCXXX.

1 *An notarius cancellans acta puniatur de falſo. & quid ſi caſ-*
ſauit condemnationem.

Quidam Notarius in libro condemnationum ſcri
pſit, ꝙ quædam condemnatio facta de tri
bus libris facta erat in vna libra, & ſolid. 5. & cancellauit illud
verbum lib. tribus. & etiam traxit calamum bis ex tranſuerſo,
volendo oſtendere, ꝙ dicta condemnatio erat ſoluta. & eſt ve-
rum, ꝙ dictus notarius non erat notarius ad ſcribẽdum dictã
ſolutionem, vnde ne condemnetur de falſo, prætendit ſcriptu
1 ram ſuam non valuiſſe. quæritur, quid iuris. Reſpondeo, † ꝙ
dicta ſcriptura, & cancellatio non facit fidem ſolutionis, & cã
cellationis, & ex hoc poſſet argui pro dicto notario, quia ſcri
ptura videtur potius priuata, quàm publica: vt l. ſi quis priuã
tum. ff. de falſis. tñ ad illud de cancellatione non video reſpõ
ſum: quia quicunq; ſit ille, qui cancellat acta publica: falſifi-
cat ea, & facit, vt veritas non appareat: vt ff. de falſis. l. 1. §. qui
rationibus. & ideo tenet. l. Cor. de falſis, vt C. de teſt. l. ſi vnus.
Item ex decreto domini. & licèt delictũ verbi quandoq; excu
ſetur, vt no. Cy. in l. 1. C. de ſepul. viola. ff. de falſis. l. ſi quis le-
gatum. tamen non video, ꝙ cancellatio, quæ facti eſt, & nõ re-
fert, a quo fiat, poſſit remanere, quin puniatur pęna falſi &c.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXI.

1 *An ſcriptura priuata non habens diem, neque conſulem pro-*
bet ſaltem in fauorem eccleſię.
2 *An valeat ſcriptura, in qua non apparet, quæ quãtitas debea*
tur nomine liuelli.
3 *An ſit contraria ſcriptura, in qua quis dixit ſe habere iure li-*
uelli pro quodam ſuo territorio.
4 *An quis poſſit rem ſuam conducere ad liuellum.*
5 *An ualeat confeſſio facta extra iudiciũ coram dignis perſonis.*
6 *Libri cenſuales an probent.*

Reuerende Pater, vos allegatis ſchedulam ſcri
ptam manu propria domini Ioan. &
1 verba ſchedulæ ſic dicunt. Ego † Ioan. Algardus de Feltro le-
gum doctor, aſſero me teneri epiſcopatui Feltri nomine cen-
ſus iure liuelli pro quodam meo Fologono, quod conſueuit eſ
ſe Molendinum poſitum in Sancto Vocato iuxta eccleſiã San
ctæ Mariæ. non ſcribitis mihi, ꝙ in ſchedula contineatur ali-
quid plus. & vr̃, ꝙ dicta ſchedula non valeat: quia non conti-
net diem, & conſulem, vt in Auth. vt præponatur nomen Im-
peratoris. in prin. & no. C. de tabulis. l. generali. lib. 10. In con
trarium ꝙ valeat, videtur tex. ff. de pig. l. cum tabernam. §. idẽ
2 quæſit. Secundo † vr̃, ꝙ dicta ſchedula non valeat: quia non
exprimitur, quæ qualitas debeatur nomine liuelli, vt ff. de ver
bo. obli. l. triticum. & l. certum. ff. de confeſſis. Sed ad hoc re-
ſpondetur, ꝙ dicta ſchedula eſt certificata per ſolutiones cen
ſuum: quia talia ſunt prædicata, qualia ſubiecta declarant, vt
ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. Tertio vr̃, ꝙ dicta ſchedu-
la non valeat: quia dicit pro quodam meo Fologono. Nã ver-
bum, meum, ſignificat proprietatem, vt ff. de leg. 3. l. Stichum,
3 qui meus erit: † vnde iſta ſcriptura tanquam contraria ſibi ip
ſi non valet: quia primo dixit iure liuelli, ſecundo dixit meo.
nam cum liuellus ſit quædam conductio, vt inſt. loca. §. adeo.
nemo poteſt rem propriam conducere: vt C. loca. l. qui rem.
4 † Sed ad hoc reſpondetur per dictum Bar. qui dicit, ꝙ imo po
teſt quis rem propriam accipere ab eccleſia per liuellum: quia
intelligitur ei proprietatem donare, vt ipſe pulchrè not. ff. de
5 acqui. poſſeſ. l. ſi aliquam rem. † Secundo tenetentia veſtra al
legat confeſſionem dicti domini Ioan. factam extra iudicium
coram dignis perſonis. Sed videtur, ꝙ dicta confeſſio non va-
leat, vt C. de iur. & facti igno. l. cum falſa. & not. ff. de interro.
act. l. 1. In contrarium videtur: quia dicta confeſſio fauore ec
cle. vehementer adminiculatur, vt extra de ſucceſ. ab inteſt. c.
6 cum dilectus. Item † allegatis primo pro epiſcopatu libros cẽ
ſuales. Sed vr̃, ꝙ non probent, quia ſunt libri domeſtici, vt C.
de pro. l. rõnes. In õriũ vr̃, ꝙ probẽt, ſi ſunt ſcripti manu, vt in
c. ad euidentiam. de pręſcri. de cenſi. c. cum olim. & not. extra
de proba. c. cum cauſam. Ex quibus concluditur, ꝙ epiſcopa
tus habet iuſtitiam. non enim potuit dictus do. Ioan. plus iu-
ris legare, quàm haberet, vt C. de leg. l. vxor patrui. & ff. de pi.
l. lex vecti. & ff. de contrah. emp. l. qui tabernas. & ff. de leg. 1.
l. qui domus. §. fi. Item certum eſt, ꝙ emphyteuſis eccleſię nõ
tranſit ad heredem extraneum, vt no. in l. etiam. ff. locati. nec
etiam ad aliam eccleſiam mortuo emphyteuta, vt no. Inno. de
proba. c. in præſentia. non ob. quoddam inſtrumentum vẽdi-
tionis, quod producitur per partem aduerſam: quia res inter
alios acta non præiudicat eccleſiæ: alias iura eccleſiaſtica de
facili poſſent ſubuerti, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. ante oĩa. & no.
per Cy. C. loc. l. deſiderium. & patet expreſsè. C. de acq. poſ. l.
ex liberis. & facit in Auth. de alie. & emp. §. 1. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXII.

1 *An ſuper eiſdem controuerſiis, & cauſis poſſit pluries compro*
mitti, & laudum ferri.
2 *Quæ differentia ſit inter ſententiam nullam, & latam a non cõ*
petenti iudice.

Proponitur, ꝙ inter ſocios fuit lata quædam
ſententia arbitralis, in qua certa
nomina debitorum fuerunt adiudicata vni, & certa alteri: &
mandatum vni eorum, ꝙ exhiberet conſignatos, & poſtea co-
dices rationum. Demum orta fuit cõtrouerſia propter dictos
debitores aſſignatos: & quia codices rationum allegabantur
corrupti, & quędam alia, vnde denuo fuit compromiſſum de
dictis controuerſijs, & alijs quibuſcunq;, qui ſecundi arbitri
permutauerunt dictas adiudicationes nominum uni eorum
in certam quantitatem pecuniæ, tãdem dictum laudum fuit
dictum iniquum, & nullum. Poſt hęc iudex reductionis ip-
ſum confirmauit. nunc iterato dicitur nullum. quęritur, quid
1 iuris uiſo decreto domini. Et † uidetur primo dicendum, ꝙ
ſententia dictorum ſecundorum arbitrorum non ualuerit ip
ſo iure. & hoc duplici ratione. Primo, quia non potuit cõpro
mitti de eo, & ſuper eo, ſuper quo fuerat iudicatum, & tranſi
uerat in rem iudicatam, ut ff. de tranſa. l. poſt rem. nam etiam
de conſenſu partiũ non poteſt fieri, ꝙ ualeat ſententia contra
ſententiam, ut no. C. de tranſac. l. ſi diuerſa. & per Cyn. in l. 1.
C. quando prouocare non eſt neceſſe. in ſecunda oppoſitione.
Secunda ratio eſt, ꝙ ſententia, quę trãſiuit in rem iudicatam,
non poteſt emendari, neq; mutari, ut in l. j. C. ſententia reſcin
di non poſſe. Tertia ratio eſt, quia de rebus deciſis non eſt ue-
riſimile, ꝙ fuerit compromiſſum, nec ꝙ partes uoluerint no-
uare ſententiam, niſi ſpecialiter, & expreſsè fuiſſet dictũ. arg.
ff. de

ff. de noua. l. aliam non ob. decretum domini: quia uerba decreti dicunt, confirmata fuerit ſententia. Sed ſicut ſentẽtia lata a iudice incompetenti nec re, nec nomine eſt ſententia, vt l. fi. C. ſi a non compe. iudi. & l. 2. §. cum. ff. de pœnis. ita ſententia lata nullo, vel non competenti arbitro, & maxime cum excedit fines mandati, vt ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. quæſi-
2 tum. & l. qui tamen. Item differentia eſt † quia quando ſentẽtia eſt nulla, tamen a iudice lata habet nomen ſentẽtiæ, antequàm declaretur nulla, vt no. in l. fi. C. de ordi. cogni. Sed quã do ab incompetenti, nunquam habetur pro aliqua, vel nomine, nec præſumptione legis, vt no. in cle. 1. de ſequeſtra. poſ. & facit. ff. de proba. l. cum precibus, ibi, nec ad &c. Preterea iudex non poteſt confirmare ſententiam latam a funditus priuato, & omni poteſtate carente, vt ff. de ac. & ob. l. obligationes, quę non proprijs viribus conſiſtunt &c. In contrarium videtur veritas. nam certum eſt, ꝙ propter nouum dubium poteſt nouum inſtitui iudicium, & noua ſententia valet, & eodem mõ nouum compromiſſum, vt ff. de condi. indeb. l. eleganter. §. ſi poſt. Sed hic eſt ortum nouum dubium, quod dicitur, ꝙ codex rationum fuit adulteratus. Certum eſt, ꝙ propter hãc cauſam daretur reſtitutio in integrum, vt ff. de reiudi. l. diuus. & ff. de exceptio. l. quis agnitis. ſimiliter & lex dicit, ꝙ pp pecuniam ſubreptam agitur, licèt trãſactum ſit, vt ff. de pac. l. tres fratres. nec facio vim, vtrum de reſtitutione in integrum poſſit compromitti, necne, quia cum ſtatutum diſponat de executione ſententiæ arbitrutũ, ergo facit iudices delegatos, non dico ordinarios: quia non ſunt ad vniuerſitatem cauſarum, vt C. de iudi. l. cum ſpecialis. ver. & executoriè. & ibi no. hoc manifeſtè apparet: quia ſententia lata per dolum adhuc remanet actio prima, de qua compromitti poteſt, vt ff. de dolo. l. cũ a te. Item tacita ineſt clauſula in compromiſſis. ſ. dolum malũ abeſſe, obſtatiuum eſſe, vt ff. de arbi. l. ita demum. Item quãdo poſt ſententiam ſurgit quæſtio nullitatis, non eſt dubium, ꝙ de iſta quæſtione debet cognoſci, & pronuntiari, & valet ſentẽtia, vt no. ff. de appel. l. ſi expreſſim. & pleniſſimè no. in l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Item laudum arbitratoris magis aſſimulatur tranſactioni, quàm diffinitiuæ. & certũ eſt, ꝙ vltima tranſactio pręualet, vt C. de pac. l. pacta nouiſſima. & ideo dubitandum non eſt in themate propoſito, ꝙ tam ſecunda ſententia, quàm tertia valet de iure. plus dico, ꝙ illud verbum, ſententia prima. quod eſt in decreto domini, intelligitur largè, com 7. fecerit mentionem de nullitate, ſic. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. 2. & ideo non eſt dubitandum, ꝙ ſententia vltima confirmatoria valuit, ꝙ per decretum domini impoſitum eſt ſilentium omni vlteriori controuerſię. & ſic eſt reſponſum clarè ad dubiũ, dę quo quæritur, videlicet, ꝙ vltima ſnia executionem meretur, & ꝙ decretũ domini loquitur de ipſa non obſtãtibus in alia parte allegati, quibus apperet clarè reſponſum. In eodem facto.

Ad idem. De hac eadem materia.

CONSILIVM CCCXXXIII.

Conſiderato compromiſſu ſecundo, cum in eo fuerit cõpromiſſum de omni cã, quæ moueri, & excogitari poſſet, dico indubitanter ſecundũ laudum tenuiſſe. Nam contra primum laudum nulla dubia inſurgere potuerũt rationabilia, & ſine aliqua iniuria primorum arbitrorum excitanda. Nam primi arbitri potuerunt errare in facto, puta, in calculo rationum, vt C. de errore calculi. l. 1. & ſi hoc modo eſſet licitum ꝯhẽtibus ſe decipere, & palmã victorię reportare, tamen hoc non congruit bono viro, vt no. ff. de reg. iu. l. ſemper in conuentionibus. Et ideo ꝙ de nouo reuideatur, & calculetur, ratio non exhorbitabit ab ęquitate, & valet compromiſſum. Secundo põt eſſe, ꝙ codices rationum non facerent integram fidem de iure: & ſi eſſent ſcripti legaliter ſicut, euangelium, vt C. de prob. l. exemplo. & l. fi. C. de conuenien. fiſci debitoribus. lib. 10. vnde hoc dubium potuit de iure excitari. Item poteſt eſſe, ꝙ in ipſis rationibus erat aliqua ſoſpitio, non vitio ſcriptoris, ſed extrinſecus, vt C. de teſta. l. ſi vnus. Item poteſt eſſe, ꝙ arbitri neſciebant qualitatem nominum adiudicatorum, ita ꝙ adiudicauerunt mala nomina pro bonis nominibus; vt ff. ſi cer. pe. l. periculum. Cum igitur hæc ſint poſſibilia, & de omnibus poſſibilibus ſit cõpromiſſum, valuit compromiſſum ſecũdũ: quia bene valet compromiſſum de poſſibilibus dubiis. & eo ipſo intelligitur dubiũ fuiſſe, ꝙ arbiter declarauit, vt ff. de pecu. l. quod debetur. & l. ſuper ſeruis. C. qui mili. non poſſunt. Preterea hæc concluſio eſt firmiter tenenda, ꝙ ſi de voluntate partium iterum, & de nouo cognoſcitur, benè valet ſententia, ſecus ſi de nouo nihil cognoſcitur: primum probatur expreſsè. ff. de excep. rei iudi. l. duobus. ſecundum probatur. C. de tranſac. l. ſi diuerſa. Et ad hoc inducitur, ꝙ ex quo arbiter, & arbitrator pronuntiauit, cognouiſſe prę ſumitur: licèt ſecus in vero iudice, & mero arbitro, & eſt ratio, quia in arbitratore eſt electa eius fides, & ratio oportet, ꝙ recipiat probationes, niſi velit, vt no. Dyn. in cõſilijs ſuis in conſilio, quod incipit. Ptholomeus manentis. unde apparet, ꝙ ſecundum laudum fuit ualidum. ſed quid plura. Pone, quòd ſecundum non ualuiſſet, ſecuta eſt ſententia iudicis confirmans. Modo dico, ꝙ ſententiam confirmantis trãſit de nullo ĩ aliquid: ut no. ff. de appel. l. ſi expreſſim. & C. qñ prouo. non eſt neceſſe. l. 1. ſic igitur confirmatum fuit ſecundum laudum. Et hic eſt aduertendum, ꝙ ſecũdum Bar. & In. ab iſta ſententia non poteſt appellari, ut no. Bar. in l. 1. ff. de lega. 2. licèt ego non ſim in iſta opinione de iure communi, tamen per formam decre. domini noſtri non dubito vlterius appellari, uel nullum dici non poſſe. Et ſi bene conſideretur ſecundum laudum, non fuit contrarium primo, nõ nominum ad quantitatẽ permutatione, ſed eſt potius quædã diuerſitas, ut qui non fecit nomina, habeat pecuniam pro ipſis, ut ff. de admi. tutu. l. ita cum quæritur. & l. ita conſtante. ff. de iure dotium. finaliter fecerit, uel non fecerit, nomina non curo, quia omnia tranſiuerunt re expedita, ita ꝙ ammodo nihil poteſt retractari. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXIIII.

1 *Dicens crimen vſurarum eſſe licitum eſt hęreticus.*
2 *An credens vſurarium manifeſtum poſſe facere teſtamentum, etiam contra formam. capitu. quanquam. ſit cenſendus hęreticus.*
3 *An liceat Principi facere ſtatutum contra illam decre.*
4 *Sententia lata contra hæredem inſtitutum in teſtamento vſurarij manifeſti, an præiudicet in ſubſtitutionibus eius filijs nõ citatis adueniente caſu dictarum ſubſtitutionum.*
5 *An ſententiæ latæ ſuper apodiſſa ſit ſtandum.*

1 Præmittendum † eſt ad euidentiam, ꝙ ille, qui dicit crimẽ uſurarum eſſe licitum, eſt aduerſarius legis diuinę. & duo ꝯdictoria aſſerit ſimul uera. ſ. crimen, & licitũ. Ille aũt, qui credit, ꝙ ſit licitum, eſt hęreticus: quia errat in quodam articulo fidei: quia non credit euangelio, nec ſcripturæ ueteris teſti. Et ſi iſte eſſet Imperator, magis deberet reprehendi de articulo fidei, qui eſt
2 credere euangelio. Sed circa hoc ſurgit dubiũ, † utrũ credẽs, ꝙ uſurarius manifeſtus poſſit facere teſtm̃, ſit hęreticus. & dico, ꝙ non: quia iſta negatiua eſt de iure canonico uoluntario,
3 non neceſſario ad ſalutem. † unde & ſi aliquis dñs faceret ſtatutum, ꝙ uſurarius manifeſtus poſſit teſtari, per hoc non eſſet hęreticus, nec ſchiſmaticus, tñ iſtud ſuum ſtatutum non ualeret: quia nullus princeps temporalis põt ſtatuere ꝯtriũ eius, quod ſtatutum eſt per conſilium capituli quanquam. de uſu. lib. 6. nam crimen uſurarum eſt eccleſiaſticum, & ideo Papa poteſt delinquentem punire, & reddere inteſtabilem: quia in criminib. eccleſiaſticis principatus eccleſiæ maior eſt, quàm principatus Cęſaris. Ex hoc ſequitur, ꝙ ille quondam Magnificus, & Illuſtris nedum ex animi impetu, qui caligat oculo rationi humanę, ſed etiam cum omni deliberatione, & conſilio ſuorum procerum, quanquàm aſſeritur ſe habere in hoc plenitudinem poteſtatis, cum tamẽ nullam haberet poteſtatem, nedum cum eius plenitudine poteſtatis non potuit reſcindere ſententias ꝯ memoriam uſurarij latas, per quas etiam teſtamentum nullum apparebat tanquam factum ab uſurario manifeſto, ut extra de iu. c. at ſi clerici. & de foro compe. c. ſi diligenti. ex hoc ſequitur concluſio, ꝙ ſententia epiſcopi pergamenſis, & ſententia archiepiſcopi Mediolani ꝑualuerunt morituis dicti Magnifici. Sed hic dubitatur, quia ſcriptura dicit,

not. ꝙ

no. ꝙ prædictę ſententiæ non repetiuntur, & ideo hic dicen-
dum eſt, ꝙ quædam ſunt vera, & nõ præſumpta: vnde licèt ſit
verum, ꝙ dictæ ſententiæ fuerint latæ, tñ præſumuntur nõ la
tæ, ſi non apparent: Item nemo pręſumitur inhabilis, niſi pro
betur. C. de codicil. l. nec codicillos. & ff. de prob. l. ab ea par-
te. & ideo ſi nõ apparet per probationes, ꝙ dictus teſtator fue
rit vſurarius manifeſtus, nec appareret per ſententiam, præſu-
mimus in dubio, ꝙ valet teſtamẽtum, vt no. C. de vſuris, & fac.
4 igno. l. poſt diuiſionem. Sed hic † quæritur, poſito, ꝙ appare-
ret de ſententijs, vtrum ſententia lata verſus fratrem teſtato-
ris præiudicet eius filijs non citatis in ſubſtitutionibus eorũ
nduenięte caſu dictarum ſubſtitutionum. & vr̃, ꝙ ſic, vt ff. de
vendi. inſpi. l. 1. §. denunciari. Ad hoc facit: quia ſententia lata
ꝫ hęredem inſtitutum ſuper inteſtabile defuncti præiudicat
legatarijs, & fideicommiſſarijs, qui ex teſtamento aiũtur, vt
ff. de inoſ. teſt. l. Pap. §. ſi, eadem ratione, ſi ſententia eſſet lata ꝫ
pupillariter ſubſtitutum, pręiudicaret legatarijs vtrarumque
tabularum: quia reſciſſo capite teſtamenti reſcinduntur lega-
ta, etiam legatarijs non citatis: dum tñ hæres ex bona fide de-
fenderit cauſam, & præſens fuerit tpe ſententiæ, vt ff. de cõd.
inde. l. 2. & 3. & plenè no. per Cy. & alios extraor. doc. in l. in-
genuum. ff. de ſta. ho. & in alijs locis. Sed in contrarium vr̃ ve
ritas: quia dicta iura loquuntur, qñ ſñia eſt lata cum hærede;
ſed quando eſt lata cum ſubſtituto per fideicom. non præiudi
cat alijs ſubſtitutis, nec legatarijs, niſi ſint citati: quia ille, cõ-
tra quem eſt lata ſententia, non eſt caput teſtamenti, arg. ff. de
inoff. teſt. l. circa. & ideo de iuridico, ꝙ poſito, ꝙ appareret
de dictis ſententijs, non præiudicarur ſubſtitutioni factæ ver
ſus filios dicti fratris. Sed ſi teſtes ſuperuinerent, vel inſtrumẽ
ta, per quę probaretur, ꝙ teſtator fuiſſet vſurarius manifeſtus,
tunc indubitanter filia teſtatoris haberet ius ex cauſa inteſta-
ti. Item ſententiæ epiſcopi, & archiepiſcopi bene facerent ma
gnum indiciũ, vt ff. de inteſtu. l. ſi duo patroni. in prin. Ex his
concluditur, ꝙ rebus ſic ſe habentibus ſtandum eſt teſtõ, ſal-
5 uo, ꝙ ꝫ. dictam: nam ſecundo loco † principaliter quæritur
de quadam ſñia lata ꝫ dictum fratrem teſtatoris vigore cuiuſ-
dam apodiſſæ, in qua dictus frater reperitur condemnatus tã
quam debitor dictarum filiarum tãquam hęredum patris ab
inteſtato. Nam per hoc fuit de neceſſitate pronuntiarum di-
ctum fratrem hæredem non eſſe, vt C. de hære. ac. l. vt debitũ.
Et reſpondeo, ꝙ iudex ſecularis nõ põt infringere teſtm̃ eius,
qui dr̃ vſurarius: quia vt dixi, cauſa eſt eccleſiaſtica, & epiſco
pis attributa, vt no. 14. q. 4. in ſum. tñ ex quo ſñia fuit lata ſu-
per dicta apodiſſa, & non ſuper viribus teſti, ſtandum eſt ſen-
tentiæ: & licèt non appareat originale per originale, apparet
tranſſumptiuè per acta, ar. C. de teſt. l. publicati. & C. de re iu.
l. geſta. Et licèt aliquid ſapiat tacitè ꝫrietatis, ꝙ verus hæres ex
teſtõ condemnetur alicui tanquam hęredi ab inteſtato, tñ ſuf
ficit, ꝙ iudex credebat, ꝙ hæres teſtamentarius non eſſet ve-
rus hæres. ſi enim ſentẽtia diſplicebat, debuit appellari, vt no.
C. ſi ſępius in integrum reſtitutio poſtuletur. l. 2. ff. ſa. hære. l.
cum putarem. ff. de pec. l. eo tpe. hoc eſt, ꝙ dr̃, iudex ius facit,
& cum iniquè decernit: vt ff. de in. & iu. l. pe. & no. ff. de con-
di. inde. l. ſi non ſortem. §. hęre. Ex iſtis concluditur, ꝙ ſñiæ la
tæ ſuper dicta apodiſſa ſtandum eſt, quicquid ſit de reſiduis
bonis dicti teſtatoris. nec eſt mirandum, ſi quid dixi, vr̃ im-
plicare quandam contrarietatem reſpectu diuerſarum perſo-
narum: quia res inter alios acta ſępe reportat contrarias ſentẽ
tias, vt ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quęritur. vnum nõ omitto,
ꝙ dictam ſchedulam non oportet produci, ex quo non extat:
præſtito tamen ſuper hoc iuramento purgationi ſecundũ for
mam legis vltimæ. C. de fide inſtrumen. Et hęc eſt reſponſio
quam facio conſilio Magnifici, ſalua ſententia potiori, vt l.
claudius felix. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXV.

1 *Aliud eſt quem abſolui ſimpliciter, aliud ab obſeruatione iudicij.*

Conſilium fuit ſub hac forma, partes eſſe abſol-
uendas ob obſeruatione iudicij, &
fuerunt inſertæ certæ rationes exiſtentes in facto, quædam cõ
tinentes allegationes legum, de quibus non diſputo. quo con
ſilio viſo iudex pronũtiauit per hęc verba, videlicet, dixit, ſen
tentiauit, pronuntiauit, declarauit, & abſoluit per verba de p̃
ſenti in omnibus, & per omnia, prout ī. in d. conſil. plenè pa-
tet. Et proponitur, ꝙ actio, quę erat intentata, erat actio tutelę
ꝫ hęredes tutoris teſtamentarij, & ꝙ non conſtabat hęreditatẽ
5 eſſe aditam a pupillo. Modo quęritur. † nunquid ſi conueniã
tur actione negotiorum geſtorum, illi, qui geſſerunt, nec ſim-
pliciter expreſſo nomine actionis, vt rationem reddant, nun-
quid eis obſtet exceptio rei iudicatæ. ad quod reſpõdeo, & di-
co, ꝙ non, quia per dictam ſententiam non ſunt abſoluti a de-
bito: quia ratio aſſignata in d. abſolu. ab obſeruatione iudicij
non concernit liberationem debiti: vt l. 5. §. 1. ff. ſi menſor fal.
mo. dixerit. vnde per hoc apparet, nec mens iudicis pronun-
tiantis tangit hunc caſum: quia non dicunt, ꝙ per hoc nõ te-
neatur adminiſtrator reddere rationem. Nam immo tenetur,
ſiue ſit tutor, ſiue pro tutor, ſiue negotiorum geſ. ſed dicũt, ꝙ
non fuit ritè libellatum. Item dicunt uerba ſententię, ꝙ nõ eſt
probata aditio hęreditatis, ſed de hoc eſt ſatis magna quęſtio,
q̃ non tango. Nam quicquid ſit, purè oportet adminiſtratorẽ
reddere rationem, & hęredem eius, & hęredes eorũ. Porrò ꝙ
libellus non procederet pp obſcuritatẽ, multiplicitatẽ, & non
factam declarationem temporum, ſui, & ſum, ꝙ nõ procedat
aliter non declarato libello, tunc cũ debuit declarari: ſed mõ
ſi ritè agitur, & rectè libellus formatur, debet procedi, tamen
in cauſa debent probanda probari, & pẽdebit effectus litis ex
futuris probationibus. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXXXVI.

1 *Quid importent illa verba appoſita in legitimatione Papæ, quantum publicum concernit intereſſe.*

1 Verba † primi priuilegij legitimationis ſic dicũt, ſuc
cedere valeas &c. Verba autem ſecundi priuile
gij ſic dicunt, ꝙ eandem hæreditatem quantum publicũ con
cernit intereſſe prouidere, retinere liberè, & licitè poſſis, ac ſi
ſufficienter, quo ad hoc, aliàs fuiſſet tecum legitimè diſpenſa
tum. Modo quæritur, vtrum dictum ſecundum priuilegium
aliquid operetur quo ad effectum ſucceſſionis dicto legitima
to acquirende: & auferende dictis alijs legitimis ſucceſſorib.
Et reſpondeo manifeſtum eſſe ex illis verbis, quantum publi-
cum concernit intereſſe nihil Papã voluiſſe derogare iuri pri
uatorum, quibus per aditionem hęreditatis erat quęſitum do
minium: vt C. de emanci. liberorum. l. nec auus. & d. l. ex fa-
cto. & capit. ex tuarum. de autoritate, & vſu pallij. imo expreſ-
ſè apparet a contrario ſenſu verborum, ꝙ Papa iuri alteri quę
ſito noluit derogare: vt ff. de manu. teſta. l. ſi quis locuplex. &
ſi voluiſſet, non potuiſſet in terris eccleſiæ: quia diuiſum Im-
periũ cum Ioue Cæſar habet. & poſito, ꝙ potuiſſet, noluit tñ.
vnde dicta legitimatio eſt ſecundum ea, q̃ proponuntur, ina-
nis, & vacua, & nullius effectus. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXXXVII.

1 *An fideiubens pro aliquo, qui veniebat puniendus capitaliter, teneatur, ſi ille aufugit.*

2 *An talis promiſſio, vel fideiuſſio poſſit fieri per nuntium, vel epiſtolam.*

3 *An poſſit fideiuſſor interuenire, vbi venit imponenda pęna capitalis.*

Quo famuli capitanei cuſtodiæ cuiuſdã caſtri
inuicẽ rixati ſunt, vnus alterũ letha-
liter vulnerauit, capitaneus eũ cępit, & tenuit ſub bona cuſto
dia, donec ſe pacificauerunt. Eſt verũ, ꝙ iſte capitaneus nõ ha
bebat merum Imperium in Caſtro, ſed erat quidam alius, cui
Illuſtris dederat poteſtatem animaduertendi ꝫ eos, qui in Ca-
ſtro facerent ſanguinem: & de ferita erat pęna capitis. Iſte ſu-
perior miſit pro illo delinquente, & mandauit capitaneo, ꝙ
eum remitteret ad ſe, qui per aliquos dies fuit in mora remit-
tendi, tandem remiſit ſub fida cuſtodia. Demum ſequutũ eſt,
ꝙ ad relationem cuiuſdam nuntij pręſenſi iſte malefactor re-
miſſus eſt ad dictum capitaneum tanquam ad fideiubẽtem
pro eo, poſtquam dictus percuſſus mortuus eſt ex dicto vul-
nere, dictus vero malefactor aufugit. Modo quęritur, an di-
1 ctus capitaneus ex hoc ueniat puniendus, † Ad qd reſpon-
deo, ꝙ

deo, ꝙ ſi quidē non fideiuſſit, non debet puniri: quia ſatis eſt, ꝙ infra paucos dies remiſit eum ſuperiori, vt ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. Si autem fideiuſſor extitit pro eo, aut per ſtipulationem, & debet pecuniaIiter puniri: vt ff. de cuſto. reorum.
2 l. ſi quis reum. & no. 23. quæſt. 5. ca. cum homo. † Aut fideiuſſit per nuntium, vel epiſtolam, & non valet fideiuſſio: & ideo non obligatur, nec tenetur ex dicta fideiuſſione: quia per nuntium ſtipulatio non contrahitur, vt l. 1. in priu. ff. de ver. ob. & fideiuſſor non obligatur, niſi interueniēte ſtipulatione, vel niſi præſens patiatur ſe deſcribi in actis tanq̄ fideiubēs, vt C. de fideiuſ. l. blanditus. ff. de ver. ob. l. 5. §. ſatis exceptio. & no. ff. de fideiſ. tuto. l. cum oſtendimus. §. vlti. vnde quod incaute factum eſt, ſibi non debet imputari, niſi iterum ſuſcepiſſet eum cuſtodiendum, vt C. de cuſto. reo. l. ad commentarienſem. Il-
3 lud † etiam eſt certum, quòd vbi cauſa eſt capitalis, nō debet quis dimitti etiam mille fideiu. vt ff. de cuſto. reo. l. diuus. ibi, ſed tam grande ſcelus &c. & no. per Pet. & Cyn. C. de appel. l. eos. §. 2. &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXVIII.

1 *An pater, qui condito teſtamento inſtituit filiam ſibi hæredem vniuerſalem, & promiſit cum iuramento ſe nunquam mutaturum teſtamentum, poſſit nihilominus mutare, & alium hęredem inſtituere.*

1 Pater † condidit teſtamentum, in quo filiam hęredem inſtituit, qui eidem præſenti, & non acceptanti iurauit non reuocare, & ſe reuocare non poſſe decreuit: & ſi reuocaret, donauit, & tradidit: & renuntiauit expreſsè omnibus legibus permittentibus reuocari, & ſpecialiter legi vlti. C. de pac. & l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. cum ſi. Contigit, ꝙ poſtea teſtator reuocauit, & alium hæredem inſtituit. Quęritur, quid iuris. Solutio, hæc quęſtio antiquiſſima eſt. quidā dicunt, ꝙ non poteſt reuocare ratione iuramenti, ne incidat ī periurium, & quia iuramentum non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternę. Item quia ſic teſtando pater debitum iure naturæ perſoluit. Item quia teſtamentum fuit vallatum contractu, & traditione, aliàs fruſtra glo. diceret, ꝙ teſtamentum poteſt tranſire ad contractum, vt no. ff. de teſtamentis. l. hæredes palam. §. fi. Et hanc opinionem tenent canoniſtæ ratione iuramenti. & dom. Dyn. tenet ratione cōtractus. & pro hoc facit: l. licèt. C. de pac. Alij dicunt, ꝙ reuocari poteſt non obſtante iuramēto: quia teſtamenti factio eſt publici iuris, cui nō poteſt derogare per voluntatem hominis priuati. Item cōtractus non fuit celebratus ſub licita cōuentione, ſed ſub illicita. Prætereà donatio inter patrem, & filium ita poteſt reuocari, ſicut teſtamentum, vt l. 2. C. de inoſ. dona. Solutio, antiqui communiter dicebant, ꝙ ſeruandum erat iuramentum, & contra iuramentum defuncti veniri non poteſt per aliquem, qui prętēdit ſe eius hęredem propter fauorem animæ teſtatoris. Moderni communiter tenent contrarium. C. de ſacroſan. eccle. l. 3. & ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. nec poteſt renuntiari legibus obſtatiuis. & C. de legi. l. non dubium. & l. 2. C. ne fideiuſſores dotium dentur. quia renuntiatio eſt contra bonos mores, & inducit votum captandæ mortis. & iſta opinio eſt tutior. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXIX.

1 *An quando filius recipit dotem ab vxore ſua, & pater, & ipſi obligant ſe ad reſtitutionem, valeat pactum, quòd pater non teneatur vltra portionem contingentem filio in bonis ſuis.*

2 *An a pacto facto ſit receſſum per ſequentem obligationem ſolidi perſecutorium, & omnium bonorum obligatiuam.*

Pater, & filius obligauerunt ſe ad reſtitutionem dotis, tamen per hęc verba, videlicet obligādo ſe, & bona ſua ſolum iuxta partem omnium bonorum, quæ poſſent ſpectare, & pertinere dicto eius filio de bonis dicti patris, & vltra non poſtea tamē pater vſus eſt his verbis vnà cum filio, videlicet, obligando vterq; ipſorum inſolidum omnia ſua bona pręſentia, & futura. Ex hoc themate inſurgunt duo dubia. Primum, vtrum valeat pactū, ꝙ pater non teneatur vltra partem filio contingentem. Secundo, nunquid a dicto pacto ſit receſſum per ſequentem obligationem ſolidi perſecutoriam, & omnium bonorum obliga-
1 tiuam. Et redeo ad primū, † & videtur, ꝙ dicta modificatio obligationis nō tenuerit in præiudicium mulieris in dote: quia quando dos datur filio, pater debet ſe inſolidum obligare ad dotis reſtitutionem, vt no. Dy. ff. ſol. ma. l. ſi cum dotem. §. trāſgrediamur. Item non valet pactum in præiudicium dotis factum, vt ff. de pac. dotalibus. l. 2. Item pactum eſt impoſſibile: quia donec pater viuit, filius non debet habere aliquam legitimā, vt no. per Dyn. & alios in l. vlti. ff. de lib. agno. Item non valēt pacta de futura ſucceſſione, vt C. de colla. l. pactum. In cōtrarium videtur, ꝙ iſtud pactum non eſt cōtra bonos mores, neċ eſt reprobatum a iure, ſed eſt quædam modificatio obligationis, vt ff. de pac. l. ſi quis pecuniam. Item tempore, quo datur dos, poſſunt opponi quælibet pacta, dum modo ius ciuile nō impugnetur, vt ff. de pac. dotalibus. l. cum dos. non ergo eſt ī plus obligatus pater, quàm vſq; ad vires, quę de ſubſtantia patris filium contingunt, puta, ſi ſunt duo filij, vſq; ad medietatem; ſi tres, vſq; ad tertiam partem, aliter etiam poſſent dicta verba interpretari vſq; ad legitimam. vt C. de inoſ. teſta. auth. nouiſſima. Sed prima interpretatio humanior eſt fauore dotis. ſed hanc opinionem ego teneo, ꝙ valet pactum, in quo pater obligat ſe modo prędicto, & filius inſolidum, & per conſequens pater non tenetur, vltra quàm ſe obligauerit, vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. 1. Modo venio ad ſecun-
2 dum punctum, † & videtur primo dicendum, ꝙ a dicto pacto ſit receſſum per ſequentem ſcripturam, vt l. lecta. ff. ſi cer. pet. In contrarium videtur: quia limitatio facta in priu. videtur in ſequentibus repetita. vt ff. de pac. do. l. cum pater dotē; nam ſequentia verba poſſunt iungi cum præcedentibus; vt ſit ſenſus, ꝙ quatenus promiſit per perſonalem obligationem, ꝓ eo obligauerit inſolidum omnia ſua bona. ad hoc faciunt oēs leges dicentes per primam ſcripturam determinari ſequentē. vt ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. C. fami. hæciſ. l. quotiens. & extra de appella. c. 2. requiris. Nam in poſteriori parte contractus non dicitur, ꝙ quilibet inſolidum obligauerit ſe ad dotem perſonaliter inſolidum. Sed ꝙ bona ſua inſolidū, quæ verba concernunt ſolam hypotecariam. & hoc videtur mihi verius non ob. l. lecta. ſi cer. pet. quia ibi præcedens ſcriptura non poterat confirmari ad ſequentem ſcripturam: hic ſic etiam ſalua ratione recti ſermonis. Item nō obſtat dictum Dy. in §. tranſgrediamur. quæritur ſi pater debuiſſet cogi, tamen iſta neceſſitas non fuit redacta in actione promiſſionis, immo fuit modificata, in qua modificatione inſpicitur tempus contractus, vt eleganter notat But. in d. l. pac. C. de colla. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXL.

1 *Miſſio in poſſeſſionem ex decreto non valet facta non citatis citandis.*

1 Tria ſunt, † propter quæ maximè non tenuit dictus proceſſus d. iudicis, videlicet, inſolutum datio, in poſſeſſionem introductio. Primo, quia citādus, vel citatus interim erat mortuus, vnde citatio fuit ipſo iure circunducta. vt l. Paulus. ff. quę ſententiæ ſine appel. reſcindantur. Secundo: quia patri ſucceſſit filius adultus. Nam cum filius ſuccedit patri, nō dicitur hęreditas iacere propter exiſtentiam ſui hæredis: vt C. de vſuc. pro hęrede. l. nihil. Et iō debuit nominaliter citari, vt l. 1 §. denuntiari. ff. de ven. inſpiciendo. Item quia dictus filius erat clericus, contra quem non poteſt procedi, niſi citetur corā ſuo iudice, vt extra de ſo. cōpe. ca. ſi diligenti. niſi quis diceret, ꝙ iſta allegatio non eſt vera, quando iudicium eſt inchoatum cum laico, & ſuccedit ei clericus, vt ff. de iudicijs. l. hęres abſens. in princi. Sed tamen tunc remanet alia ratio: quia cum eſſet filius, & hęres, debuit nominatim citari, vt dictum eſt, & proceſſus factus, vbi non fit legitima citatio, non tenet, vt no. C. de accuſa. l. ſi accuſatoribus. Allegatur etiam, ꝙ pendebat tempus inuentarij conficiendi, vt C. de iure deliberandi. l. fi. §. donec tamen. huic allegationi non multum inſiſto: quia coram iudice debuit allegari be-

ri beneficium inuentarij. Item quia filius nondum ſe immiſcuerat, & ideo non eramus in tempore inuentarij, ſed ante, vt no. in l. fina. in prima parte. C. de iure deliberan. Item allegatur in Authen. vt cum de appella. cog. §. pe. Sed & illud puto debere allegari, vel ſaltem iudici liquere, argu. ff. de re iud. l. quæſitum. finaliter teneo, quòd inſolutum datio non tenuit ipſo iure: quia requirit latitationem, & mortuus non poteſt latitare. Item ex contumacia ſecundi procuratoris dominus nõ patitur ſecundum decretum, vt no. Barto. in l. hoc amplius. §. fina. ff. de dam. infec. Præterea mandatum procura. erat reuocatum per mortem, quia deceſſit dominus lite nec conteſtata, nec quaſi, vt no. ff. de iuri om. iu. l. & quia. Item non fuit citatus filius, idemq; hęres ex iuris diſpoſitione. Nam cum ei expedit eſſe hæredem, tunc eſt hæres, vt inſtitu. de hæredi. ab inteſtato. §. ſui. & ſi quis omiſſa cauſa te. l. 1. §. ſi proponatur, & ff. de vulg. ſubſti. l. ſi filius, qui patri. in ratione ſui. Præterea quando adultus non eſt, in iudicio debent citari agnati, & cognati: vt ff. quibus ex cauſis ma. l. ergo. aliàs non tenet proceſſus. & ſic de primo ad vltimum concludendo clarè patet dictum ſecundum decretum, & immiſſionem corporalẽ fuiſſe, & eſſe nullum, & nullam ipſo iure. ad idem etiam facit, quia pendente appellatione: quia appellatio, quæ ſuſpendit pronũtiatum, ſuſpendit actus conſecutiui pronuntiati, vt ff. de mino. l. infra vtile tempus. Ego Bald.

CONSILIUM CCCXLI.

Vide etiam inſra charta ſecunda in fi.

1 *Alienans feudum irrequiſito domino cadit a iure ſuo.*
2 *An vaſſallus alienans partem feudi cadat a toto. & infra conſilio 349.*

Qui litem habebat ſuper decimis, ſibi infeudat p dominum epiſcopum Vero. dum litigaret de eis contra quendam poſſeſſorem, fecit quendam contractum infraſcripti tenoris, quo contractu donauit partem iſtorum bonorum feudatorum participanti de quotta litis.
1 Nunc † quæritur, nunquid dictus donans tanquam alienator dicti feudi ceciderit a iure ſuo. & certũ eſt, quòd ille, qui alienat feudum irrequiſito dño, ſiue per donationẽ, ſiue quouis modo, cadit ipſo iure a feudo vt in cap. 1. §. deniq; . quę fuit prima cauſa beneficij amittendi. col. 10. & in capi. 1. §. donate. qualiter olim poterat feudum alienari, vt in capi. Imperator. Fed. §. calidis. de prohi. feu. alie. per Fede. ſed dubium eſt, vtrum qui alienat partem, perdat totum. & videtur, q non: vt in capi. 1. in prin. de vaſſallo, qui contra conſtitutionem lotharij. eadem col. alij dicunt, q totum perdit iure nouiſſimo per d. §. calidis. ſed in primam partem inclinant. ſ. tantum in parte alienata cõmuniter omnes antiqui doc, quia quod alienatum non eſt, non debet ad dominum reuerti. Nam & vſuſ. extinguitur alienatione, & ad dominum reuertitur, ſed nõ in plus, quàm fuerit alienatus, vt inſtitu. de vſufru. §. finitur. Sed quidam moderni tenẽt, quòd in totum, nam vaſſallus peccat in perſonam domini: quia dominum contemnit, & iſte contemptus reſpiciens perſonam eſt quid indiuiſibile: quia niſi inſolidum contra perſonam peccari non poteſt: vt in capi. 1. §. ſimiliter. quib. mod. feu. amit. col. 10. tamen in caſu noſtro non eſt de hoc diſputandum: quia alienatio incipit a toto, & ideo in totum eſt reuerſum ad eccleſiam, licèt contra bonos mores fuerit factũ pactum de quota litis in caſu victoriæ, vt ff. de pac. l. ſumptus. nec dicat aliquis, q non interuenit traditio: qa in corporalib. ceſſio actionis hꝫ loco traditionis, vt no. C. qui fiſcus, vel priuatus. l. fi. & l. ad eum. ff. de dona. non ergo excuſatur alienans, quia fecerit pactum tpe: quia iſtud habet augere, nõ minuere delic. quia in pluribus deliquit aliqualiter. iſta quæſtio eſt dubia. Sed iſta pars videtur defendibilis, & ideo vicarius domini epiſcopi videtur rectè pronuntiaſſe. facit. C. ne liceat potentioribus. l. 1. Ego Bald.

CONSILIUM CCCXLII.

1 *An nepotibus, vel neptibus ex filia debeatur legitima, & an poſſint agere ad ſupplementum.*
2 *Si agitur de legitima nepotum patruorum, qualiter ſit diuiſio inter eos, & quę ſit legitima eorum.*
3 *An dos matris computetur in legitima filiorum.*
4 *An mater tranſmittat hæreditatem matris ſuæ, vel auiæ non aditam ad nepotes.*

Caſus, ſuper quo conſilium poſtulatur, talis eſt. Iacobus de eccleſia becharius ciuis Aſt. filius Petri de eccleſia quondam ſanus mẽte, licèt eger corpore ſuũ condidit teſtamentum nuncupatiuũ ſine ſcriptis. In quo Henricum, Petrinam, Iſabellinam, Auguſtinam, & Damalinam, filium, & filias Antoniæ. q. filiæ ipſius teſtatoris, & filium, & filias Gulielmi Zaberti maritum ipſius Antonię. q. ſibi hęredes inſtituit in flo. 500. boni auri, & ponderis, iubens ipſum Henricum, & ipſas Petrinam, Iſabellinam, Auguſtinam, & Damalinam eſſe de prędictis flo. 500. auri tacitum, & tacitas, contẽtum, & contẽtas, & quòd nihil aliud petere poſſint in bonis, & hęreditate ipſius. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus, & actionibus vniuerſis vbicunq; ſint, & potuerint reperiri, ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit Georgium de eccleſia fratrem ſuum, & ſi dictus Georgus quandocunque decederet ſine liberis ex ſenatis de legitimo matrimonio procreatis, & eo caſu voluit, q quęlibet ex filiabus dicti Gulielmi Zaberti, & Antoniæ quondam filiæ ipſius teſtatoris habeant pro qualibet ipſarum flor. 100. auri, & dictus Henricus filius ſimiliter dicti Gulielmi Zaberti, & dictę quondam Antonię filiæ ipſius teſtatoris habeat in ipſo caſu flo. 200. auri. Si vero dictus Georgius decederet remanẽtibus ex eo filio, vel filijs, maſculis, vel maſculo vno, vel pluribus, Et poſtea dicti filij maſculi vnus, vel plures decederent omnes, nullis ex eis remanentibus filio, vel filijs maſculis de legitimo matrimonio procreatis, vel procreato: tunc, & eo caſu voluit, q quęlibet ex filiabus dicti Gulielmi Zaberti, & Antonię prædictæ habeant flo. 100. & dictus Henricus filius d. Gulielmi, & dictæ Antoniæ habeat flo. 200. auri. Qui Iacobus prędictus de eccleſia teſtator prædictus deceſſit dicto condito teſtamento ſuperſtite dicto Georgio eius fratre, & hærede ex teſtamento prædicto, & qui Georgius hęreditatem ipſius Iacobi adiuit ex teſtamento prędicto, & ſuperſtitibus ſibi dictis filio, & filiabus omnibus dictæ Antoniæ filiæ dicti teſtatoris, & dicti Gulielmi Zaberti. Modo quęritur, vtrũ dictus nepos, & nepotes dicti Iaco. & filius, & filiæ dictæ Antonię, & dicti Gulie. Zabeti poſſint agere ad ſupplementum legitimæ eis debitæ in bonis, & hæreditate prædicti Iaco. eorum aui materni, non obſtantibus verbis in dicta inſtitutione appoſitis: quia dicit, q nihil aliud petere poſſint in bonis dicti teſtatoris, & non obſtantibus alijs ordinationibus factis p ipſum teſtatorem in dicto teſtamento, prout ſupra in quibus ordinauit, q ſi dictus Georgius decederet ſine filijs maſculis vno, vel pluribus, & ſi relinqueret filium vnum, vel plures, & dicti filij decederent ſine filijs maſculis vno, vel pluribus de legitimo matrimonio procreatis q tunc, & eo caſu voluit, q dictæ filiæ dicti Gulielmi, & dictæ Antoniæ habeãt flo. 200. prout in dicto teſtamento continetur. Item quæritur, q dicta Antonia erat vnica filia dicti teſtatoris: & dicti filij, & filiæ ipſius Antoniæ nepotes ipſius teſtatoris erant 5. poſt mortem dicti Iaco. teſtatoris. Modo non ſunt niſi quatuor, quia vna ex dictis filiabus dictæ Antoniæ deceſſit poſt mortem dicti Iac. vt ſupra dictum eſt, in caſu, quo poſſint agere ad ſupplementum eorum legitimæ hęreditatis dicti Iacobi eorum aui materni reſpectu medietatis, quia tempore mortis, & poſt mortem dicti Iacobi erant 5. nepotes. vel reſpectu tertię partis, q a dicta mater eorum erat vnica filia dicti Iacobi teſtatoris, & dicti eius filius, & filiæ modo non ſunt niſi quatuor: quia vna ex dictis filiabus deceſſit poſt mortem dicti Iacobi teſtatoris, vt ſupra. Item quęritur, ſi dicti filij poſſint agere ad ſupplemẽtum eorum legitimę, vt ſupra, & poſſit, & debeat eis computari in dicta eorum legitima dos data per Iaco. eius patrẽ Guliel. Zabeto marito dictę Antonię, & patri dictorum filiorum ipſius Antonię nomine ipſius Antonię eius filię, & vxo. dicti Guliel. Item quęritur, an dicta Antonia potuerit tranſmittere hęreditatẽ eius matris vxoris dicti Iacobi prędefunctę dicto Iacobo, & non aditam per ipſam Antoniam ad ipſum eius filium, & ad dictas eius filias, & vtrũ filius filię d. Antonię poſſit petere dotem eorum auiæ maternę mortuæ ante mortem

dictæ

dictæ Antoniæ. Et ſuper prædictis omnibus gradatim, & ſuc ceſſiue quæritur, quid iuris. Super primo puncto dicendum
1 eſt, † quòd quanquam dicti nepotes ſint nepotes ex filia, tamẽ eis debetur legitima debita iure naturæ, quia ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis, vt C. de libe. præte. l. maximum vitium. & in Authen. de heredi. ab inteſta. §. nullam vero. quam legitimam teſtator prohibere, vel minuere non potuit, text. eſt in Authen. vt cum de appella. cogno. §. cæterum. in qua legitima non imponatur ſpecies ſubſtitutionis conditionalis factæ poſt mortem inſtituti, quia legitimam debent habere ſine vlla dilatione, vel conditione, vt C. de inoffic. te ſtamen. l. quoniam in prioribus. & l. ſcimus. & nihilominus ſi poſtea extiteret conditio ſubſtitutionis, poſſent agere ex cauſa fideicommiſſi, & ad id, quòd eſſet reſtituendum per dicta iura. enim petit ſupplementum legitimæ, non dicitur teſtamẽtum impugnare: vt C. de inofficio teſtamento. l. omnimodo.
2 † Super ſecundo puncto dicẽdum videtur, quotquot ſunt nepotes ex vno filio, vel filia omnes habentur loco vnius, & legitima omnium eſt tertia pars, vt inſtitu. de heredi. ab inteſta. §. & quia placuit. ſed contra hoc videtur, ſcilicet, quòd mortuo filio, vel filia atendatur numerus nepotum, quaſi ipſi pro filijs habeantur: nam multum refert, vtrum veniant cum patruo, & tunc veniunt in ſtirpes. an ſoli, & tunc inſpicitur eorum numerus. hoc videtur dicere tex. in Authen. de trien. & ſe. §. prohibemus. vbi text. ſic dicit. Et hæc omnia dicimus nõ in patre ſolo, ſed & matre, & auo, & pro auo, & pro auia. hæc etiam videtur ſentire glo. in verſic. hoc ſeruando in omnibus perſonis vbi gl. dicit ſcilicet filijs & nepotibus. Item pro hoc facit ratio naturalis. Nam ſicut auus tenetur alimentare, ita & lex ſubuenit per debitum bonorum ſubſidiũ, ne ſequatur inconueniens, quod ponitur ibi in tex. in verſi. pauperes erũt filij. nam licèt ibi fiat mentio de filijs, lex vltra procedit extendendo ad nepotes, vt ibi patet, & ſecundum hoc erunt melioris conditionis nepotes, quàm pater eorum: quod videtur ab ſurdum, argumen. C. de bo mater. l. ſi viua matre. Iſte paſſus eſt dubius, quia tex. non aperit, vtrum loquatur de nepotibus ex vno filio, an ex pluribus filijs. ſed certè tex. videtur ſane intelligendus ſcilicet idem, quod in filijs ſcilicet partibus eorũ, quia in locum patris ingrediuntur. conſidera. quod nepotes non attinent auo niſi per radicem, ſeu ſtipitem, & radix vna eſt, & ſuper vnicus, & ideo non poſſunt habere pluſquam ſtipes eorum eſſet habiturus. & hæc opinio tutior eſt, & probabilior, licèt queſtio ſit ſatis dubitabilis ad hoc. ff. de col. l. de dit dotem. in ratione ſui. In hoc puncto videretur diſtinguendum, nam aut legitima eſt formata in vno filio, & deuenit ex eo ad plures nepotes, puta 5. vel 6. aut non eſt formata in vno filio, quia præobijt viuo patre. Primo caſu non augetur ex numero nepotum, etiam ſi veniant ex ſua perſona patre eorum repudiante, aliàs ſequeretur, quòd vnus filius, qui haberet 5. filios, poſſet efficere, quòd eius filij haberent ſemiſſem pro legitima ex ſucceſſorio edicto pleniori, quod eſt abſurdum, quia tempore mortis pater patris eorum nõ eſſet obligatus niſi ad trientem. Secundo caſu attenditur numerus nepotum, non pater, vel pater eorum, qui nõ eſt in rerum natura, nec in eius locum tunc nepotes ſuccedunt, ſed de per ſe, & ideo ſecundũ numerum primò, & principaliter ſuccedentium legitima formatur, & cundẽnatio moderatur. vnde ſi ex duobus filijs præmortuis extant ex vno duo nepotes, ex alio tres, habebunt ſemiſſem diuidendum inter nepotes pro numero perſonarum, quia ſi diuideretur in ſtirpes non eſſent 5. ſed duo, tamen in ſuccedendo ſunt ſicut & partes eorum. Conſidera hic, nam iſte modus ſuccedendi pro numero eſt contra caſum dicti. §. & quia placuit ſi ergo habes relationem ad ſtirpem, ſecundum quod ille. §. dicit, neceſſario ſequitur, quòd etiam mille nepotes ſuccedentes in locum patris non debeant reputari niſi pro vna perſona: quia in locum patris ingrediuntur. & quemadmodum in querela eſt locus iur ac ſeſcendi vt ff. de inoffocioſo teſtamento. l. qui repudiant. in princip. ita in iure agendi ad ſupplementum, quod ſuccedit loco querelæ, licèt de hoc ſint variæ opiniones modernorum. ff. de inoffic. teſtamento. l. pater filium. & per Dyn. ff. de lega. 1. l. planè. §. ſi coniunctum. glo. tamen tangit contrarium verſicu. in Authen. de trien. & ſe. in principio, & ibi ſocco. de Belui. tu tamen tene, quòd cum legitima formetur ex numero, illam eandem formam ſeruet in iure ac[illegible] ſcend[illegible] men. in l. 3. C. de impo. lucr. deſcriptione. libro 1 & ſi [illegible] dia formetur 5. poteſt tota remanere in vno per in[illegible] ndi. & iſtam ſuppono teneo.
3 Super tertio puncto [illegible] dico quòd ſecundum Bart. dos matris computatur in legitima ſi [illegible] tuorũ, quia ſuccedunt loco matris: vt C. de colla. l. illam [illegible] ſecundum Iac. de Bel. non computatur cum ipſi [illegible] tur, & nomen hæredis matris, etiam repudiantibus hæreditatem maternam legitima debeatur, dos ergo matris eſt aduentitia, bonum argumen. ff. de lega. 3. l. ſed ſi ſic. quę aduentitia non imputatur in legitimam: vt C. de colla. l. fina. nec obſtat, quòd ſuccedunt in locum matris: quia hoc non eſt per omnia verum, nam nõ eſt verum quo ad unus imputationis, cũ hoc iure cauea[illegible] ob. quòd debet conferri alijs liberis quia extraneis nu[illegible] olſatto: vt no. C. de colla. l. ſi emancipati. Ego in hoc arti[illegible] ſic diſtinguo: aut liberi veniunt cum alijs liberis, & tunc imputetur ſibi legitimam in dotem maternam. C. communia vtriuſque iudicij. l. fina. aut cum extraneis & tunc non imputant. & iſte eſt caſus noſter quanquam ipſa filia dotata, ſi intret ad ſucceſſionem, indiſtinctè computaret ſibi dotem in legitimam: quia ipſam immediatè capit a patre: vt de inofficio. teſtamento. l. quoniam nouella. Super quarto, & vltimo pun-
4 cto dico, † quòd mater iſtorum filiorum tranſmittit hęredi tatem matris ſuæ, eius lemque aute quo ad nepotes etiam non aditam: quia ſpeciale eſt fauore deſcendentium, & aſcendentium, quia hęredi tas non adita tranſmittatur, vt C. de adu tollen. §. in nouiſſimo. & l. vnica. C. de his qui ante apertæ tabu. & ex hoc ſequitur, quòd iſti nepotes dotem a iure petere poſſint ex vi tranſmiſſionis. & ſi nollent adire hæreditatem maternam, poſſent petere eam ex ſucceſſorio edicto. ſed in hoc eſt differentia: quia quando ex tranſmiſſione poſſunt petere etiam concepti poſt mortem auiæ, ſed ex ſucceſſorio non poſſunt, niſi eſſent concepti in vita auiæ. ita intelligitur, quod legi. & no. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi quis filium. in principio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLIII.

1 *An, & quibus in cauſis ſit, vel non ſit licitum duellum, & vbi quid pro cauſa debiti negati.*
2 *An relaxatus de carceribus ſub iuratoria cautione, ſi non ſeruauit promiſſa, debeat redire ad carceres.*

Illuſtris Domine de duobus me interrogatis. Primò vtrum viſis ſcriptura mihi tranſmiſſis in lingua gallica, quas mihi feci interpretari, & exponi de verbo ad verbum ſit caſus pugnę inter nobiles milites Vbertum, & Raolom, de quibus in prædictis litteris continetur. cum dictus dominus Raulus dicat dominum Vbertum ſibi teneri in duobus milibus ſlore. Item ſibi promi ille, quòd non traderet alicui Caſtrum de Velleis, donec fuerit prouiſum de quodam beneficio. Qui dominus Vbertus negauit. Vnde d. dominus Raulus reſpondẽdo dixit d. domino [illegible]berto, quod [illegible] vindictam faceret in perſonam dicti domini Vberti, & ſuper bonis ſuis, niſi ſeruaret ei ſupradicta. † Et de iure Romano
1 certum eſt, quòd non debet iniri duellum, ut C. de actio. & obliga. l. negantes. Item de iure conſuetudinario certum eſt ſimiliter, quod non debet iniri duellum, quia licitum eſt dicto domino Vberto ſe defendere negando, & maximè extra iudicium. Item duellum debet eſſe [illegible] ſubſidium, vt in 1. coll. de mi. vallal. qui contra eſt capitulo vnic. §. fina. Item nec de iure longobardo quia ſi repetit de iure longobardo, quod debeat fieri duellum occaſione alicuius debiti negati, niſi depoſito negato, ſi eſt ſolidorum, vt in longobardis, qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi quis per ipſum. Item prouocare ad duellum eſt quędam ſuria contra omnem humanitatem, & contra omnem rationem naturalem, nec in caſibus pauci in iure ontem[illegible] no. inſtitutio. de hæredi. ab inteſtato. §. per contrarium & C. vt armorum vſus [illegible] lib. 11. & ff. quod met. cauſa. l. extat. & vt vi ff. de iuſtitia & iure. Et ideo ſuper hoc dictus dominus Raulus non debet audiri:

dirliqu ia neque iure aliquo, neque æquitate hoc ſuum temerarium deſiderium eſt a iudice amplectendum. & hoc de primo quæſito, ſcilicet de duello. Modo venio ad ſecundum pu-
2 ctum, quo quæritur, vtrum [illegible] Franciſ[illegible]hinus, & Aymo de iure eſſe debeant præ[illegible]neri [illegible] ius domini Rauli. Et dicendum eſt, quod in h[illegible] eſt ſeruanda conſuetudo generalis, quæ diſponi[illegible], quòd illi, qui relaxantur ſub iuratoria cautione, ſi non ſeruant promiſſa, debent reduci, & redire ad carcerem. Iſtud enim pactum iure belli dictum eſt, ſi captus erat quis licitè in be[illegible]lo: vt ff. de nego. geſt. l. nam & ſeruus. in princip. in hoc igi[illegible]r articulo dico, quòd promiſſa ſeruentur: quia non pro debito pecuniario, ſed per bel[illegible]i inſortunia erant in carcere, vt conſ[illegible]ſſi ſunt coram Illuſtri, & Magnifico Principe, & d. domino Duce Burgundię. veruntamen cum hoc fuerit ſibi commiſſum, ſi tempora largiuntur, dico eius declarationem expectandam, antequàm ad carcerem redire teneatur, vt C. de execu. rei iudi. l. nimis properè. Ego Baldus.

Tractat de duobus inſtrumẽtis diuerſo tempore factis, & de quadam proteſtatione.

CONSILIVM CCCX[illegible]IIII.

1 *In omnibus rebus, & cauſis, quæ ad iudicium reduci poſſunt, generaliter inſpicitur magis intentatum, quam eſſe contractum, vel factum, vel alio modo ius competere.*

2 *Si de eodem debito fiunt duo inſtrumenta, & duæ promiſſiones, ſecundum habet relationem ad primum, & qui intentat ſecundum, intentat primum.*

1 Ad euidentiam † eſt præmittendum, quòd in iudicijs illud, quod non eſt intentatum, nihil operatur, vt ff. de inſtitoria. l. habebat. Item in proteſtationibus illud, quod non eſt intentatum, nihil operatur, vt ff. de adul. l. denuntiaſſe. & generaliter in omnibus rebus, & cauſis, quę ad iudicium reduci poſſunt, inſpicitur magis intentatum, quàm eſſe contractum, vel factũ alio modo ius competere, vt C. de pe. hæredi. l. hæreditas matertera. & ideo diem edere oportet, qn̄ quis fundat ſe in diem contractus. nec ex alia die vincere poteſt, quàm ex intentata. text. eſt in capitu. abbate. de re iudi. libro 6. & ideo videretur prima facie dicendum, quòd proteſtatio, quæ ſic dicit, quòd illud inſtrumentum, ſeu inſtrumenta obligat, & condemnat, vnus effectus flore. duorum millium auri boni, & iuſti ponderis, & ligæ, de quibus domini Lazolus, & Marianus fratres filij quondam domini Venturini de Caputijs ciues, & mercatores cumi parochæ Sancti Antonij, & vterque eorum in ſolidum obligati, & condemnati ſunt, & leguntur ſcripto Ser Gabrielis de Raymundis ex cauſa negotiationum traditis, & ſcriptis per Iannollum de Procellis ciuem, & tunc notarium cumarum filium quondam Ser Iacobi anno Domini curſu. 1370. die lune. 10. menſis Iunij. indic. 8. obuenerunt eidem domino Nicolao in partem ſuis in diuiſione &c. tanquàm obreptitia. non poſſit fundare intentionem agentis ex dicta diuiſione, & indicatione nominis: immo totus proceſſus debeat obreptitius iudicari, & per conſequens nullus proceſſus ſit extra ordinem executiuè, vt ff. de fideicommiſſ. lib. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba. ff. de carbo. edi. l. [illegible]. §. puberi. Hoc apparet, quia ſub vera die reſtat ius agendi, licet ſuccubuiſſet ſub falſo die, ergo non eſt iudicium intentatum. Ex hoc ſequitur alia concluſio, quòd non intelligatur bonæfidei poſſeſſor ille, qui obtinuit per obreptionẽ, cum ex hoc debeat puniri, non lucrari: vt ff. de fal[illegible]is. l. ſi quis obrepſerit. & ff. de his, qui not. infamia. l. debuit. & ideo propter præſumptum dolum fructus lucrari non debet: immo tenetur de perceptis, & percipiendis, vt C. de fructibus, & lit. expen. l. litigator.
2 † Sed in contrarium eſt ad euidentiam præmitt[illegible]dum, quod ſi de eodem debito [illegible]unt duo inſtrumen[illegible] [illegible]m[illegible]ſſio[illegible]es, [illegible]iod [illegible]cundum inſtrumentum tacitam h[illegible] nem a[illegible] primum, & quòd qui intentat ſecũdum [illegible]m intentat etiam primum [illegible] in quo [illegible]onſiſt[illegible] ta[illegible] [illegible], vt [illegible]. de verbo. o[illegible]. qui bis [illegible] quò [illegible] parent duo [illegible]ſtrumen[illegible] [illegible] [illegible]ctus ſit iterabilis, tamen ambo inſtrumenta apparẽt propter vnum factum, & vnam cauſam, vnde ibi duo propter vnum vtrobiq; ſe tantum vnus caſus eſt, in dicta l. qui b[illegible]s idem. & no. cod. [illegible] ſi dari ſtipuler. Et ideo aut eſt confectum vnum inſtru[illegible]um tantum: aut duo. ſi vnum, proteſtans habet ius ex vni[illegible], vt extra de fide inſtrumen. capitu. cum Ioan. [illegible] eręmita. Si vero duo, cum conſtet de vnitate cauſę tam conuentional[illegible] quam ſententialis, pluralitas inſtrumentorum non habet inducere pluralitatem, niſi quantum ad interrumpendam præſ[illegible]ptionem, & hoc in fauorem credito[illegible]. quapropter cum vn[illegible] ſit verum debitum, licèt probationes inſtrumentorum [illegible]lures, per iſtud non minuitur, ſed [illegible]tur ius credit[illegible] in [illegible]bando, vt l. 2. de di[illegible]cultoribus. l[illegible]b. [illegible]. quia ergo debemus adhęrere veritati, & non ire per cauillati[illegible]es, cum debitum ſit verum, & ſiue ſit vnum inſtrumentum, ſiue duo, creditor habeat ius ex ori[illegible]inali inſtrumẽto, proteſtatio eſt fundata ſuper ſub[illegible]antia veritatis Et vt hoc etiam manifeſtetur magis, præmitto ad euidentiam, quòd de eodem rogitu poteſt notarius plura inſtrumenta conficere, & diuerſis temporibus reddere, nec refert, vtrum ſit paruum, vel longum tempus, vnde notarius, qui fuit rogatus in 60. bene potuit tradere & [illegible]re inſtrumenta in l. quia tradere, & præteribere ſunt actu[illegible] qui poſſunt quandocunque fieri. iſta eſt gl̄n. ordina. ff. de iu[illegible]. exigere dotem. in principio. Et ideo aduertat ille, qui [illegible]erba ponderat: quia proteſtatio non dicit, q[illegible]òd inſtru[illegible]en[illegible] n[illegible]n fuit conditum, & ſcriptum ſub 137[illegible] ſe[illegible] dicit, quod fui[illegible] traditum, & ſcriptum 13[illegible]. quæ verba non dicunt, quòd fuerit ſub illo tempore rogatum. Porrò aliud eſt rogare, al[illegible]ada re, & ſcribere, vt dicta l. exigere & ideo ſ[illegible] bene conſide[illegible], hic proteſtans non arctat ſe ad tempus, vnde verifi[illegible] m[illegible] teſtatio per alia acta, immo dico, quòd verificatur quo a[illegible]nia, etiam quo ad tempus. Nam quod poteſt redu[illegible] a[illegible] eritatem, non poteſt cenſeri error, vnde apparet, quòd aliud eſt dicere, ſcripſit tali anno, & die: aliud eſt dicere, ſcr[illegible]p[illegible] ſub tali anno, & die. & iſtud manifeſtè apparet cui[illegible]ibet [illegible]teram vi ro, nedum legiſtæ: & propterea quia in proteſtatione n[illegible]llus eſt error. dicta proteſtatio eſt valida, & per conſequens [illegible]tus proceſſus eſt ſine vitio obreptionis, & per conſequen[illegible] [illegible]a quæſtio eſt deciſa quo ad omnia puncta. Non tango aliud de ratificatione, quę eſt etiam quædam verificatio, vt no. Bu[illegible]. in l. Iulia. ff. qui ſatiſda. cogan. quia non expedit tractar[illegible] c[illegible]m habeamus cauſam præcedẽtem claram, & [illegible]eram rati[illegible] ne non indigentem. Item certum eſt, quòd in eodem d[illegible]n ego poſſum eſſe creditor primus, & tertius, & ſum pot[illegible]e dio creditore ex coniunctione duarum obli[illegible]ationu[illegible] [illegible] o[illegible]igo debet inſpici, vt ff. qui po. in pigno. habe. [illegible]. 3. o[illegible]io enim addita obligationi non facit deteriorem con[illegible] creditoris. Item de[illegible]itor nõ præſumitur iactaſſe ſuum, & [illegible]eo præſumitur, quòd vnum ſit creditum, & vnum debitum, & non plura. C. de noua. l. fina. & ff. de probatio. l. cum de in debito. niſi appareat pluralitate. Item ſententia, de qua h[illegible] loquimur, eſt actus non iterabilis, vt not. Butri. in [illegible] ſecunda C. de erro. aduoca. & per hoc ſi eſſet erratum in tempore, tamen vitiaretur ceſſio, & magis refertur ad cauſam, quàm ad tempus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLV.

1 *An intereſſe probetur per iuramentum.*

2 *Iuramentum poteſt deferri cõſiderata qualitate perſonarum. & cui debeat præcedere taxatio.*

3 *An iudex, qui non detulit expreſſe iuramentum, ſed [illegible]a nit iuramentum partis, videatur detul[illegible]e.*

4 *An iudex qui non detulit iuramentum, poſſi[illegible] lapſi[illegible] [illegible]s terminis probatorijs de nouo deferre [illegible] ſit def[illegible] etiam poſt lapſum termini prob[illegible]torij uſ[illegible] [illegible]concluſionem in cauſa.*

Materia inſ[illegible] aſ[illegible] pu[illegible]

Sequitur quęrere de ar[illegible]ulo [illegible] non ſoluta, ſi per quo breuiter [illegible]ico, q[illegible] ſonarum, & per loca a[illegible] commu[illegible] rium, an iuramentum deferatur, [illegible]

tra verum contumacem in non ſoluendo, ſed in quantum, &
qualiter inſpecta qualitate perſonarum, & cõmuni opinione
mercatorum, qui in regione ſunt, de quo tanquam de notorio
iudex poteſt ſe informare, etiam extra figuram iudicij. ff. de in
lit. iuran. l. nũmis. inſti. de verb. obl. §. pe. ff. de eo, quod cer. lo.
l. iij. §. fi. nõ enim poteſt eſſe niſi notorium, quod inter manus
mercatorum quotidie frequentatur: quia vulgare eſt.

Proponitur, quòd quoddã debitũ duorũ millium flor. deſcendit ex contractu
bonæ fidei, & q́ debitor fuit iuſſus ſoluere, & non ſoluit, ſed
potius in mora fuit, creditor petit intereſſe, & eſt præſuppo-
nendum, q́ creditor eſt negociator, & mercator, qui conſue-
uit lucrari ex mercantijs, vel etiam non eſt mercator, tñ præ-
tendit intereſſe, quantũ cõiter perciperetur ex emptione præ-
diorum. Itẽ præſupponitur, q́ iſta iurauit ſua intereſſe, tamẽ
quantum cõiter ex emptione prædiorũ perciperetur, puta 5.
pro centenario, iudice tamen nõ deferente aliter, niſi quia ac-
ceptauit iuramentum, ſi, & inquantum tenetur de iure, & nõ
aliter. Item præſupponitur, q́ omnes termini probatorij ſunt
elapſi. Modo quæritur, vtrum dictum intereſſe probetur per
iuramẽtum. Secundo quæritur, vtrum iudex, qui acceptauit,
per hoc intelligatur tacitè iuramentum detuliſſe. Tertio quę-
ritur, vtrum de nouo poſſit deferri dictum iuramentum, ela-
pſis omnibus terminis probatorijs. Item eſt aduertendum, an
ſi pars fuit citata ad videndum iurari ad vnam diem, & ſi illa
1 die non fuit iuratum, alia die poſſit iurari. † Omnes iſtæ quæ-
ſtiones videntur dubiæ. Nam intereſſe non probatur per iura
mentum, ſed per teſtes. eſt regula generalis, niſi eſſet ſemiple-
nè probatum, & deferretur in defectum probationum conſi-
deratis conſiderandis, vt C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt.
l. j. §. in alijs. In contrariũ videtur: quia hæc tria concurrunt. ſ.
contractus bonæ fidei, contumacia, & dolus: quia nõ fuit ob-
temperatum iudici, vt ff. de in lit. iura. l. nummis. ff. de rei vẽ.
2 l. qui reſtituere. & quod no. inſti. de verb. obli. §. pen. † Super
hoc puncto dico, q́ ex qualitate perſonarum ſurgunt indicia,
ex quibus contra dictum debitorem poteſt deferri creditori
iuramẽtum. Nam qualitas perſonæ ſatis eſt magnum iudiciũ,
vt nota. in l. iij. §. fina. ff. de eo, quod cer. loc. & nota. C. vnde
vi. l. ſi quando. inſpecta igitur qualitate perſonæ, & qualitate
contractus, quia bonę fidei, & iuſſu iudicis, & contumaciæ,
& dolo ſaltem præſumpto debitoris, vt ff. de reg. iur. l. non do
lo carere. dico iuramentum deferri debuiſſe ſaluo iudicis ar-
bitrio in eius taxatione. aut. tamen nouo iure, quæ eſt. C. de iu
di. videtur inquirere, q́ taxatio pręcedat. Sed dicendum vide-
tur, quòd ſi non fuit taxatum, poſt iuramentum poteſt taxari.
Sed ſi iudicis motus cum iuramento concurrit, non eſt neceſ
ſaria taxatio, vt ſit concluſio breuis. & conſideratis dictis con
currentijs iuramenti debuerit deferri ſuper dicto intereſſe: cũ
vt dixi, ſumus in contractu bonæ fidei, & iam ſit factum præ-
ceptum per iudicem, & ei non paritum. vt ff. de in litem iur.
l. in actionibus. taxatio fiet iuxta no. per Cyn. in d. aut. & hoc
3 de iuramento. † Quantum ad ſecundum punctum videtur
dicendum, quòd acceptando, & acceptare debendo perinde
ſit, ac ſi detuliſſet. arg. ff. de fideiuſſ. tu. l. cum oſtẽdimus. §. vlt.
Nam acceptare idem eſt, quod approbare, & licèt iudex non
dicat deferre, ſufficit æquipollens: licèt cautius eſſet deferui-
re verbis legis, quæ dicunt, cõditione delata iurauerit. vt l. iij.
in princ. ff. de iureiur. Et ideo tutius eſt iuramentum de nouo
4 deferre, & ſeruare verba edicti prætoris. † Sed dubium eſt,
quòd omnes termini probatorij ſunt elapſi. vnde poſt termi-
num non videtur audiendus: vt C. de non num. pec. l. in con-
tractibus. §. illo. ſed ibi contra iurantem erat iuris præſumptio
ex lapſu termini. Et ideo dicendum uidetur, quòd aut eſt ter
minus legalis, qui concludit iudici, & litigatoribus, & non
poſſit deferri. Aut eſt terminus iudicialis, qui non concludit
iudici, quin ſemper poſſit ſupplere ex benignitate ſui officij
uſque ad ſententiam, ut. ff. de interro. ac. l. ubicunque. & extra
de fide inſtru. c. cum Io. heremita. tunc poſſit iudex quaſi ſup
plendo, uel etiam terminum denuo ſtatuendo ad ſtatim iuran
dum denuo, & ita iuramentum deferre, & recipere per dicta
iura. Et hoc cõſiderata qualitate contractuſ: quia bonæ fidei,
& iuſſus iudicis, & mora debitoris, & qualitate perſonarum:
quia mercatores, & communi curſu intereſſe tam in emptio-
ne prædiorum, quam in alijs puto eſſe locum delationi iura-
menti, & deferri poſſe uſque ad concluſum in cauſa, quemad
modum inſtrumenta poſſunt produci, & interrogationes fie-
ri, ut extra de fide inſtr. c. cum Io. heremita. nam publicatio te
ſtium, uel terminus ad producendos teſtes non ob. delationi
iuramenti, ut ff. de iureiur. l. admonendi. & prædicta probao
tur per l. nummis. cum materia ſua. ff. de in lit. iuran. & ff. de
rei uend. l. qui reſtituere. in fi. Et hoc uerum eſt, ubicunq; in-
tereſſe uenit acceſſoriè, & concurrunt prædicta, uel plura, pu
ta difficultas probationum concurrere debet. Sed tunc nõ eſ-
ſet aliqua ſpecialitas in contractibus bonæ fidei, & arbitrijs,
nec in iuſſu iudicis, quod eſt falſum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVI.

1 *An feudum poſſit in dotem dari.*

1 Quanquam † Puncta ſint diligẽter tacta, tamẽ veritas eſt, q́ dictæ filiæ legitimè
habent ius in dicto feudo, maritus autẽ ex conſuetudine lu-
crandi dotem vxore pręmortua nullũ ius habet in bonis do-
talibus. Caſus in c. j. §. fi. de inueſtitura de re aliena facta. col.
x. nec ob. inueſtitura domini Epiſcopi, primo, quia dominus
Epiſcopus reſeruauit ius alterius. ſecundo, quia dictum feu-
dum non fuit dicto domino Epiſcopo apertum, & ideo de eo
inueſtituram facere non potuit, vt in c. j. qui ſuc. te. col. x. nec
ob. q́ vxor poſſit pro ſeipſa dotanda concedere feuda in do-
tem. Item quia res, quę prohibẽtur alienari, tamen poſſunt in
dotem dari, vt C. communia de leg. aut. res, quę quia illa aut.
nõ habet locum in feudo, certè nec feudum poteſt dare in do
tem, niſi quamdiu durat apud mulierem, vnde cum morte mu
lieris finiatur feudum, reuertitur ad dominum, vel ad agna-
tos, vt in c. j. an maritus ſuccedat vxori in beneficio. col. x. &
ar. ff. de leg. j. l. ſi domus. §. fi. & C. de leg. l. vxor patrui. & ff. de
pig. l. lex vectigal. ff. de le. ij. l. peto. §. prædium. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVII.

1 *An filius, pro quo pater fecit expẽ. tã in ſtudio, q̃ in doctoratu,*
ſuccedens patri vnà cũ fratrib. teneatur dictas expẽ. cõputa
re in ſua portione. & an filio miſſo ad ſtudiũ per patrẽ teneã-
tur fratres poſt mortem patris facere expen. de communi.
2 *An illud, quod frater lucratur ex medicina, vel ex patrocinio*
cauſarum, poſt mortẽ patris teneatur cõmunicare fratribus.
3 *An in diuiſione bonorum paternorum debeant ante partem*
detrahi dotes tanquàm æs alienum.
4 *An fratres, qui meliorauerunt poſſeſſiones communes, poſſint*
repetere ſumptus pro rata tangentes fratri abſenti.

1 Quæritur. † Pater miſit filium ad ſtudium, & tã in ſtudio, quàm in doctoratu fecit ma
gnas expenſas. Deinde pater mortuus eſt, Nunquid iſte filius
ſuccedens patri cum fratribus teneatur hos ſumptus compu-
tare ſibi in ſua portione. Reſpon. verba Cyn. in l. ex parte. §. fi-
lius. ff. fam. hærc. in verſi. & pater ſic dicunt, ſi igitur pater fi-
lium militare facit, & vxorem illi ſociauerit, & nuptias cele-
brauerit, talis filius non tenetur fratri ſuo talia facienti poſt
mortem patris adſumptus conferre. ex quo apparet, quòd ille,
pro quo facti ſunt ſumptus, lucratur eos: præcipuè, quia non
extant. Item in eo. §. dicit Iaco. de Bel. hæc verba. arg. huius. §.
fuit determinata hæc quæſtio. Quidam habebat duos filios le
gitimos, & pro vno, qui ſubtilius ſtuduerat, ſoluit. c. li. pro con-
uentu, poſtea decidit filijs ſuis hæredibus inſtitutis, quòd al-
ter filius non poteſt detrahere alia centum de communi hæ-
reditate occaſione recipiendi cõuentum. ar. ſupra eo. l. ſi filia.
§. Neratius. ſed do. Dy. dicit ibidem, q́ fratres tenentur emere
libros, & facere expẽſas de cõi filio miſſo ad ſtudiũ per patrẽ.
& hoc p illũ tex. & d. l. ex parte. §. filius. ſed breuiter iſta cõclu
ſio, q́ filius expẽſas ſibi factas per patrẽ in ſtudio non cõputat
in partẽ ſuam, ſed lucratur eas, facit, quod no. per gl. & alios.
ff. de mun. & ho. l. & qui originem. §. ſuis. & ideo etiam quia
iſtę expenſę non ſunt in rerum natura, & ideo vt dixi, compu
2 tari non poſſunt in ſua portione vel legitima. † Quantum ad

ſecundum punctum dico, ꝙ non debet communicare fratri-
bus id, quod lucratur ex medicina, maximè poſt mortem pa-
tris: niſi contraxiſſent inuicem ſocietatē. quod non proponi-
tur in caſu noſtro, vt ff. pro ſo. l. cum duobus. §. ſi fratres. & C.
de decur. l. ſed indiuiſa. lib. 10. tñ ſi pater ꝓmiſiſſet alijs filijs
dare tm̃ eis, quantū expenderat in medico, deberent iſti alij fi
lij medico coęquari: quia pater dicendo vł hoc conſerre in fi
lios. ſupremū iudicium, & vltima voluntas patris inter libe-
ros valet corā duobus teſtibus. C. fam. her. l. filij patris. & l. fi.
hoc ergo probato oēs filij deberēt eſſe ęquales. Circa tertium
3 non eſt dubitandum, † ꝙ in diuiſione bonorū paternorū de-
bent ante partē exigere dotes tanq̄ æs alienū: quia eſt debitū
paternū, vt ff. fa. her. l. ſi maritus. & hoc eſt certū, ſi viuūt vxo-
res. Idem in dote primæ vxor. maximè cum ex ea remanſerit
filius infans, qui deceſſit patri ſuo, ad quē dos materna perue
nerat, vt C. de iu. deli. l. ſi infanti. & C. de bo. quę lib. l. cū non
4 ſolum. in prin. †Super quarto puncto quia iſti fratres, qui re-
manſerunt domi, meliorauerunt poſſeſſionem, dicēdum eſt,
ꝙ ſi fecerunt expenſas ad perpetuam rei vtilitatem: vt quia
plantauerunt vineam, vel fecerunt domos, vel cum eſſent res
ſteriles, fecerunt magnam impenſam, & fecerunt eas fructuo
ſas, tales impenſas, quas fecerūt de burſa ſua, nō dico de ope-
ris: quia viuo patre tenēur operari patri, cum ab eo alantur:
vt l. ſicut. de ope. lib. & ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. verſi.
nam cibariorū &c. poſſent repetere, vt ff. de neg. ge. l. ex duo-
bus. ſi autem principaliter fecerunt expenſas cauſa fructuum
benè arando, & colendo, licèt poſſeſſiones incidēter fiant me
liores, dico, ꝙ etiam tunc repetunt, quatenus ille medicus eſt
locupletatus poſt mortem patris: quia videntur geſſiſſe cōe
negotium, & ideo pro parte illius medici habent repetitionē
vel fructuum, retentionē vſq; ad cōcurrentē quantitatem, vt
ff. cōi diuid. l. in hoc iudicio. Sed ſi pater reſtauraſſet alios fi-
lios eos faciendo coæquales, dictæ expēſæ factæ ad fructuum
perceptionem non poſſunt repeti. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVIII.

1 *An, & quando poſſit ædificari in pariete communi. & tria ſunt propter quæ permittitur differre.*
2 *Quando quis poſſit vti re communi, diſtinguit.*
3 *An in proprio ſolo iuxta parietem communem quis poſſit ædificare.*
4 *An ille, cui eſt permiſſum ædificare, poſſit facere pilaſtros, & alia ſuſtentacula ædificij.*
5 *Declaratio. l. Maniana.*
6 *Appellatione ſolarij an veniat ligneum, vel lapideum.*
7 *Quotiens eſt dubium de interpretatione. l. vel contractus, recurrendum eſt ad bonum virum.*

1 Ad euidentiam †Præmittendum, ꝙ tria
ſunt, propter quę permit-
titur ædificare in pariete communi. ſ. pactū, pacientia, & rei
natura, de primis duobus habetur in l. Sabinus. cōi diui. de ter-
tio habetur exemplū in re cōi, quę indiget in reędificatione,
vel ſuſtentaculo, vt ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. idem rñdit. &
C. de ędific. priua. l. ſi vt proponis. Item eſt exemplū, ſi plures
habent turrim cōem, quę ad cuſtodiam indiget, vt aliquid ibi
ędificatur. Nam qđ fit propter cuſtodiā, fit propter neceſſita-
tem: quia talia ędificia indigent cuſtodia cauſa vitandi dam-
na, & iniurias, & ſe ad, & in tutum collocandi: ſicut natura,
& multis legibus manifeſtum eſt. Sed præmittendum eſt ad
euidentiam, ꝙ licèt inuito ſocio iure communi non habet ſo
cius ius ędificandi, vt ff. de ſer. vrb. prædi. l. ſi inter me. §. fi. tñ
ſi paries cōiter acquiſitus eſt, ut in eo ſocius immittere poſ-
ſit, nulla dubitatio eſt, ꝙ in cōi pariete manente vnuſquiſque
immittere poteſt. Nā quod in re aliena iure ſeruitutis fieri po-
teſt, in re cōi iure pacti pōt, vt patet in d. l. Sabinus. verba Iac.
2 de Bel. ibidem † hæc ſunt. Qñ quæritur, an poſſit aliquis vti
re cōi, & qñ non, ſic diſtingue, aut vult uti ad uſum, ad quem
inuenta eſt. Aut ad alium. Primo caſu ȝ uoluntatē ſocij, ut ff.
de rer. diui. l. in tantum. §. pe. & no. in d. l. Sabinus. ſi ad alium
uſum, ſubdiſtingue, aut ex tali uſu res fit melior, & pōt, ut d.
l. fi. ſed ſi deterior, non poteſt. ſi uero nec melior, nec deterior,
ſubdiſtingue. Aut talis uſus prodeſt utenti: & tunc bene po
teſt. aut non, & tunc non poteſt. ad hæc. ff. de aqua pluu. arc. l.
2. §. item Varrus. de hoc no. per Dy. extra de re. iur. c. in re cōi.
facit. ff. de vſufru. l. arboribus. §. nauis. ubi loquitur de natu-
rali uſu: & ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. item mella ſcribit.
3 ubi loquitur de communi conuentionali uſu. † Vltimo præ-
mitto, ꝙ in proprio ſolo iuxta parietem communem quis ędi
ficare poteſt: dummodo non noceat parieti, ut ff. de ſerui. ur.
pręd. l. quidam hiberus: quia cum propriū alteri non ſeruiat,
iure naturali liberum eſt, ut C. de ſerui. & aqua. l. altius. & ibi
no. & ff. de ope. noui nun. l. ſi prius. & ibi per glo. & Dy. ff. de
4 ſerui. urba. prędi. l. cum eo. † Quarto pręmitten. ad euiden-
tiam, quòd illi, cui permittitur ædificare, permittitur facere
pilaſtros, & alia ſuſtentacula ædificij, quia cum unum conce-
ditur, uidetur & id concedi, qđ ſequitur ad illud, ut ff. de ſer.
5 vrb. præd. l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie. §. ſi domo. † Vltimo
præmittendum eſt, quòd lex Męniana. C. de ædifi. priua. lo-
quitur in ædificijs priuatis, non in publicis, item loquitur in
prouincia, non in Italia, ut ibi patet in tex. Itē de generali con
ſuetudine non tenet ut ibi no. in gl. ordin. quapropter illa lex
non habet locum in noſtra quæſtione nec de iure, nec de con
ſuetudine. imo dicit Iac. Butr. ꝙ etiam lex Græca tranſlata in
Latinum. ff fin. regun. l. fin. eſt per conſuetudinem generalem
abolita, & ſic non ſimpliciter ſaltem quantum ad ædifican-
dum. ex quibus apparet dictos pilaſtros fieri poſſe, & alia ſu
6 ſtentacula. †Solarium de lapidibus, quia ſecundum ſenſum,
& ſignificatum continet ligneum, & lapideum, ut apparet
no. in d. l. fin. ff. finium regun. nec eſt aliqua lex in iure, quæ fa
cit differentiam. dumtamen oſtia, & feneſtræ non præcludan
tur ab vſu eundi, & luminum arbitrio boni viri intelligendo
lumina. vt ff. de ſer. vr. præd. l. qui luminibus. & l. binas ędes.
7 †Nam quotiens de interpretatione legis, vel contractus eſt
dubium, ſemper debemus recurrere ad bonum virum, ut ff.
pro ſocio. l. ſocietatē. §. fi. & ff. de eo, quod certo loco. l. ideo.
& l. quod ſi. & ff. de ope. lib. l. ſi libertus ita. & extra de iureiu.
c. quintauall. & ſic eſt reſponſum ad quæſi. affirmatiuè, quòd
dicta communitas poteſt facere pilaſtros, & arcum teſtudi-
neum, & ligneum, prout vult ad perpetuum vſum non ve-
niendo per hæc contra pacta, id eſt non faciēdo nimis depreſ-
ſum, ſed aere ſufficienti dimiſſo, ita quòd domus poſſit con-
gruè habitari. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLIX.

1 *Vaſſallus an per ceſſionem iuris ſui dicatur alienare, & ſic cadere a iure ſuo, vt ſupra conſilio 342.*

1 Qui litem †habebat ſuper decimis ſibi infeuda-
tis per donationē inter viros, fecit q̄-
dam ceſſionē ſub his verbis. ceſſi, tradidi, & donaui Titio cō-
ſtituens eum procuratorem, & ponens in locum ſuum. quā
ceſſionem fecit cuidam procuratori habito cum eo pacto de
quota lite, & iurauit non contrauenire. Eccleſia, quæ eſt domi
na feudi, dicit, quòd iſte cecidit a iure ſuo. iſte contradicit, ꝙ
non dedit poſſeſſionem, vel quaſi, quæ acquiritur per patien-
tiam domini, vt no. C. de vſuſr. l. corrup. & l. ij. de ſer. & aqua.
Item quia non valuit ceſſio propter vitium litigioſi, vicarius
epiſcopi pronuntiauit eum cecidiſſe a iure ſuo, quia feudata
rius non poteſt alienare nec ius, nec corpus irrequiſito domi-
no: vnde ſi alienat ius, cadit a iure ſuo, & redit ad dominum.
Cōſului, ꝙ ſententia vicarij poterat defendi de iure, nam qui
prohibetur alienare rem, prohibetur actionem cedere, vt ple-
nè no. per Dy. & alios. ff. de auc. tu. l. pup. & ff. de iure deli. l. ait
prætor. Itē ſi poſſet actio cedi, ergo ceſſionarius poſſet petere
poſſeſſionē ſibi tradi, vt ff. de rei vend. l. ſi culpa. Item omnes,
qui non poſſent alienare rem, poſſent cedere actionem, in qua
ceſſione nō requiritur traditio, vt no. C. de hæ. ven. l. fi. Itē di-
cunt gl. ꝙ per ceſſionem rei ven. quæritur vtile dominiū ergo
eſt alienatio, vt no. ff. de eden. l. j. in princ. itē dicit lex, ꝙ ille, ꝗ
habet vtile dñium, ſi cedit vtilē rei ven. nihil retinet, vt no. ff.
ad Teb. l. ex aſſe. ergo nō pōt negari, quin ſit alienatio, ſed alie
nans feudum domino irrequiſito ſe facit a feu. alienum, vt in
c. 1. §. donare. in quibus cauſis feudum amittatur. colū. 10. &
miran-

mirandum eſt, quomodo hoc vocabulũ abuſiuom, videlicet, proprietas iuris declinandi, vulgo ponitur in inſtrumẽtis tabellionũ, quia proprietas eſt apud eccleſiã, ſed debet exponi proprietas. i. vtilis proprietas, in qua habetur pro quaſi traditione licentiã vtendi. nã io iuribus incorporalibus ita eſt, & ius decimãdi, & ius incorporale, & ideo de primo ad vltimũ concludendũ vr̃ mihi, ꝙ ſententia fuit iniudica, non ob. quod obijcitur de vitio litigioſi, quia in probibi. non requiritur iuris effectus. Item nec apparet de vitio litigioſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCL.

1 *Clauſula codicillaris quid operetur.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Illa qõ videtur dubia ex eo, quia iſta clauſula, ſi nõ valet &c. vr̃ appoſita in defectũ teſtamẽti. ſ. qñ locus eſt ſucceſſioni inteſtati, vt ff. de leg. 2. l. Luc. §. filiam. ſed hic in teſtõ valet. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtis. ergo dicta clauſula nihil vr̃ operari. ſed ꝯtrium mihi vr̃, quia illa clauſula non valet &c. intelligitur. i. quatenus non valet, vt no. ff. de tranſac. l. controuerſia. Si igitur quo ad legata facta extraneis non valet iure teſtamenti, quia nõ interfuerunt ſeptẽ teſtes maſculi, tñ valet iure codicillorũ, ſi interfuerunt quinq; teſtes maſculi, vel fœminæ, vt C. de cod. l. fi. in fi. Dico, ꝙ valet iure codicillorum factorũ ad teſtm̃: quia inſtitutio, quæ eſt caput teſti, eſt valida. Illud eſt certum, ꝙ relictũ factũ patri poſt obitum filiorũ efficitur caducũ, ſi pater ante liberos moriatur, vt C. de cad. tol. §. ſin autẽ ſub cõditione. Itẽ illud eſt certum, ꝙ legitimus hæres dictorum filiorum debet habere legitimam, & Trebellianicam. c. ſi pater. de teſtamẽtis. lib. 6. Et ideo conſilium excellentiſſimi do. Petri eſt per omnia verũ. Et ita teneo ego Bal.

CONSILIVM CCCLI.

1 *Stante ſtatuto, quod pro qualibet percuſſione quis puniatur in 10. ſi quis percuſſit Titium vnica percuſſione, ex qua exiuit ſanguis de tribus partibus, an puniatur pro vnica percuſſione, an pro tribus.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Statuto cauetur, ꝙ de qualibet percuſſione cum ſanguine quis puniatur in 10. accuſatus eſt Titius ſub hac forma, videlicet ꝙ percuſſit Seium vnica percuſſione, qua vnica percuſ. ſanguis exiuit de tribus locis faciei. Quæritur, an iudex debeat punire tanq̃ pro vnica percuſſione in 10. an tanq̃ pro tribus in 30. Et videtur, ꝙ tanq̃ pro tribus, quia tria ſunt vulnera. & arguo ſic, ꝯtriorũ eadem eſt diſciplina. Sed quotiens plures fines tendunt ad vnũ finem, cenſetur vnũ tm̃ maleficium. l. illud. in fi. ad l. aqui. ergo ꝯ ſi vnũ tendit ad plures fines, debet puniri vt plura. Secũdo hoc probatur, quia potius debemus inſpicere in illicitis terminũ, quẽ eſt in patiente, & ſuſceptiuo, quia recipit plura nocumenta, & ſi plures iniuriæ, plures pœnæ. ff. de priua. delic. l. nunq̃ plura. C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchra. Tertio probatur, quia percuſſio dr̃ quaſi ſciſſio cutis, ſed plures hic ſunt ſciſſiones cutis, ergo plura crimina, licèt de vno ictu nata ſint, vt ſi vno ictu quis amputaret alicui duas gambas, puniretur, quia duo membra debilitauit, imo verius inutilitauit. ita ſi duos oculos, & ſimilia. Et hoc tenet Bar. ſed antiqui doctores dixerunt ꝯtrium, nã aut ſtatutũ dicit pro quolibet vulnere, & tunc punitur vt de pluribus: aut ꝓ qualibet percuſſione, & tunc vno. & eſt ratio: quia percuſſor, & percuſſus ſunt nomina perſonarũ, ſed percuſſio eſt nomen verbale, & nomina verbalia qñq; ponuntur actiuè, qñq; paſſiuè. In dubio hic debent poni actiuè, vt ff. de pœ. l. interpretatione, in ciuitate Peruſij fuit practicatum pro, & ꝯ, & quæſtio eſt ſatis dubia. Tñ qñ in inquiſitione, vel accuſatione ponuntur illa verba, vnica percuſſione. & fundatur ſic proceſſus, cũ loca corporis poſſint eſſe ſic proxima, & cõtigua, ꝙ quaſi cenſetur vnũ factũ cõtinuũ, vnica tñ pœna imponẽda eſſet pro toto facto, ſequeretur abſurdũ: cum ſemper vnus lapis coctus frangatur in pluribus particulis minimis ottis, ꝙ per tot imponerentur pœnæ. ad hoc facit, quod not. inſti. de act. §. ferrũ. ſicut aliud eſt opera, aliud operatum. Et ita dico ego Baldus.

CONSILIVM CCCLII.

1 *Donatio cauſa mortis etiam iurata an conuertatur in cauſam caduci, ſi donatarius ante donatorem moriatur. & quid in don. inter vir. & vxor.*

2 *Libellus continens plures cauſas nullitatis an dicatur aptè conceptus.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Donatio cauſa mortis in cauſam caduci conuertitur, ſi donatarius ante donationẽ moritur, vt ff. de cad. tol. l. 1. in fi. & l. nõ omnis ff. ſi cer. pe. & fructus medij tẽporis debẽt reſtitui l. cũ quis. ff. de cõdi. ob cau. & in alijs. lib. ſuperius allegatis. Nec ob. iuramẽtũ, nam donatio cauſa mortis redigitur ad inſtar vltimæ voluntatis, quæ licèt ſit iurata, tñ caduca ſui natura cenſeri manifeſtũ eſt. donatio inter vir. & vxo. ſimili modo vadit, quia ſi præmoritur donatarius, lex eã reuocat, & in cauſam caduci conuertit, & ideo periuriũ hic nõ eſt, quia non eſt factũ hominis, ſed legis. C. de do. inter vir. & vxo. l. 1. §. marito. Exceptio de inhabilitate perſonarum non intelligitur remota, licèt ſtatutum dicat ꝯ inſtrm̃ excipi non poſſe, quia de oĩbus perſonis intelligitur, vt l. gradatim. §. & ſi lex. cum ſim.

2 †Libellus continens plures cauſas nullitatis eſt aptè conceptus, & ſufficit alteram probari, vt legitur, & not. de contra. tab. emp. l. ſi mater tua. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLIII.

1 *Libellus, in quo narratur factũ ſine cõcluſione, an ſuſtentetur.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †De libello ſatis poteſt dubitari, quia in libello non ſolũ narratur factum ſubſtantiale ad cõcluſionẽ libelli, quia narratur promiſſio, vbi concluſio debet eſſe, ꝙ promittens cõſeruetur indemnis, nõ ꝙ ſibi detur quantitas nondũ ſoluta, niſi agens eſſet iã cõdẽnatus. ff. de neg. ge. l. ſi quis mãdato. Et iõ de ineptitudine libelli ſatis eſt dubiũ nõ diſputando de apicibus iuris in actione mandati, q̃ bonæ fidei. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. quandã. ex quo eſt præmiſſum, & ſolutum pro liberatione captiuorum. Nec poteſt cũ Boldrino de Bono, & æquo diſputari, niſi ſecundũ vſum armorũ iſte, qui liberauit animas captiuorum, põt, quod ſoluit, repetere. ff. quod met. cau. l. metũ. §. ſed licet. & ff. de neg. geſt. l. Neſen. l. q̃uis. ff. ſo. mat. cum ſimi.

CONSILIVM CCCLIIII.

1 *Statuto prohibens appellari, qualiter intelligatur & quæ appellationes cenſeantur permiſſæ.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †An ſtatutum ꝓdictum poſſit amouere appellationẽ a ſnĩa, q̃ fertur per vicarium dñi. vr̃ dicendũ, ꝙ aut appellatur ante diffinitiuã, & valeat hæc remotio. C. de ſentẽtijs, & inter. om. iud. l. fi. & quod ibi no. in vlt. gl. quæ eſt multum ſingularis. Aut appellatur ab iſta diffinitiua, & certũ eſt, ꝙ p l. principis ꝓtãtis tenet ſtatutum, aliàs non de iureiu. c. venient. Sed non vr̃ mihi congruum diſputare de hoc: quia vicarius domini debet præſupponere ſtatutum, quo dñs, & ciues utuntur, valere, nec poteſt ægredi formam ſtatuti, ſecundum quẽ eſt data ſibi forma iurandi: ſicut non poteſt egredi formam mandati, de reſc. c. cum dilecta. Vnde videndum eſt, vtrũ ſtãte ſtatuto poſſit appellari. Et ſciendũ eſt, ꝙ a Vicario maiori ad dominũ nõ appellatur. c. 1. de cõſue. li. 6. Tñ a cõmiſſario vnius cauſæ per reſcriptum commiſſæ bene appellatur ad cõmittentem, quia non eſt vis in nomine, ꝙ vocetur vicarius in qualitate officij. Vnde cui ſpecialis cauſa committitur, delegatus eſt, & ab eo ad delegantem benè appellatur. l. 1. §. ab eo. ff. quis, & a quo. Sed ſciẽdum eſt, quòd ſtatutum prohibens appellari, cum ſit contra ius cõe, non habet locum, ſed alia via forma tradita ab ipſo ſtatuto, quia mutata forma, & ſubſtantia, & effectus iudicij mutatur, de teſtib. ſpol. c. Piſanus. Tertio eſt ſciendum, quòd a ſententia lata ex reſcripto principis poteſt appellari propter iniquitatem relationis. ff. de appell. l. 1. §. quæſitum. Idem eſt in propoſito propter malè calculatam rationem poteſt appellari, non propter iniquitatem ra-

dicaturis: qui quantũ eſt in ſe ſequendo relationem, ſi tñ eã ſequi debuit, iniquè nihil fecit. Præterea tales rationes poſſunt corrigi per officium ſuperioris. ff. qui ſatiſ. cog. l. arbitrio. & a ſententia lata per errorem calculi appellatur. vt no. C. de errore cal. l. 1. & in ter dũ appellatur ab interlocutoria, licèt a diffinitiua ſit prohibitum appellari, vt not. Gul. ff. de mino. l. ſi ex cauſæ. §. nunc videndum. præterea qñq; appellatio remouetur a iure propter modicum præiudicium: & tunc appellari non poteſt. C. ſi de momen. poſ. l. 1. qñq; propter grauem exceſſum, & idem ſi conſtat de veritate euidentiſſimè, de aper. l. conſtitutiones. qñque propter abbreuiationem litium: & tunc pôt appellari expreſſa cauſa a iure approbata, vt in cauſa alimẽtorum, vel promiſſorum. & cauſa in iure expreſſa eſt, quia non conſtat eſſe probatum. l. j. qñq;. ff. de proba. propter eximiam authoritatem iudicantium, & non poteſt appellari, ſed ſupplicari. l. 1. de offi. c. præfe. præto. In caſu autem noſtro iudex ad quem debet conſiderare cauſas expoſitas, quæ ſunt multum prægnantes: & ſi releuant, probare dñt habere apoſtolos pro datis. & mihi vř, q releuent, & ſunt iuſtæ, & ſi ſunt veræ: & ideo veritas examinetur. ff. de in integ. reſt. l. omnes. qñq; appellatio remouetur per reſcriptũ, & tunc quia reſcripta contra ius elicita non valent, illa clauſula intelligitur ſolummodo de appellatione friuola, de qua multi multa loquũtur. in c. vt debi. de appel. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLV. Aliàs eſt caſus.

In nomine Domini.

Factum tale. Marinus, qui condidit teſtm̃, in quo ſatalia reliquit de bonis ſuis iure inſtitutionis Marinæ eius filiæ, & vxori flor. 50. auri, quos idem Marinus aſſeruit ſibi Marinę dediſſe in dotẽ, & nomine dotis pro matrimonio contracto inter ipſos Balduinum, & Marinã manu Ser Mathæi notarij. & ẽt dictu iure inſtitutionis reliquit de ſuis bonis dictæ Marinæ flo. 47. & medium auri: & etiam vnã petiam terræ &c. in oĩbus autem alijs ſuis bonis Margaritam, & Bartolam ſuas filias ſibi hæredes vniuerſales inſtituit pro ęquali portione, & ſi aliqua dictarum ſuarum filiarum, & hęredũ vniuerſalium deceſſerit qñcunq; ſine filijs legitimis, vel filiabus, voluit, & iuſſit, q partes talis decedẽtis deueniãt, & deuenire debeant in aliam ſuperuiuentẽ, vel in eius filios legitimos, & naturales. qui Marinus condito ſuo teſtamento deceſſit relictis, & ſuperuiuentibus ſibi dictis Marina, & Bartola ſuis filiabus, & Mutia vxore dicti teſtatoris, & matre dictarum Marinæ, & Bartolæ, & Margaritæ: & poſtea deceſſit dicta Bartola ab inteſtato ſine filijs ætatis 14. ann. & vltra relictis, & ſuperuiuentibus ſibi dicta Marina ſua ſorore, & relicta, & ſuperuiuente ſibi dicta Margarita ſua ſorore, & hærede ſubſtituta ſibi. poſtea deceſſit dicta Margarita adita per eã hæreditate dictæ Bartolæ relicto, & ſuperuiuente ſibi Baldo ſuo filio legitimo, & dicta Mutia ſua matre, & dicta Marina eius ſorore. demum deceſſit dicta Mutia non adita per eã hæreditate dictæ Bartolæ relictę, & ſuperuiuente ſibi dicta Marina ſua filia, & hęrede vniuerſali.

CONSILIVM CCCLVI.

1 *Mater an tranſmittat hæreditatem non aditam ad filios infantes, & filius ad patrem.*

2 *Quanta ſit quantitas legitimæ, & trebellianicæ, quæ debetur grauatis propter fideicommiſſum.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Mortua Bartola extitit vẽditio ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eidem factę a patre eius de Margarita eius ſorore, & cohęrede vniuerſali ꝑpter illa verba ſubſtitutionis hęredis vniuerſalium. & ſubdit in aliã ſuperuiuẽtẽ. & ſic ſubſtitutio iſta verſatur ſolum inter duas ſorores hęredes vniuerſaliter inſtitutas. ff. ad Treb. l. Iulius Phebus. & iſtud fideicõmiſſum trãſmiſit Margarita ad filiũ ſuum infantẽ, & filius iſte ad Phebũ eius patrem. C. de iu. del. l. ſi infanti. C. de fidei. l. ſi in perſonã. ſed videndum eſt de reſiduo. i. legatis, & trebellianica, quæ pertinent liberè ad Bartolam, ad quem. ſ. ſint deuolutę. & certum eſt, q ad Margaritã, & ad Marinam tanq̃ ad hęredes ab inteſtato ipſius Bartolæ: cum mater Bartolę non adiuerit, vt in Auth. defuncta. in iſta ergo legitima, & Trebellianica ſucceſſerunt æqualiter Marina, & Margarita, & hoc eſt certũ. ſed quanta ſit quantitas illius legitimæ, & Trebellianicæ Bartolæ, hoc eſt dubium in iſto puncto, quam Bartolæ habuit in dotẽ partem ſuã, de qua vir eius fuit lucratus tertiã ſecũdum formã ſtatuti, quę tertia imputatur in legitimam dictæ Bartolæ tanquã res alienatæ, vt in Auth. res. quę C. cõia del. Et ideo quod reſtabat videndũ. ſ. inter iſtas ſorores Marinã, & Margaritam, eſt valde paruum, quia non eſt niſi ſola Trebellianica. pone exemplum, q crederet, q portio Bartolæ legitima eſſet centum, portio Margaritæ ſit quarta ducentorũ, id eſt 50. de qbus maximè tangunt 25. & non plus. i. eſt verũ, ſi quis rectè conſiderat, quomodo iſtę quartę euelluntur. & vñ. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLVII.

1 *Non reſidens in beneficio propter periculum notorium habetur pro reſidente, & ſententia priuationis beneficij contra eum lata eſt nulla, & tanquam ſpoliatus debet reſtitui.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Iniuſtiſſima, & nulliſſima fuit iſta priuatio, ſi quidẽ Aretina clades, & habitãdi nedum periculum, ſed obbrobriũ in ipſa ciuitate certiſſima erant. vnde non tenebatur Baptiſta iſtæ redire ad locum non tutũ, & notoriè ſuſpectũ, vt ſi. non cõte. c. accedens. de re iu. c. paſt. in cle. loquor, ſi iſta fuerũt ĩ vaſe ciuitatis Aretij, & ſocialiũ ibi morantiũ: hř nanq; pro reſidente ille, per quem non ſtat, quominus reſideret, vt not. Io. And. in c. 1. de cle. non reſi. lib. 6. in nouella, vbi apertè hoc ponit in exitijs terrarũ, & determinat eos haberi pro reſidentibus. Et quia iudex hoc ſciuit, ſñia priuata ab eo lata eſt nulla. de re iu. c. quęſitũ. Sequitur ergo, q tanq̃ ſpoliatus iniuſtè debet reſeruari ſuo beneficio, vt legitur, & no. 2. q. 1. c. ĩ primis. Et optimè facit ad prędicta, quod no. Cy. C. de iu. emph. l. 1. in pen. q. Et poſito, q gens illorũ ſocialiũ non eſſet in ciuitate, tñ ciuitas erat obſeſſa, & imminebãt redeuntibus, & ſtantibus notoria pericula. Idem dico, q non pôt imputari culpę, ſed aduerſæ fortunæ ciuitatis, & ſic non ob hoc debuerunt priuari beneficijs hi, in quibus nulla deprehenditur culpa.

CONSILIVM CCCLVIII.

1 *Iurans redire in manibus hoſtis an teneatur, ſi hoſtis ſit crudelis.*

2 *Commilitones, & latrones an inuicem ſoccidam, & paciſci poſſint.*

3 *Iniuſtè acquiſita non veniunt communicanda.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Licèt latrunculis non eſt fides ſeruanda, ẽt ſi iurarẽt ob turpẽ rem cãm promittere, ipſi turpiter recipiunt. ff. de ver. ob. l. ſi plagij. ff. de pac. l. iure gentiũ. §. ſi ob maleficium. ſupra me. cau. l. qui in carcere. ff. de dolo. l. 1. §. cũ ſuit. ſi tamen bellum fuit licitum ibi, & prędę, & pactiones licitè ſunt. ff. de cap. & poſt. reuer. l. ſi quid bella. hoc enim eſt de iure militari. i. diſcriminis. C. de [illegible]. §. quis pro redemptione. ff. de iuſtit. & iu. l. manu. ff. de ſta. hom. l. libertas. ergo ſerui tali hoſti fides ſeruanda ex 24. qõ. 2. c. noli æſtimare. & iuramentum ſaltim honeſtare, & de vſu armorum. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. ius. §. fin. vnde non dicitur liberatus ille, qui etiam de ſimplici honeſtate reddere tenetur. arg. ff. de verb. ſigni. l. nepos proculo. ff. de cõdi. infer. l. filius. licèt nemo compellatur redire ad hoſtes, vt per hoc largo modo poſſit dici euaſiſſe. ff. de cap. l. nihil. ff. de condit. ob cauſam. l. ſi pecuniam. in parua gloſ. ff. de acqui. re. dom. l. in laqueum. ff. de nego. geſt. l. nam & ſeruus. in princi. Certè nec putandum eſt, quòd deſiderat habuiſſe animam reuertendi ille, qui carnem ſuã pro ſe ſuppoſuit obſidere. quod non eſt veriſimile, quòd neceſſarium illaqueatum dimittat. l. 3. ff. ne quis eum. talis. n. eſſe animus debuit, vt d. l. nam & ſeruus. & ideo non dř liberatus ab hoſte ille, qui pignus debet, iuxta not. in fi. in l. litigatores. §. quid ergo. ff. de arb. Ille. n. ſolus dicitur liberatus, qui ad plenum eſt liberatus de iure, & de fa. ff. de ſol. l. ẽt & l. cum quis. §. qui hoĩem. Nõ

eſt. n.

eſt.n.liber a me, cuius vẽdicandi ius habeo, licèt cuſtodiam meam euaſerit.ff.de acq.poſſ.l.3.§.ſi ſeruus qũo. & §.non va. filios.& ff.de ſol.l.fugitiuus.Item & ſi liber eſſet, iuxta not. p Inn.in c.ſicut. de iureiu.tñ pp dolum ſuum reuertetur de dolo.ff.de dolo.l.eleganter.§.ſeruus pactionis. Concludo ergo nõ dici liberatum, vt qui, vt ita dixerim, rediri põt.ff.de ſol.l.ſi creditor fundũ.& hoc de primo puncto, niſi pp crudelitatem hoſtis timeat mortẽ.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.io.l.1.§.dominorũ.quia ẽt dolo licèt ſanguinẽ ſuum redimere.ff.de bon.eor.qui ſibi mor.conſci.l.1.& facit qd no.c.paſtor.de re iud.in cle.

2 †Super ſecũdo puncto minime dubitandũ cõmilitones iuſtę militię inuicem ſocidã, & paciſci poſſe.C.de pac.l.licet.ſecus in latronibus priuatis.ff.de fideiuſ.l.ſi a reo.§.id, qd vulgo.ſuppoſito ergo, q bellũ ſit iuſtũ, prægij onerij ſunt cõicandi, ſicut & reliqua prę̨da. Nã hõ, qui bello capit, de pſona ſitses, & vice cuiuſdã aſini cenſetur alicuius rei mobilis: & in dubio inter reges prę̨ſumendũ eſt, q bellũ iure gentium geratur, dum hiocinde de ſeruanda maieſtate, iuſtitiaq; contenditur.ff.de iuſti.& iu.l.ex hoc iure.& ſi nõ eſſet iuſtum in capite.i.quo ad res, tñ neceſſitas facit ſubditus licere, qd alias nõ liceret.ff.de act. & ob.l.ſeruus.nõ in oĩbus, q̃ hñt locũ, qñ dñs erat priuata perſona, ſed rex eſt publica perſona, cui publicę parer i neceſſe eſt: quod.n.imperatur, neceſſe eſt fieri. & hoc de ſecundo pũcto, & in foro iudiciorũ: licèt in foro con- † ſcientię ſecus eſſet, ſi ſubditi haberent cõſciẽtiã lę̨ſam. †Illud ſciendũ, q male acquiſita ideo nõ diuiduntur, vt l.cæterę.ſa.hęr.l.quod aũt.ff.pro ſocio. quia non timent, nec pergunt ad iudicij vigorem.l.cõi diuiduodo.§.inter prę̨dones.ff. cõi diui.nec dñr acquiri.ff.de acq. poſ.l.quod ſeruus. Conſideratis itaq; & ponderatis adhuc melius verbis: quia verba nõ dñt, liberatus a liberatione, ſed liberatus a prę̨ſſione.& ſuppoſito, q propter crudelitatẽ hoſtis non teneatur reuerti ad prę̨ſſionẽ, & cũ non ſit dñs membrorũ ſuorũ, non tenetur ſe ſubmittere gladi,ſ.ff.ad leg.aquil.l.liber hõ. nec dare alij materiam delinquẽdi. dico, q a prę̨ſſione liberatus eſt: non.n.detinetur in carcere, nec redire tenetur pp crudelitatẽ. & non ob.quod no.§.ex quo. cau.na.l.in eadẽ.ff.de ver. ſig.l.liberationes.& l.qui neq; ſequantur.& l.ſequantur. & l.ſolotum non intelligimus.alias eſt.§.Iſte ergo nobilis miles dom.Florimondus pro liberato debet haberi. Et non refert, qualiter ſit liberatus, maximè quantum ad effectum exercitij iurium ſuorũ.ff.de ver.ob.l.cum ſeruus fugitiuus qui faceret furtum ſui. ſed debet appellari ingenuus poſt ſe liminio reuerſus, vt in legib.ſuperioribus allegatis.

CONSILIVM CCCLIX.

1 *Quid operatur illa verba, peto ius fieri.*
2 *Procedendo in cauſa non intelligitur illis exceptionibus, quæ non impediant proceſſum renunciare.*
3 *Vtrum valeat ſtatutum habentium terram in feudum.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Veriſſimũ eſt, q per huoc ſermonẽ, petietuor ius fieri. non intelligitur concluſum.& eſt ratio, quia ſtatus cauſæ nõ patiebatur.tunc concluditur, quia proteſtatio, & reſeruatio iuuaret dñm Florimondum, vt l.ſi fideiuſſor.in prin. qui ſat.cog. ſa.hęr.l.Item labeo.§.1.& quod ius quolibet tpe, non ſolũ in fi.cauſę, ſed in proceſſu, & in ordine ad finem. vnde hæc verba, peto ius fieri.ſanè intelliguntur, & debent intelligi in ꝓcedendo, vel incidẽdo, prout eſt rõnis.nã in prin.cauſę intelligitur in procedẽdo, ſed in oĩbus probationibus pactionẽ intelligitur.In decidẽdo verba ſimiliter intelligi.ff.de ſer.l.ſi cui.& ius fieri repreſentatur in quolibet actu, & in quolibet ſtatu cauſę.ff.de iuſti.& iu.l.pen.de condit.inde.l.eleganter.§.ſi quis poſt.per Iac.Bu. Et procurator datus ad exercitiũ cauſæ non põt cõcludere in cã in prę̨ludijs iudiciorũ, ſicut nec renunciare.ff.de noua.l.ſi quis delegatus.per Bar. nã faceret dolo, & cõtra formã mandati.de proc.l.qui ꝓcurator.ff.de pac.l.ſed ſi tñ.ff.de fideiuſ.l.cõtra re.§.poſt litem.ut li.nõ cõteſ.c.1.per Inn.

2 †ꝓcedendo ẽt in cauſa nõ intelligitur renunciare illis exceptionibus, q̃ non impediebant proceſſum.C.de proba.l.exceptionẽ.C.de excep.l.ſi quidẽ lit. cõtc.apparet viam mutinationi ipſarũ non prę̨cludi, vt no.ff.de rei ven.l.officiũ. Sciendũ eſt, q illi per ineptitudinẽ impedimi proceſſus, qui oriuntur ex prę̨cedenti deciſione litis, ſi tñ ſtatim probentur: alias reſeruantur poſt li.conte. ut no.ff.de iureiu.l.nam & poſtea.in prin.quidã dñt, q oẽs exceptiones notorię impediũt, ut no.Io.And.in c.1.de lit.cõte.li.6. Cautius iõ eſt tunc iudicis officium implorare, q̃ experiri, arg.ff.de pet.hær.l.planè.& l.pe.de bonis li.l.qui cum maior.§.ſi patria. in gl.nam ſop notorio lis conteſtatur, vt no.de neg.ge.l.at qui natura.§.qui me abſente. illa notula nihil ad tumbum: quia ibi erat notorium pro actore, non pro reo, tñ non eſt, qd dixi pp exceptionem ſumptam ex diffinitione ipſarum.

3 Quantum †ad alium paſſum, vtrum valeat ſtatutum habentiũ terrã in feudũ, dicẽdum, q ſi reſpicit publicã vtilitatem, puta vt terra melius habebitor, quæ forte habet malũ aerem, ſicut ſatemina, & paucos agricolas, quæ prę̨uigeat habitatores.ff.de edil.edic.l.qd ſit fugitiuus.§.eadem actus. & facit quod no.in Auth.de mãda.prin.§.ſed & ſuſcipientes. col.3. habet.n.utile dñium, & ideo poteſt imponere legem rei ſuæ.de ſuperfi.l.1.§.quod ait. Si autem faceret ad æmulationem ſuperiorum, non valent.ff.de ope.pu.l.opus publicum. alias dolo malo.ff.de doli exce.l.1.in fi.ff.de po.lib.l.eorum.& l.ſi priuatus.ff. qui, & a quibus.hæc autem decepta erant ſuo tempore. Nunc autem ſic concluſum fore in cauſa procedendum, ſicut petitum per dominum Florimondum: ſuppoſito, quòd exceptio præſcriptionis non obſtet.

CONSILIVM CCCLX.

1 *Si quis donat alicui fœminæ, & eius hæredibus, an iſta ſit dos, an donatio, & an in ea ſuccedant liberi primi matrimonij.*
2 *Valet conſuetudo quæ concedit aliquid inſigne primogenitis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Quantum ad punctum infraſcriptum, in quo continetur, q do.Guitardus dedit locũ de Bartholio Ayquilino, & Toſerio Bartholi, ac hę̨redibus ex ipſis deſcẽdẽtibus, & iſtã donationẽ ꝓmiſit, & iurauit tenere. occurrit dubitatio, vtrũ iſta ſit dos, vel donatio, vel qd mixtum ex dote, & donatione.ſ.q durante matrimonio ſit dos, poſtea vero ſit donatio collata in liberos illius matrimonij, ita q liberi ex alio mřimonio nati in aliquo nõ ſuccedant an ie, ſed donatio ſecũda ſolius filiæ, dos vero ſecũda mariti.& iſtud dubiũ ortum eſt ex illo verbo, donationẽ.& ſi eſt donatio reſpectu filiæ, an valuerit, ſtatim occ ne. Et dico, q iſta non eſt ſimplex donatio, ſed donatio cã dotis, & ſtatim valet, ut C.fa.her. l.Pompo.Philadelphus.& ff.q in frau.cre.l.ſi.ff.de condi.& dem.l.Titio centũ.§.Titio genero. Et ideo filia viduata dos ad eã reuertitur.C.de rei vẽ.l.ſed q̃uis.ff.de leg.2.l.cum pater.§.pater certã.ff.de do.præle.l.1.in prin. Et eſt no.q de filijs primi matrimonij facta eſt mẽtio non ſimpliciter, ſed tanq̃ de hę̨dibus, & ideo oẽs filios cõplectitur: dumtñ ſint hę̨des, ex quocunq; matrimonio procreati.ff.de lib.& poſth.l.placet.ff.de pac.l.tale pactũ.§.fi.licèt.n.pater nõ ſenſerit hoc, tñ legis diſpoſitio hoc facit, vt ff.de ver.ob.l.cõtinuus.§.fi. Nõ ob.de pac.dota.l.inter ſocerũ.§.cũ inter patrẽ.quia ibi mater deceſſit in eodẽ matrimonio primo: & ſic nihil facit.

2 †Quo ad aliũ paſſum de cõſuetudine, q̃ primogenito cõcedit locũ, dicendũ eſt, iſta conſuetudo tenet ꝓpter honorẽ familiarũ, & primogenituræ aliquid inſigne concedens primogenitis, quod nõ eſt auferendum ab eo: qa iſtud eſt beneficiũ legis, non patris.ff.de ado.l.ſi augeatur.§.ſed impuberi. hoc quoq; ius deriuatim ſic vadit: & ideo dñs Flor', qui ſucceſſit Ayquilino, & Anebimo in dicto iure, potentius ius habet in caſtro, de quo conuenit.C.de do.l.ſi auia.& ſpoliatione ꝓbata reſtituenda eſt, ad l.Iul.de vi.l.ſi quis ad ſe fundũ.de reſti.ſpo.c.ſæpe.& c.frequẽs.lib.6.cũ infinitis ſi. Ex ꝓdictis ſequitur filios ſecundi matrimonij excludi per conſuetudinem a dicto Caſtro, in alijs quo attinet ad ius commune. Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXI.

In Chriſti Nomine Amen.

Super inſerta materia factũ ſic ſe habet. Quidã moritur cõdi-

to teſtamento, ex quo remanent 4. filij legitimi, & naturales, quorũ duo ſunt maſculi, & duę fœminę: quę quidem fœminę nuptæ ſunt, & dotatę a patre. modo vero ex iſtis duobus filijs maſculis moritur vnus ſine teſtõ ſuperſtitibus ſibi alio fratre, & ſororibus duabus ſupradictis nuptis, & dotatis, ut ſuprà dr̃. Modo vero quęritur, vtrũ dictæ duæ ſorores ſuccedant in partem hæreditatis defuncti vnà cum fratre ſuperſtite, vel nõ obſtante forma ſtatuti prędicti, quod loquitur ſic, videlicet. Item ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi qua mulier fuerit dotata a patre, matre, vel fratre carnali, non poſſit venire per rectum, vel obliquom ad ſucceſſionẽ patris, vel matris, aut fratris carnalis ab inteſtato: ſi filij legitimi ſuperſint de prædi. vel aliquo ṗdictorũ ipſorũ, ſiue filij filiorũ. filijs vero non remanentibus ex eis talis mulier ſuccedat, vt poſtulat iuris ordo, volumus tñ, ꝙ mulier dotata, & nupta alicui forenſi nõ poſſit ſuccedere in bonis paternis, vel maternis, vel aliorum conſanguineorum extantibus ex eis filijs, filiabus, aut alijs conſanguineis vſque ad tertium gradum. Si vero alij non fuerint conſanguinei in tertio gradu obtinentes, vel proximorum, talis mulier mulieri ſuccedere valeat, ſecundum quod poſtulat ordo iuris.

1 *Fœminæ excluſæ per maſculos an reaſſumant ius ſuccedendi mortuis maſculis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Cum ſuperſit filius maſculus ex dotante mulieres dotatæ non ſuccedant propter illa verba ſtatuti, vel aliqui ipſorum. ſ. dotantium, non. n. exprimitur, vel aliquo ipſorum. ſ. de quorũ hęreditate tractatur. hoc ẽt clauſula ſequens oſtendit, nõ allego legẽ quia non expedit. ſed iſte frater ſecundus mortuus eſt ſine filijs maſculis, vtrum fœminæ reſumant ius ſuccedẽdi. quidam dñt, ꝙ ſic, ſed Bar. dicit, ꝙ non, quia non dicit ſtatutum, quandiu &c. ſed ſi filij &c. hoc ponit ipſe in l. fi. & 2. ff. ad Tert. paſſus eſt dubius, tamen teneo Bar.

CONSILIVM CCCLXII.

1 *Si ſtatutum dicat, ꝙ ſi quis geſſerit negotia alicuius, & occaſione geſtionis lis moueretur, ꝙ cauſa compromittatur, prius conſtare debet ſummatim aliquid geſtum eſſe.*

2 *Quæ ſint a principio probanda, vt iudicium valeat, ſeu inchoetur.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Multũ refert, vtrũ ſtatutum dicat, ſi quis geſſerit negotia alicuius, & occaſione geſtionis lis, ſi qua moueretur, compromittatur. & tunc oportet prius conſtare ſummatim aliquid geſtum eſſe, quia hac conditione lex loquitur, ſi quis geſſerit. vnde introductũ cõpromiſſo eſt geſtio. non dico q̃ta, vel qualis, ſed qualiſcunq;: nec dico plenè probãdũ, quia oportet poſterius plenè diſcuti: vñ vbicũq; ṗambulũ, qd introducit iodiciũ, eſt poſtea plenius vẽtilandũ, ſufficit ad illud introducẽdũ ſummaria ꝓbatio, vt ff. ad exhi. l. theſaurũ. & niſi ſummariè probať indictũ, ſecũdũ nõ debet introduci, ot ff. de lib. cã. l. libertis. §. fi. vñ ſi ſtatutũ diceret, ſi qs eſſet minor, & læſus, & ꝓpea peteret in integ. reſt. auxiliũ, debeat compromitti. prius eſſet ſummatim, probãdum de ętatę, & læſione, iuxta no. per Bar. & alios. ff. de iureiu. l. nã & poſtea. §. ſi minor. prius. n. debet conſtare iudici de cã, quæ eſt finalis, & pręciſa cã mandati aliquid extra ius cõe, ꝙ debeat mandare aliquid partibus. cũ. n. incidit qõ ciuilis ciuili ſub quodã ordine, prius eſt cognoſcendũ de actu ordinantis, de ordinato. C. de ordi. iud. l. pe. Et ſi ſtatutũ diceret cãm viduarũ compromittendã liquere debet eã viduã. C. qui accu. non poſ. l. nõ ignorat. Ao vero ſtatutũ dicat cauſæ motæ ſuper negotijs geſtis idẽ cõpromittatur. & tunc ſufficit proponi, qa ad iudiciorũ introductionẽ in ſpecie quid proponitur in medio, quid ꝓbatur in fine, qd probatũ eſt in executione, qd iudicatũ eſt. ff. de iur. omn. iu. l. cũ quædã. §. fi. & præpoſterũ eſſet prius probatio: q̃ iudicium fundare, ſi q dẽ ſuo loco lex poſuit probationes, & oẽs actus legitimè ordinauit, nec debent præmiſceri, vel intricari. & extra de iud. c. exhibita. nec debemus expectare, ꝙ lis conteſtetur, & negotiũ liquidetur: quia eadẽ rõne deberemus expectare, vt in probationibus cõcluderetur. & tunc ſub liquido ꝓcedet compromiſſum, nec expediret ẽt cãm compromitti, niſi habentibus cãm diſparatã, vel ex mendacibus allegationibus confictã. C. de iud. l. rẽ nõ nouã. §. patroni. Recurrendum eſt igitur ad verba ſtatuti. ſtatutũ dicit, de adminiſtratione tutelæ cõpromittatur, certè ante oĩa debet conſtare tutorẽ fuiſſe, alias nõ cogitur cõpromittere, ſicut ſi ſtatutũ diceret: cauſæ appellationis cõpromittantur. nã ante oĩa debet cõſtare de appellatione eſſe: vt in c. Roma. de app. lib. 6. non. n. debet veſtigio ſicut ĩ initio introductorio probari, vñ appellatũ: quia

2 hoc venit probandũ poſtea. †Sciendũ eſt igitur, ꝙ quædã reſpiciunt ordinẽ vnius actus ad alterũ: & tunc res ordinanda eſt, ut dixi. quædã nõ concernunt ordinẽ, ſed ex narratis ventilanda conſiſtunt, vt iuriſdictiones iudicũ. & tunc loquiť lex cũ quædã. quædam deciſionẽ cauſæ reſpiciunt, & in iſtis nullũ ius habet, quia non probat, qd probare debet. de teſtõ mil. l. diuus. vt no. per Inn. extra de priu. c. ex parte abbatiſſæ. Et ſic in qõne noſtra ſtatuti Piſani ſi negatur geſtio geſtoris, ſummatim eſt probandum de perſona geſtoris, pota quia Titius geſſerit: nec hæres tenetur compromittere, quia non conuenitur de adminiſtratione: nam dictio, cauſam, perſonam immediatam ſignificat non per modum deriuationis in alterum, & ſtatutum eſt factum ꝯ ius commune, ergo arctandum. ff. de coniug. cum eman. lib. l. 1. §. nunc videamus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXIII.

1 *An ſubſtituti excludantur a ſucceſſione pupilli, ſi non petierint tutorem, ſicut excluderetur mater, & an tunc ſuccedatur ex vulgari expreſſa, an ex fideicommiſſaria. & nu. 2.*

In Chriſti Nomine Amen.

Factum tale eſt, quidam Andreas de Saxo Ferrato ſuum condidit teſtm̃, in quo inter cętera filios naſcituros hęredes vniuerſales ſibi inſtituit, quibus fecit ſubſtitutionẽ vulgariter pupillariter, & ꝑ fideicõmiſſum. Qui teſtator tunc habebat vxorem, & inde illa mortua aliam accepit, ex qua filius maſculus natus eſt. Et in dicto teſtõ dicto filio plures tutores dedit: tandem mortuus eſt teſtator, deinde aliqui ex tutorib. teſtamẽtarijs mortui ſunt. deinde poſt plures annos mortuus eſt pupillus nullo petito ei tutore per dictos ſubſtitutos, nec admini-

1 ſtrata tutela per vnũ ex teſtamẽtarijs, qui nunc viuit. †Quęritur, nunqd ṗdicti ſubſtituti, vel ſubſtitutę ſint a dicta ſubſtitutione priuati, vel priuatę: & in iſtã q. oportet habere plures oculos ꝓp multiplicẽ ſubſtitutionẽ. Et eſt hic aliquis paſſus de apicibus iuris. Primo tñ eſt ſciendum, ꝙ ſubſtituti non tenentur petere tutorẽ: ſicut nec in iure tenentur petere: vt no. C. ad Ter. l. matres. Et ſi vnus tm̃ tutor eſſet relictus in teſtõ, & viueret, nec eſſet remotus, vel excuſatus iſtud eſſet clarum, ſiue adminiſtraret, ſiue non, vt no. per Cy. C. de admi. tut. l. fi. ſed quia plures fuerunt reliqui tutores, & aliqui deceſſerunt, & in locũ deſcendentiũ non fuit petitus aliquis tutor, nec ſuperuiuens adminiſtrauit: & ſic pupillus defectu tutoris caruit, ſubſtituti hæreditate priuantur, ſicut priuatur mater: vt ff. ad Ter. l. 2. §. quod ſi deceſſerit quidã. Et iſtud debet ꝑſopponi tanq̃ verum quo ad pupillarem ſubſtõnem. Sed quo ad vulgarẽ vł ſecus, & quo ad fideicõmiſſariã: vt ff. qui petãt tut. l. credendum. licèt quidam intelligant illã legẽ in fideicõmiſſo ſingulari, nõ vniuerſali. Tñ veritas eſt, ꝙ nec a vulgari, nec a fideicommiſſo excluditur ꝓp rõnẽ illius literę, dum dicit, q̃

2 ex alieno iodicio &c. Videndũ †ergo reſtat, vtrũ cũ pupillus nõ habuerit tutorẽ authorizantẽ, ſuccedatur ex vulgari expꝛ̃ſſa ex oĩbus bonis teſtõris: quia vulgaris expreſſa impedit exiſtentiã ſui hęredis: an vero ſit dicendũ ex fideicõmiſſaria, quę per exiſtentiã ſui hęredis confirmatur: an vero ſit dicendũ, ꝙ omnino ſit indignus ſubſti. Et puto, ꝙ ex fideicõmiſſaria ſubſtitutione veniat ſubſtitutus: & illa ſubſtitutio attendatur, q̃ ꝑ exiſtentiã confirmať: & ideo ſubſtitutę vigore fideicõmiſſi veniunt detracta legitima, & trebellianica, quæ legitima, & Trebellianica pertinent ad legitimos ſucceſſores pupilli: &

iſta,

iſta, quæ ſuccedit ab inteſtato, eſt contadina matertera, quę proximiorem locum, & gradum dicitur obtinere.

CONSILIVM CCCLXIIII.

1 *Soluens deponenti an liberetur, ſi facta ſit ceſſio actionum.*
2 *Debitor certus de ceſſione poteſt ſoluere cedenti.*
3 *Verbum, tranſtulit. & verbum, conceſſit. quid importent.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Tribus rationibus dicendū eſt, ꝙ ſoluens dicto deponēti ſit liberatus. Primo pp nām obligationis depoſiti debet.n.reſtitui deponēti, niſi alius habens iura potentiora ipſa in iudicio proſequatur. ff. depoſiti. l. bona fides. C.eo.l.pe. & auth. ſed iā cautum. Depoſitarius ēt non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa. ſed non eſt in dolo, nec in lata culpa ſatisfaciendo deponenti: in eo.n.qui ignorat, nulla deprehenditur culpa. ff. commo.l.argentum. Item debebat ei ſoluere de neceſſitate. nullā enim exceptionem habebat, ergo liberatus eſt, vt ff. de ſol.l.ſi
2 ſtipulatus.§.ſi lancen. & C. depoſi.l.fi. Secundo † pp generalē naturā ceſſarum actionū: nā ſi debitor ſit certus de ceſſione, ſoluere pōt cedenti. C.quę res obl. poſſunt. l. nomen. ff de trāſac.l.fi.C. de noua.l.3.& not. ff. de pac.l. ſi cum emptor. Tertio propter naturam retentionis vſusfructus. nam qui habet vſumfructum nominis, licitè pōt ſolutionē recipere. vt C. de bono.ma.l.1. Sed iſte donator reſeruauit ſibi generaliter fructus omnium donatorum, ergo & nominis. C. de vſufru.l.j.& ſi dicatur, hic non apparet de ſolutione, ſed de confeſſione, q̄ non nocet alij, quàm confitenti, vt C. de noua.l. non abſtulit. Reſpondeo tribus modis: primo, qa non refert, qualiter ſit ſatisfactum. ff. de ſo.l.ſolutū.§.ſatiſfactū. Secundo, quia confeſſio in depoſito probat verā numerationē, nec pōt opponi exceptio non nu. pe. ff. depo.l.publ. in fi.C. de non nu. pe.l. in cōtractibus. Tertio, quia confeſſio eius, ad quem principaliter pertinet negotium, nocet habētibus ab eo cauſam. ff. de pig. l. ſi ſuperatus. Ex quibus cōcluditur dictum depoſitarium liberatum eſſe. tamen deponens tunc dr̄ iſtam pecuniā reſtituere ceſſionario. ff. de excep. doli.l. apud celſum.§. quod ſi alicui. & iſta dicta ſunt de deponente, qui iura ceſſit: & poſtea confeſſus eſt ſibi ſolutum, an præiudicet ceſſionario. & determinat, quòd non. Et eſt ſciendum, ꝙ ego loquor de confeſſione debiti ſoluti poſt ceſſionem, ſi cedens confiteretur ſe non habuiſſe ius cedendi, & ſic veniret ꝯ ſuam ceſſionē. Iſta eſt alia materia, de qua not. in l. ſi non actor malit. & in alijs legibus per vos prudenter allegatis. Illud eſt ſciendum, ꝙ donatio eſt titulus, ceſſio eſt quaſi traditio, mandatum eſt commiſſio directarum. Et ad iſta tria aptantur omnia verba, quæ notarij
3 multiplicant: † & verbum, tranſtulit. propriè refertur ad vtile verbum, conceſſit. & ad directas. ff. de do.l.pe. & not. C. qñ fiſcus, vel priuatus.l.fi. ff. man.l. procu. in fi. C. de procu.l. qui ſtip. ff. fa. hær.l. planè. Et ita dico, & conſulo ego Bald.

CONSILIVM CCCLXV. Aliàs eſt caſus.

Quidam Nomine Raynerius Geppi de Ciuitate Cort. habuit in vxorem dom. Miradam filiam Vannius de dicta ciuitate certa quantitate pecuniæ dotatam: & durante dicto matrimonio deceſſit frater dictę dominæ Mirandę, & eius hæreditas ad d. dominam Miradā deuenit, & pertinuit. dictus Raynerius poſt mortem præfati fratris dominæ Mirandę recepit pēnſiones dominus hæreditatis prædictæ fructus, & redditus bonorum dictæ hæreditatis ad dictam dom. Miradam pertinen. nec apparet, vtrum domina Mirada fuerit volens, vel contradicens. demum deceſſit dict. Raynerius: nūc d. domina Mirada petit ab hærede dicti Raynerij ſibi reddi ratione dictorū fructuum, & dictos fructus ſibi reſtitui. Allegatur pro parte hæredis prædicti dictos fructus non debere reſtitui: quia dictus Raynerius conſumpſit eos in domo, & familia ſimul cum dicta domina Mirada: & etiam dictam dominam Miradam alimentauit cum medicinis ſibi opportunis. pro parte dictę dominæ Miradę dicitur, ꝙ hoc non eſt verum: & ēt poſito, ꝙ ita eſſet, tñ dicitur, quòd fructus prędicti debent ſibi reſtitui: quia dicta bona nō ſunt, nec fuerunt dotalia, nec per paraphernalia, & ꝙ ipſe hęres ēt poſt mortem dicti Raynerij recepit de dictis bonis certam quantitatem fructuum, quos etiam petit reſtitui. Modo quęritur, quid iuris.

CONSILIVM CCCLXVI.

1 *Mulier habet triplex patrimonium.*
2 *Maritus lucratur fructus bonorum dotalium & quid de paraphernalib. num. 3. & quid in tertio genere bonorum vxoris an vir lucretur fructus. nu. 4.*
5 *Donare eſt perdere.*
6 *An mulier tacens quando vir percipit fructus videatur donare ita vt non repetat.*
7 *Maritus an poſſit compenſare alimenta præſtita vxori in fructibus dotis vel bonorum paraphernalium vel aliorum et in conſ. ſequen. nu. 1.*

In Nomine patris, & filij, &

1 Spiritusſancti Amen. † Ad euidentiā dicendorū pręmitto, ꝙ mulier nupta pōt habere patrimonium, ſiue ſua bona triplicis generis. Nam quędam ſunt dotalia in dotem data, & iſtorum bonorū maritus eſt dominus. l. dote. C. de rei ven. & no. plenè in l. in rebus. C. de iu. do. & in iſtis maritus agit in iudicio, dico vt dominus. quō autem talia bona debeat gubernare, no. in l. ſi cōſtante.§. ſi maritus. ſo. ma. habet mulier quędā bona nō data in dotē, ſed tradita marito, & per eum in domo mariti parata: & iſta dicuntur bona paraphernalia, & de iſtis maritus tūc tenetur ad cuſtodiam, & ſemper videtur habere mandatum in iſtis. l. fi. C. de pac. conuen. habet mulier quędā alia bona non data in dotem, nec marito tradita: ſed extra dictas ſpecies ſunt: vt probatur rectè innuendo in l. ſi ego.§. dotis. ff. de iu. do. vbi probantur iſta duo vltima membra. Iſtā diuiſionē patrimoniorū ſenſit gl. in d. l. fi. C. de pac. conuen. in l.
2 1. & 3. glo. Clarius poſuit Bar. in l. ſi maritus. C. de proc. † Modò ad propoſitū dico, ꝙ in primo genere bonorū dotaliū indiſtinctè maritus lucratur fructus. l. pro oneribus. C. de iure do. & plenè no. in l. diuortio. ff. ſo. mat. etiam ſi pactum fieret in contrarium. l. ſi conuenerit. ff. de pac. do. & de iſtis nihil ad
3 oppoſitum. † In ſecundo genere fructuum glo. in d. l. fi. C. de pac. con. diſtinguit inter induſtriales, & naturales. Cy. diſpu. Mar. recitat in iſta materia. Bar. ſuperueniens reduxit hāc materiam ad duos caſus in l. maritus. in prin. ff. ad l. fal. videlicet aut ſunt percepti contra voluntatem vxoris in fructibus naturalibus, aut ſunt magni, aut parui. magnos tunc dicitur reſtituere, inquantum locupletior eſt: paruos non tenetur reſtituere. Quia pro deo videamus: quia ſi bene nō videremus, bona, de quibus loquimur, nō ſunt de iſto genere, ſed ſunt de tertio genere, quia in rei veritate ponitur, ꝙ adminiſtratio nō fuit cōceſſa viro, tamen quicquid ſit, inueniamus rōnē, qualiter maritus aliquid lucratur de fructibus paraphernalium rerū, & ratio eſt, vt dicit gl. in d. l. fi. C. de pac. cōuen. propter laborem, quem ſuſtinuit maritus. Aliam rōnem inuenio reddi per dñm meū do. Bald. ſ. quia maritus tenetur ad cuſtodiā, & eſt obligatus pro cuſtodia dictorū bonorum, meritò in recōpenſatione dicti oneris maritus lucratur partē fructuū, vt d. l. fi. C. de pac. conuen. Vnde ſi bene inſpicitis in iſtis bonis, eſt conſiderare ſecundum Bart. volūtatem mulieris circa perceptionem, & conſumptionē fructuū. ſed ſecundū gl. & Bal. conſideramus voluntatem vxoris circa traditionē bonorū prædictorū: quia ſtatim ꝙ tradit, lex obligauit maritum ad cuſtodiam, & dat ei in recōpenſationē dicti oneris partē fructuū, vt intelligam memetipſum, non eſt inſpicere voluntatem vxoris tpe perceptionis factæ a marito, vt videtur voluiſſe Bart.
4 † Quia modo in tertia ſpecie bonorū cum maritus, nō ſit ad prędictam cuſtodiam obligatus, ceſſat dicta ratio, & ſic ēt legis diſpoſitio. l. adigere.§. quis. de iure pat. ff. de ali. leg. l. Seyo. in prin. Cū ergo in caſu noſtro nō proponatur, ꝙ ipſa conceſſerit adminiſtrationē, ergo iſta bona ſunt de tertia ſpecie. Attamē ergo reperio, ꝙ in iſta materia præfatus dñs meus dominus Bal. cōſulendo in quadam qōne pup. in quæſtione cuiuſdā Catherinę Ioannis vocati, Sacro de Pupio, quod conſi-

ſtum incipit,quędã ſunt res,quę ſunt in dominio mariti &c.
reprehendit Bar.vt & alibi reprehenditur gallus.ſ.in enume
rat. caſuum,vt l.Gallus.§.idem credendũ.de lib.& poſthu.&
quia caſum difficiliorē intactum reliquit, vt & alibi dicitur
in §.ille caſus. i d.l.Gall. videlicet, quia Bar.diſtinxit tm̃ duos
caſus certos.ſ.vbi de voluntate vxoris patet certa.ſ. qa aut de
eius volũtate nõ apparet, nihil dicit Bar. & ſic in enumeratio
ne caſuũ defecit, & in iſto poſt multa cõcludit fructus nullo
modo debere lucrari per virum, ſed debere res reſtitui p hęre
des viri vanni,niſi eſſet caſus inopię, in quã maritus incideret
ſine eius culpa: quia tũc vxor debet ſubuenire neceſſitatibus
viri. allegat ipſe extra de conſue.c. ex parte.ego hanc opinio-
nē validabo aliquibus iuribus,& rõnibus. Et primo proban-
libet in deriuato reperitur, vt ff. ad l. fal. l. in ratione. §. ſi filio.
ver. vt. n. opes. Item ius naturę eius dignitatis hic ſunt vnū, &
idem, vel ſaltē inſeperabiliter cōnexa, ſicut ſol, & ſplendor. cū
igitur nepos ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātiæ patris ſui,
ſicut patet primo ad Hebræos. & ex radice patris ſi ius vna
caro cum illo eſt. Sicut nos ſumus omnes vna caro cum adā,
cum ab ipſo tanquam a fonte geniturę ſumus deriuati, & tā-
q̃ a quadā maſſa. ſicut ergo quod eſt de maſſa, videlicet eius
pars non eſt realiter diſtinctū ab ea, ita nepos non intelligitur
quid realiter diſtinctū a patre ſuo, vt C. de impu. & alijs ſub-
ſti. l. ſi. hic. n. non agimus de forma diſtincta hominis, quę eſt
anima, ſed de cōicabili materia, quia ferè eadem natura eſt pa
tris, & filij: & nos ſumus hic in materia geniturę: ergo com-
mittat ea, quæ ſunt primogeniturę, ſicut ex eadem vite eſt vi-
tis, & propago, ſeu germen. ex quibus concluditur, q iſte ne-
pos debet dici primogenitus in virtute generationis, quę a pa
tre deriuatur in ipſum nepotē. & iſta eſt ratio naturalis. Secū-
do probatur, quia nepos ingreditur locū patruum, licèt. n. pa
ter ponatur in vna cedulla depicta in arbore cōſanguinitatis,
& filius eius in alia, tñ pater, & filius non faciunt niſi vnū gra
dum, videlicet primum. & ſunt duo quaſi vnus, ſicut aſt vna
feneſtra ex duobus angulis, vt not. inſti. de gradi. poſt princi-
pium. Tunc arguo ſic, pater, & filius ſunt in primo gradu in-
ter ſe, vt ff. de grad. l. iuriſconſultus. ergo ſi ambo in primo, ſe
quitur, q ambo in iure primogeniturę. Tertio ſic dignitas cō
creata a principijs naturæ eſt ſicut caro, & ſanguis, qui tranſit
in poſteros: quia a medullis, & oſſibus naſcitur, & inde habet
ſubſtantificam tranſmiſſionem, & deriuationē naturalē, quæ
deriuatio eſt priuilegiata, quia deriuatio ſit cum cauſa ſua, &
virtutē, & habitu, & diſpoſitione, ſicut aqua ducta p canſiēs:
emanatio etenim eſt nō intercīſa, ſed extenſa per virtutem ex
tenſiuam, & in fluxū generationis tale, quale eſt ipſum gene-
rās. Et ideo filius gaudet priuilegio patris: quia ſi non gaude
ret filius, patris prorogatiua minueretur: & eſſet priuilegiū
perſonale, nō naturale, & in ipſam naturam ſcriptum, quod
eſt falſum: fallit tñ hoc in taxatis: vt C. ad treb. l. iubemus. in
prin. & plenè no. ff. de ver. ſi. l. liberorum. Quarto ſic, ſucceſſo
riū edictum hñs locum a capite primogeniti in caput ſecun-
dogeniti tunc debet habere locum, quotiens ſucceſſoriū edi-
ctū ceſſat in linea primogeniti, & nō aliter: quia recta linea ꝓ-
fertur tranſuerſali, ergo ſic & hic. ff. ſi teſta. exta. l. 1. in princ.
Quinto hoc probatur: quia primogenitus eſt nō ſimpliciter
filius, ſed regnalis filius: ergo nepos, ex eo eſt regnalis ne-
pos, & ſic ſuum debet eſſe regnum ex habitu generato per
prius. & non ſumus in tranſmiſſione propriè loquendo. ſ. ali-
cuius ſimplicis hęreditatis, ſed in ſubrogatione perſonę: quia
nepos ſubrogatur loco patris tanquā hæres ſanguinis: & per
hoc ſoluuntur multa allegata in contrarium. Rex Robertius
voluit regnū pro ſe, ſed cōior opinio eſt pro nepote & ita ſen
tio in regno naturali, & non aduentitio per feudum ſicut erat
in caſu regis prædicti. Et confirmatur per dictum apoſtoli,
ſi filius, ergo hęres. vt no. de acqui. hę. l. neceſſarijs. & ſicut ne
pos facit partē patruo in cōibus: quia ingreditur ius, habitū,
& ſtatū paternū; ita arguēdo de cōcluſione patris ad cōcluſio

nem totius. Si tale, quid eſt, quod non pōt competere niſi vni
nepos a patre trahens radicem, principium, & ordinē, ex clu-
dere debet tranſuerſalem ſuum. ſ. patruum: quia linea deſcen
dens vincit tranſuerſalem. in Auth. vt fratrum filij. §. 1. Bald.

CONSILIVM Aliàs eſt caſus. *CCCLXXXVII.*

In Dei nomine Amen.

Caſus talis eſt, domina
Angela hñs virum nomine Ioannem, & matrē nomine Mar-
garellam, & tres filias. ſ. Richabellam, Vrſolinā & Epiphaniā
impuberes. condidit teſtm̄: in quo matri reliquit 25. & cuili
bet filiarū reliquit. l. & in his eas, & earū quālibet hēdes inſti
tuit: mādans, q plus petere nō poſſint de bonis ſuis. In oībus
alijs ſuis bonis Ioannē ſuū virū hęredem vniuerſalē inſtituit,
atque fecit in vita ſua tm̄. & poſt mortem dicti Ioannis ſubſti
tuit ſibi hæredes vniuerſales ſupradictas ſuas filias æquis por
tionibus. & ſi aliqua ipſarum deceſſerit ſine filijs, vel filiabus,
ſubſtituit ſuperuiuentē. & ſi omnes deceſſerint qñcūque ſine
filijs, vel filiabus, iuſſit, voluit, reliquit, & mandauit, q dicta
ſua hæreditas, & bona diſtribuantur, & dentur per ſuos fidei
commiſſarios &c. Demū contigit, q mortua eſt teſtatrix. Po-
ſtea mortuus eſt Ioannes, mortuæ ſunt filiæ omnes infra pu-
bertatem: quia nulla peruenit ad ætatem. 12. an. ſuperuinēte
Margarella matre teſtatricis, quæ petit legitimā dictarū filia-
rum, & legata eis facta. Quæritur, vtrum dicta Margarella de
beat habere legitimā, & legata prædicta. per fideicōmiſſarios
dicitur, q penitus nihil debet habere vigore cuiuſdā ſtatuti,
cuius tenor talis eſt. licèt inſuper de ſubſtitutionibus vtiliter
proferre ſermonem, quatenus varijs interpretationibus, qua-
rum ɜ mētem, & propoſitum teſtatoris bonorū ſucceſſiones,
& hæreditates in alios, q̃ ſit æquū, ſeu aliter trāsferunt, & præ
cipue parentum, ſeu aſcendentiū teſtis fauorantes, quibus ma
ximè cōgruit officia firmitatis: decernimus, vt omnis, & quæ
libet ſubſtitutio de capacibus vno, vel pluribus apparēte, ſeu
aſcendēte, vel alia quauis perſona habiliter, & ritè concepta,
& facta, ſeu ār facienda in poſterū per quęcunque verba vere,
aut dubiè acta ad directo ſubſtituendū, & ſub quacūque for-
ma, vel cōceptione, ſeu probatione verborū, præterquam per
verbum reſtituendū, ſemper intelligatur. & ſi non reputetur
non obliqua, nec fideicommiſſaria, ſed directò, ita q omnia
bona, ſiue res ſit abſque ꝓ latu reſtitutionis diſponētis, & ſub
ſtitutionē prudētis integraliter, & ſine omni defalcatione, &
diminutione facienda in proceſſu cuiuſcunque legitimę, aut
trebellianicæ portionis deueniant: non vt per mediū aliquod
ſeu recta via in ſubſtitutū vnum, vel plures: non obſtāte, q de
iure cōi verbis non conueniāt in inſtitutis, niſi euidens in ɜ-
rium voluntas apparuerit diſponentis, ſiue teſtantis, aut ēt re
linquentis, videlicet per verbū reſtitutionis, ſiue reſtituendi,
vt dictum eſt expreſſum ſubſtitutione cōcepta. & quod plus
eſt, ſi quidē filios, aut liberos maſculos, vel fœminas impube
res, quorū perſonis directā ſubſtitutionē iure certū plurimū
aſt conuenire, in ætate pupillari mori contigerit vnū, vel plu-
res, non ſolum bona paterna, ſed ipſorum impuberum ſubſti
tutos vno, vel plures peruenire ſine diminutione cēſemus in
quolibet caſuum prædictorum, niſi per dictum verbum re-
ſtitutionis prolata fuit ſubſtitutio.

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

1 *Statutum poteſt tollere, quòd non detrahitur aliqua falci-
dia, vel trebellia.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 Iſtud ſtatutum eſt plurimum contra ius commune, & ma-
ximè in ſubſtitutione, quā facit mater, vel extraneus, qui non
poſſit ſubſtituere directò poſt aditam hæreditatem regulari-
ter. & ideo de fideicommiſſo de iure communi legitima de-
trahitur. ſed iſtud vult non detrahi, niſi verbum ſit præciſè
ſonans in reſtitutionem hæreditatis, & valet iſtud ſtatutum.
& ideo in caſu noſtro puto. d. Margarellam nomine impube
rum non detrahere legitimam de bonis teſtatricis, ſed com-
miſſarios teſtamenti poſſe omnia diſtribuere ſecundum for-
mam teſtamenti. ipſi enim ſunt ſubſtituti pro pauperibus, &
videntur ſubſtituti per verbum ſubſtituo. nam in hoc ver-
bum tanquam in verbum commune omnis ſubſtitutio du-

bia habet reſolui, de vulg. ſubſt. l. iam hoc iure. §. ſed ſi alter,
Et ita dico & couſulo ego Baldus de Peruſio. I. V. D.

CONSILIUM CCCLXXXIX.

1 *Nepos ex filio primogenito an præferatur patruo. & num. 9.*
2 *Si primogenitus renunciet regno, vel efficiatur frater minor, poſtquã genuit filium, an excludemus nepotem, & dabimus regnum patruo. Item quid ſi primogenitus efficiatur furioſus, an auferemus a filio, & dabimus patruo. n. 3. Item quid ſi tam primogenitus, quã ſecundogenitus habebant liberos, tamen primo ſecundogenitus, quia primò duxit vxorē. n. 4.*
5 *A regibus an appelletur, & an poſſit ſine cauſa imponere collectas, & tollere de patrimonÿs ſingulorum.*
6 *Primogenitus an poſſit donare, ſeu deferre tertio genito.*
7 *Si ex conregibus vnus decedat cum filio, an ille erit conrex cum patruo.*
8 *Ius primogenituræ an tranſmittatur, ita ꝙ filius primogeniti excludat patruum.*
10 *Pupillus rex debet gubernari per tutorem, & quid tenetur tunc facere tutor.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Cõſuetudo eſt in nonnullis regnis, & eſt rationabilis, & præſcripta, ꝙ primogenit⁹ ſuccedat in regno. Accidit, ꝙ rex duos genuit filios legitimos & naturales, quorum primus viuo patre decedens reliquit ex ſe filium legitimũ, & naturalem. Modo decedit rex, & eſt concertatio de regno inter filiũ regis ſuperſtitem, & nepotem regis natum ex dicto filio primogenito. dicit. n. nepos ſe eſſe regē iure, & priuilegio patris ſui. At vero filius regis in ↄtrium ſurgit dicens ſe eſſe filium, ac etiam prius natum, q̃ nepos naſceretur. Quæritur, quid iuris. Et quęſtio feratur in regno libero. & non ſolum vbi vigent iura ciuilia in obſeruantia, ſed ēt cum ſumus in regnis, quæ hodie reguntur, quomodo regebantur, cum ſola natura, & dictamen rationis naturalis hominibus ſanciebat. In iſta qõne oportet allegare pro vtraque parte. & qõ iſta eſt quæſtio vulgata, tñ nihil eſt ita opinatum, quod poſteris claudat intellectum. In primis igitur allegabo pro nepote ↄ patruum. Secundo allegabo econtra pro patruo ↄ nepotem. Tertio dicam, quid ſentio ſaluo ſemper ſaniori conſilio. Quòd igitur nepos ſit præferēdus, pluribus rationibus probatur. Et primo ſic, nepos naſcitur ea radice, quæ præferebatur: vt patet ex terminis: ergo aſſumit ſibi naturã ex illo fonte, & ex illa radice: qui originalis forma cauſa inſpicitur. Et quia omne, quod deciditur per medium, ſapit naturam illius medij: ſi illud ſit mediũ naturale, & non inſtrumentale ſimpliciter: quia per mediũ ſpecificatur, & naturatur idque natura manifeſtum eſt, quia inſertũ facit poma ſuæ ſpeciei, non poma radicis, vt ff. de dona. l. qui id, quod. & ff. de fideiuſ. l. tutor. & ff. ad l. fal. l. in ratione. §. ſi filio. in verbo, famam, & originem. hoc. n. eſt ex lege naturæ: quia vnum quodque generat tale, quale ipſum eſt. & in hoc fecũdat deus naturam humanam, vt per ſucceſſiuam ſobolem cõſeruetur, vt not. in Aut. de nup. in prin. col. 4. Secũdo hoc probat, quia filius primogenitus eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ patris ſui, & idem eſſentialiter. & ēt minor reputatur, ſaltim tanquã pars aliqua ſui genitoris iuris fictione, vt C. de impu. & ali. ſubſtitu. l. fi. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. vnde in muneribus, & honoribus ad intellectum vnius perſonæ reducũtur, vt no. in l. 2. C. qui æta. li. 10. Tertio probatur, quia nepos ingreditur gradum paternum, vt inſti. de here. ab inteſt. §. cũ filius. & in Auth. vt fra. fili. in rubro, & nigro. Quarto probatur, quia cauſa naturalis tranſit in nepotē, ex ſemine. n. patris producitur, & in ipſo nomen patris perpetuatur. hic. n. accipimus primogenitũ, prout eſt ex radice parentis, & de maſſa ipſius, vt ff. de ver. ſig. l. pronuntiatio. Quinto probatur, quia primogenitus viuo patre intelligitur habuiſſe dñm regni ſola adminiſtratione excepta: vt ff. de lib. & poſt. l. in ſuis. Sexto probatur: quia ſucceſſorium edictum de gradu in gradũ præfertur ſucceſſorio, vt de capite in caput, v. g. de iure veteri. ſecundus gradus ēt vltimo agnatorũ præfertur primo gradu cognatorum: quia facilius migrat, ſeu vadit ſucceſſio in habentibus ſymbolum, vt ff. ſi tab. teſt. nul. exta. l. 1. in prin. nam eꝫ, vbi eſt maior differētia ibi eſt maior difficultas, vt C. de adop. l. cũ in adoptiuis. Cum ergo ſunt duo capita conſuetudinis. ſ. caput primogeniti incluſi, & caput ſecundogeniti excluſi, nũquam tranſit caput primogeniti in caput ſecundogeniti, niſi extinctis ſubiectis perſonis, quæ ex primo capite veniunt: at hic non ſunt extinctę, ſed poſtulant. Septimo, quia nõ dr̃ p̃ex õnctnt, ex quo viuit nepos ex eo, vt C. de fideiuſ. l. cũ acutiſſimi. ff. de condi. & dem. l. cum auus. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. ff. de here. inſti. l. Lucius. Cum igit̃ ſecundogenitus quaſi ad intellectum videat̃ ſubſtitutus loco primi deficientis, dicta ſubſtitutio tacita intelligitur habere in ſe conditionem, ſi primus ſine liberis deceſſerit. Quapropter liberi priores excludunt ſpem poſterioris. Octauo probatur ſic, illud, quod inducit prælationem ſucceſſionis, eſt dignitatis antéceſſionis primogeniti: ſed dignitas patris iam communicata filio ex dictamine intellectus prodeſt filio, vt C. de quęſti. l. diuo Marco. Nono probatur ſic quia priuilegia parentũ tranſeunt in filios, etiam ſi aſſumant cauſam ex tempore, vt C. qui po. in pig. ha. l. aſſiduis. §. exceptis. & no. in l. etiam. in prin. ff. ſolu. matri. ergo nepos ſuccedit in priuilegio paterno, & in iure prælationis, quia non eſt priuilegium ſcriptum in perſonã, ſed in cauſam, quia primogenituræ, ergo virtus influxa trãſit ad nepotem. Decimo probatur: quia omnia priuilegia, quæ non ſunt ſolummodo inchoata, ſed etiam executa, tranſeũt in poſteros, vt no. C. ad vel. l. ec. per Cy. ſed ius geniturę viuo rege fuit exequutum in multis, vt in ſedendo ad dexteram patris, & in alijs multis, 7. q. 1. c. quàm periculoſum. & ideo eſt res non integra, ſed aliqualiter executio. Nimirum ergo tranſitum facit ad poſteros. Vndecimo probatur, ſi vnus ſolũs eſt filius, nemo dubitat, ꝙ virtus primogenituræ tranſit ad nepotem, aliàs remanet regnum ſine hęrede ſanguinis: cum nepos non ſit primogenitus. aut diceremus deficere virtutem conſuetudinis, quod eſt falſum. Succedit ergo tanquam primogenitus, ergo excludit ſecundogenitum. Duodecimo ſic, illud, quod nepos non habet per ſe, debet habere per alium, in cuius locum ſuccedit, vt ff. quæ res pig. obli. poſſunt. l. ariſto. Decimotertio ſic, cauſa primi repræſentator ſemper in cauſa ſecunda, in qua influit, vt ff. de procu. l. licèt. §. ea obligatio. ſed primogenitus eſt cauſa prima, quæ vim ſuam, ac poteſtatē, & dignitatē tranſmittit in filiũ ſuũ, ſicut radix in propagamen, ergo ſicut filius eſt de natura patris, ita debet eſſe de cēſura: qa cēſura. i. id, quod lex cenſet, naturam imitat̃, vt ff. de adop. l. nam adoptio. Decimoquarto probatur: quia ea, quæ per ſeminalem rationem procedunt, tandiu durant in ſuo eſſe, quandiu ſemen, vel fructus eius reperitur ineſſe, ſicut dicit lex de ſubrogatione in locum capitum demortuorum, vt ff. de vſufru. leg. Sed iſta ſucceſſio procedit per ſeminalem rationem, ergo tranſit ad nepotem. Decimoquinto probatur: quia quot plura requiruntur ad prælationem, alterum ex pluribus ad conſequendam prælationem nõ ſufficit, vt ff. qui po. in pig. ha. l. qui balneum. ſed ad hoc, vt ſecundogenitus ſuccedat, requirũtur plura. ſ. ꝙ tempore mortis regis ipſe ſit ætate prior, ac etiã rõne efficacior, ſed ita eſt, ꝙ non eſt efficacior in ratione, ergo non excludit nepotem. Decimoſexto probatur ſic, ita habet locum ſucceſſorium edictum ex renũtiatio-
2 ne, ſicut ex morte, vt ff. de inoffi. teſta. l. ſi is, qui. † Pone ergo, ꝙ primogenitus renunciet regno, vel efficitur frater minor, poſtquam genuit filium, nunquid excludemus nepotem, & dabimus regnum patruo? certe nequaquam: apertũ eſt enim
3 edictum nepoti, vt C. de inoffi. teſta. l. ſi quis filium. † Item pone primogenitum eſſe furioſum furore perpetuo, nunquid auferemus filio eius, & dabimus patruo? certè nequaquam. text. eſt in c. grandi. de ſupplen. negli. prælato. lib. 6. Decimo-
4 ſeptimo, quia ſi aliud diceremus, ſequeretur abſurdum. † Pone enim, ꝙ tam primogenitus, quàm ſecundogenitus habeãt liberos: tamen ſecundogenitus prius duxit vxorem, & prius habuit liberos: tam ſequeretur, ꝙ ſi ambo filij ſunt mortui viuo rege, filius ſecundi præferetur filio primi, ſi non attenderetur primogenitura parentis: quod eſt abſurdum, ergo ſequitur, ꝙ prærogatiua primogenituræ transferatur in poſteros.
5 quod ſi eſt, ſequitur concluſum, ꝙ nepos anteferetur. † Et not. ꝙ de

ꝙ de iure gentium reges tenent ſupremum cardinem, vt hic etiam apud infideles: & ideo non appellatur ab eis. Apparet etiã penes reges eſſe illam ſpeciem dnij, quæ vocatur vniuerſalis, ſed particularis ſpectat ad ſingulos per ſe, ad regem per accidens.i.per accidẽtalem cauſam, puta, propter delictum: & ideo conſtat regem non poſſe imponere collectam, vel minuere de pecunijs, vel patrimonijs ſingulorum, niſi cum cauſa ſecundũ Pe.& Cy.C.de ſa.ſan.ec.l.neminem.nec ſine cauſa auferenda conceſſa ab eis.tamen ex cauſa propter publicas neceſſitates poſſunt apponere feudis nouas conditiones: quia hoc ius præcipuum principis eſt, vt hæc probantur de omni agro de l.qui fundos.in Auth.de teferen.in prin.in 10.col.de natura feu.c.1.Et ſi dominus non habet vaſſallum, pro vaſſallo, vaſſallus non tenetur habere dñm pro domino, vt 10.col. per quos fiat inueſtitura.c.fi.in gl. & in forma fidelitatis.c.1. §.dominus quoque.& ſi Papa non habet epiſcopum pro epiſcopo, eps non tenetur habere Papã pro Papa. & ſubtrahendo ei obedientiam in eo, quod præcepit ſibi tanquam non epiſcopo, non dicitur ſchiſmaticus, vt probatur aperte.95.di.c. eſto ſubiectus.vel dic, vt ibi not.

Nec refert emancipatus, necne: quia hoc nomen primogeni.nomen eſt naturale.de cap.di.l.tutelas

Officium regentis publicum officium eſt de re mili. ſed officium non tranſit ad hæredem.l.tutela.de tutelis.

Item ſi eſſet infans, regeret alios, qui ſe regere non poteſt. cõtra l.vlti.de legi.tuto.

Idem ſi eſſet prodigus, vel libidinum ſeruus. contra.l.fi.C. de ſenten.paſ.7.q.1.c.factus eſt Cornelius.in fi.v.3.

Item in rege requiritur conſilium, & intellectus, 23.q.4.c. duo iſta.officio nominis inuigilet diſciplina qui poteſt abeſſe a filio regis, & maximè a filia.de cura.furio.l. cum bonis.l.fi. C.de teſtamento militis.

Item expreſſum eſt in regijs dignitatibus in titulo, quis dicatur dux.c.1.col.10.

Item confirmatur iure canonum, vt patet in decretis.8.q.1. c.Moyſes.7.q.1.c.denique.

Item eſt expreſſum hic in gl.ordi. ꝙ electio facit regem, quaſi dicat non factum.

Item abſurdum videtur, ꝙ mundus regatur a ceca fortuna: cum ſit lata culpa ratione relicta committere ſe fortunæ.

Item dicit Ariſto.3.polit.ꝙ qui valdè boni facti ſunt reges a principio, ecce iam finalem, quia valdè boni, non quia filij.

Item habemus exemplum in lib.romanorum de re iu.c. ad apoſtolicæ.& in apoſtolico.23.di.c.in nomine domini.

Item contrarium omnes gentes vtuntur, ꝙ primogenitus fiat rex, ergo de iure gentium tenet concluſio per l.1.§.finali. ſupra eodem.

Item primogenitus dicitur rex &c. viuo patre, & ſedem habet ad dexteram patris.7.q.1.c.quàm periculoſum.23.q.4.c. quæſitum.& 23.q.5.c.non fruſtra.& q.5.c. dicat.

Item eſt expreſſum in c.licèt.de voto.& iurein.c.5.& confirmatur iure nouo per c.grandi.de ſup.neg.præla.lib.6.

Item confirmatur iure diuino.i.ad Hebræos.2.pſal. qui diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonij perdiderunt.23.q.3.q.4.c.ipſas pietas.

Item non bonum pluralitas principatuum, ergo &c. vt patet 12.metha.

Item generoſior debet eſſe rex teſte natura. & nullus generoſior filio regis 23.q.4.c.Nabucodonoſor.

Etiam infans poſſet eligi in regem.de iure iude.quid B.

So.regnum in productione eſt ex vi electiua regnum in proceſſione ex vi tranſmiſſiua: regnum extra eccleſiam ſunt regis idem.

Non poteſt reprehendi factum authore deo 23.q.4.cap. quæſitum.

Plectendo, & agnoſcendo hoc ſolum benè agitur, vt vita hominum corrigat 23.q.5.c.prodeſt ſeueritas.

Vindicta alieno malo animũ paſcit 23.q.5.c. de occidẽdis.

Regulam regendi proximum a ſeipſo quis accipit 23.q.5. .ſi non licet.

Ornat doctrinam domini, qui ea, quæ conditioni ſuæ apta ſunt, facit 23.q.5.c.ſi apud carnales.

Membrum præciſum non tenet vitæ ſpiritum 23.q.7.c. quàm amen.

Non eſt tentandus deus 23.q.8.c.ſi nulla.

Imperator intra eccleſiam eſt 23.q.c.conuenior.

Natura conſueta cuſtodit 23.q.6.c.iam vero.

Toleramus quos corrigere, vel punire non poſſumus.idem.

Vna eſt columba mea.de conſecra.diſt.vlti.c.aliud eſt.

Auarus non quærit compoſſeſſorem, nec dominandi inflãmatus conſortem 23.q.7.c.quod autem nobis obijcitur.

Econtra videtur immatura pari par priuilegium. de excu. tut.l.ſed & milites.

Item in actu fauorabili iuſtior eſt vtriuſq; incluſio, quã vtriuſque excluſio, no.in l.aretuſa.

Item prior eſt, quem nemo præcedit.l.qui duos.de rebus dubi.in conſtitutionibus.

Item par non excluditur a pari, nec ab alio, ergo a nullo, de acqui.poſ.l.1.§.veteres.

Item non eſt poſſibile duos ſimul regnare, cum habeantur loco vnius.l.cui fundus.§.1.de metropo.

Item dominium regale eſt indiuiduum, ergo poteſt eſſe penès plures inſolidum.l.fi.ff.vti poſ.l.fi.de rerum diui.

Item officium poteſt eſſe penès plures inſolidum.l.1.de offi. conſul.l.1.§.ſi plures.de exerci.l.decreto.de admi.tuto.

Item vterque eſt in poſſeſſione primogenituræ, ergo ipſa via ſibi facit vterque authoritate, facit quod no.in l.edicto.

Niſi vnus deferat alteri, quod poteſt 7.q.1.c.q̃ periculoſum, nec eſt iſte caſus dubius, & incertus homini: q̃ eſt clarus, & certus legi.de ma.l.cũ inter veteres. & ita teneo nõ ob. l. cum. duo.de in diẽ adie. quia ibi agitur de incerto non vitiãdo per incertum.hic non eſt ſic.l.1.de libe.prę̨te.in conſti.§.per Cy.

6 † Hic incipit dubium, an primogenitus poſſit deferre tertio genito. videtur, ꝙ ſic quia donari poteſt ius primogenituræ. d.c.quàm periculoſum.

Item per hoc videtur: quia ſi primo admittendus conſentit aliũ inueſtiri, tenet inueſtitura, in 10.col. quibus modis feu. amittatur.c.1.§.prӕterea.

Item ita fuit in rege Roberto, cuius actio propter ſuam ſapientiam noſtra eſt inſtructio, & decretalis pronũciat pro eo in c.paſtoralis.de re iudi.in clemen.

Econtra vr: quia dignitas non eſt in commercio, nec honor cedi põt.§.Iul.ſi quis omi.cauſa te.quia quæ habet ad vitam, non poteſt alteri poſt mortem ſuam concedere illud. de peri. & cõmodo rei ven.l.neceſſariò.§.fi.de leg.2.l.peto.§.prædiũ.

Item ſufficit in conditionibus principium aduerſarij extinctiuum, l.antepe.de inſti.& ſubſti.

Item edictum ſucceſſorium non eſt ſine mutatione gradus.

Item reſoluto iure, in quo fundatur aliquid ſucceſſiuum, reſoluitur illud, quod pẽdet ex illo.de pig.l.lex vectigal.loc.l.ſi quis domum.& in 10.col.qui ſuc.te.C.de lega.l.vxor patrui.

Item perſonalis cauſa perſonaliter limitat cauſatũ 10.col.de controuerſia inueſtituræ.§.curſus.

Item in præiudicium primogeniti nil poteſt primus.de leg. 1.l.filius.§.diuus.& in auth.res, quæ.cum ſi.l.ſi fundus.§.1.

Item hoc eſt legis, & naturæ donum, quod non poteſt ſecũdo genito auferri.de adop.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.ſi tamen valeret, perpetuò valeret.C. de adoptio.l. ſi tibi filius. facit de his, qui in prior.cri.lau.ſucceſ.l.1.

Item conditio actus permanẽtis requirit perſeuerantiam facti.de arbi.l.inter caſtellianum.

Item omnis actus procedens a potentia influente, deſerit potentia deſinente.in c.vlti.de procura.in cle.

7 † Sequitur dubium, ſi ex conregibus vnus decedit cũ filio, an ille erit conrex patrui. & videtur, ꝙ non, quia non debet concurrere cum primogenito.

In contrarium: quia iſte non eſt concurſus, ſed diſcurſus.

Item quia pater tranſmittit ad ſuum filium non fratrem 10. col.de natura ſucceſſio.c.1.& de duobus fratribus a capitaneis inueſtitis.c.1.C.de dona.l.ſi auia.

Nã hic curſus fuit de leg.3.l.pater.§.15.& hoc ſi deceſſerit regno ſibi radicato.ſed ſi erat ſolũ in ſpe, vt quia viuebat rex antiquus pręfertur patruus, quia proximior regi. Nam vbi cõſideratur proximitas verè, & non fictè, patruus præfertur nepoti.

poti.ff.de le.tu.l.3.§.ſciendum.de bo.li.l.libertus,qui.in fi.& iſte non eſt filius primogeniti,ſed pariſgeniti.& a natura pari receditur per imparitatem.c.duob.de reſcri.lib. 6.

8 † Sequitur aliud dubium, an ius genituræ,non dico pariſgeniturę tranſmittatur,ita quòd filius primogeniti excludat patruum.& fuit in Regno Franciæ,& Anglię determinatum,& obſeruatum,quòd ſic contrarium fuit in rege Roberto.capitulo paſtoralis. quæ opinio ſit iuſtior, ſub iudice lis eſt. verbum eſt Oratij.

. Pro patruo facit: quia non debet eſſe deterior nepote. C.de bonis mater.l.ſi viua matre.

Item quia ius ætatis,prout diſponit,de futuro non tranſmittitur.de temp.in inte.re.l.ea quæ.

Item quia viuo patre omnes filij dicuntur reges, & domini feudi.qui.mo.feu.amit.c.1.

Item quia moriente primo ius deriuatiuum eſt pręciſum in radice.C.de nup.l.ſi liber.

Item quando quis venit per alium,non poteſt venire, ſi illo medio tempore eſt extinctus.ff.ad l.aqui.l.proinde.l.receptū.communia prę.

Pro nepote facit: quia ſuccedere eſt ius ſuum in dignitate innata,quę trāſmittitur iure ſanguinis:quia filius eſt aliquid patris ſui,vnde pater in filio eſt.

Item ceſſante cauſa efficiente non ceſſat effectus productus in materia l.patre furioſo.

Item dignitatum innatarum qualitates tranſmiſſibiles ſunt.l.1.de epiſ.& cle.per Ia.Alex.& Cy.

Item hoc ſuccedere eſt idipſum, quod eſt innata dignitas, quæ inſeparabilis eſt.de pac.l.ius agnationis.

Item ſubrogatio nepotis loco parentis naturalis eſt. de libe. & poſt.l.Gallus.de inju.te.l.poſthu.

9 .† Teneo diſputationis cauſa pro nepote,niſi verba conſuetudinis exigerent, ꝙ eſſet primogenitus a rege: nam pater eius non eſt verè rex,quia non debebatur ei corona.l. bene a Zenone.facit de teſta.mili.l.Titius. Et ſic quod conſuetudine non cauetur,rationibus deciditur.de feu.co.

10 † Et ſi nepos ſit pupillus,tutor gubernabit noīe eius regnū. C.de tu.& cu.illuſtrium perſonarum. l. 1. Qui tutor recipiet tutorio nomine iuramenta fidelitatum, & cōferet caduca feuda,vt in 10.col.per quos fiat inue.c.1.col. 10. de aqua quot. l.1.§.ſi.quod vi,aut clam.l.prohibere.§.planè. nam hoc eſt cōſuetum,ergo &c.de pig.act.l.vel vniuerſorum.de do.l.filius. 23.q.6.Iam vero ibi natura conſueta cuſtodit.

Explicit prima pars legis, venio ad ſecundam partem.

In Chriſti Nomine Amen.

Hę verbum obſcuritates rediant intellectum:pręfatus do.Baldus declarat concluſiones ſuas hoc modo: videlicet, ꝙ cōcluſio prima ſit iſta.Quòd belli ſuſcipiendi autoritas,& conſiliū ꝯ reges infideles maximè eſt apud apoſtolicū,cū cauſa in.23. q.3.§.his continentur.& §.huic etiam.& §.breuiter.in fi.diſt.& c.vnuſquiſq;. quòdque in bello iuſtificando ex cauſa ſuppoſita autoritate ſufficienti ſufficit conſcientia cum veritate concurrens, licèt deficiat probatio.Concluſio ſecunda ſic declaratur,ꝙ regnicolæ viduati regiæ,& regia ſcripte pñt eligere ſibi nouam regem,quod regnum trāſit in primogenitum, vel pariter genitos geminos in certo naſcēdo ordine.Et ꝙ vno eorum regnantium cū filio obeunte nepos erit contra patrui, ſed nondum regnantibus his, altero defuncto ſolus patruus erit rex.Et ꝙ cū hoc ſtat,ꝙ filius primogeniti ꝑdefuncti excludat patruū ſecundo genitum regis,ſequitur tertia principalis concluſio,ꝙ iuriſditio regia in extremis vniuerſalib.eſt ſemp in actu.Declaro,duo ſunt extrema.ſ.perſonale,& reale.i. ſubtili,& territoriū.quib. ſanctio regia ſemper ſancit, & autoritas ſemper imperet.ſemper eſt in actu,quia iuriſditio vniuerſalis habet cām continuā,ſed in Pet.vel Ioan.non cadit diſcretiuè,niſi ex accidēti,puta pp delictum,vel ꝯtum,aliter princeps non habet ptātem in reb.ſingulorū,vt plenè no. in cōſti. oſm.& ideo ſine cā non pōt imponere collectā,quæ exaurit facultates ciuiū,vt no.Cy.poſt Pet.C.de ſac.ſan.ec.l.neminem. Et dignitas,quia vniuerſalis,& incorruptibilis ſemper eſt per ſuam formam.in Auth.quō oportet epiſcopos.§. & forma appellatur actus.Ariſt.de anima.in priu.Correlarium, quia iuriſditio diſcretiua non pręſcribitur, niſi ſicut ſeruitus diſcontinua,quia requirit factum hois.l.foramen. Sed iuriſditio vniuerſalis pręſcri.30.annis,ſicut ducatus,comitatus, & feuda. in c.ſi quis per 30.col.10.& de feudo dato in vicem l. cōmiſſoriæ.c.quidem.vbi de hoc.l.vires.& l.mortis.Quarta cōcluſio ſic declaratur,ꝙ ꝯtos eſt actus, & potentia eius eſt parere obligationem ſuis rpibus:& ꝙ actio in genere non eſt aliud,ꝙ ratio concludens ad propoſitum conſequendū: ſeu vigor productus ab obligatione,dum oritur, ſed dum proponitur, eſt inſtrumentum perſequendi.& ꝙ obligatio ciuilis nō eſt qualitas naturalis,ſed eſt ſecunda ſpecies:& non in cōtractu, ſed ex contractu. Quinta concluſio non declaratur aliter. Sexta concluſio non declaratur aliter.

CONSILIVM CCCXC.

1 *Quo tempore præſumitur quis natus, & quomodo ſit articulandum, & an partus ſit indicandus ex matrimonio, vel ex coitu damnabili.&c.*

2 *Quæ dicatur probatio dubia.*

3 *Valet argumentum a communiter accidentibus.*

4 *An quo ad cognationem inſpiciatur conceptio,an animatio.*

In Chriſti Nomine Amen.

Tam profundè,& tam copioſè dictę Dominicæ imperialis allegat,ꝙ ora alijs clauditis,tñ,quia paſſus,quos tangitis, ſunt vtiles,& diuerſi,& qui ſunt diſputati per Iacu. Bel.& alios,& per glo.Bernardi in c.adferte.de pręſumpti.Conſiderandum

1 eſt, † ꝙ interdum conceptio certo tpe pręſumpta ſupponit iuſtum initium,& poſſibile ſecundum naturā. & ſi non præſumeretur illud,pręſumeretur maleficium, vel fornicarius coitus,& tunc illud præſumitur, quod iuſtū initium cōceptioni dat.ff.de adul.l.miles.§.defuncto.ibi cum poſſit &c.vbi dr,ꝙ licèt probetur mater adultera, tñ ſi partus potuit naſci ex matrimonio,non debemus iudicare partum eſſe iniuſtum.Interdum potuit ſecundum diuerſitatem menſium diuerſitas tpis naſci,& quouis eorum iuſtè naſci.& tunc habet locum qō de duobus patribus incertis,cui eorū attribuatur partus. & diffiniunt per coniecturas naturales,vt per ſimilitudinem: & ꝑ temporales, vt tempus,quod eſt aptius naturę, & regionis, illud ineſſe credatur.forte in quibuſdam regionib.citius,ī quibuſdam tardius pertinentur: vt l.7.menſe.ꝑ Cy.Et in duabus matrib.quæ pepererunt eodem lecto, eadem nocte vna maſculum altera fęminā,& quilibet dicit maſculum eſſe ſuū. nā ex coniecturis deciditur,d.c.afferte.Interdum non eſt qō patrū, vel matrum,Sed tpe ſolum,modo quis quo tpe natus ſit,vtrū prius,an poſterius.& hoc dupliciter, vno modo reſpectu alicuius diſpoſitionis ſe referentis ad prius momentum: vt ſi qs dicat,inſtituo primogenitum,& duo ſimul naſcuntur.& iſta eſt materia legis ar eruſa.de ſta.ho.Secūdo modo reſpectu alicuius agnationis,vel cognationis,vbi non dubitatur de ꝓle, quia iſte,vt dixi,non eſt caſus noſter,ſed dubitaẞ de cognatione inter proles certas quo ad naſcendum:ſed incertas quo ad cognoſcēdum,quia pōt hoc eſſe,qđ eſt cognatus,& pōt abeſſe.& iſte eſt caſus noſter. Ad cuius caſus intelligētiā eamus ꝑ ſemitas legum.i.ꝑ regulas iuris.Regula eſt,ꝙ de genere quęritur probatio,imminet ei,qui ex genere mitti.ff. de ꝓb.l.1. C.eo.l.matrē tuā.alia regula eſt,ꝙ duorum aduerſariorū plenior,& certior probatio ꝑualet.Et iō ille vincit,q melius intētionem ſuam fūdat.C.de edi.di.Adri.l.fi. Ex iſta regula vñr inferri duę concluſiones,ſeu deciſiones.Prima eſt,ꝙ ſi duo dicūt ſe fuiſſe germanos Martini mortui,& vnus probat plenè, & alter ſemiplenè,probans non facit partem plenè probanti, immo plenè probans vincit in totum: quia certum trahit ad ſe incertum,non e contra.Ad hoc facit qđ no.Cy. C.de rebus credi.l.in bonęfidei.Secunda vr eſſe propriè qō noſtra. Nā ſecunda germana plenè ꝓbauit cognationē,& ꝯſanguinitatem Vterinus aūt frater non ꝓbauit clarè,nec cōcludēter de neceſſitate.Si ergo in ſuperiori caſu dubiè ꝓbās nō facit partē,ergo multo minus in hoc ſecūdo excludit a toto clarè probantem.

2 † Sed hic eſt cōſiderandū,q̄ dicatur ꝓbatio dubia.Et dico,ꝙ illa,quæ medium tenet inter certam probationē facti,& nulliꝰ

probationẽ facti, vt no.p doc.C.de procu.l.1.Et iſta, vt ita di-
xerim, media fides quandoq; legis auxilio concludit ſufficien-
ter ſecundũ iuris diſpoſitionẽ, & tunc ei ſtatur, aliter filius nũ-
quam excluderet patruũ, vel patruus certus eſt. Filius aũt niſi
p coniecturas ignoratur, de cõdi.& de.l.Luc. qd certe falſum
eſt, vt in Auth.de here.ab inte.§.1.Qñq; nihil concludit pp fa-
cti certitudinẽ, & tunc nihil operatur.ex̄ de prob.c. in preſen-
tia.probationis.n.liquidæ eſſe debent.C.de compe.l.fi. Qñq;
probabiliter põt trahi ad vtranq; partẽ, quia vtrunq; eſt poſſi-
bile, tũc in iſto dubio fauorabiliores ſunt rei poſſeſſores, q̃ pe-
titores.ff. de lib.cauſa.l.liberis.§.fi.ff.de prob.l.Circa.inſti.de
inter.§.commodum.C.de prob.l.non nodis epiſtolis. & l.ne-
que natales. exẽplum de duobus teſtis eodem die conditis cũ
inſti.diuerſorum, vt not.in l.edicto.cũ fi. Et multa alia exẽpla
de facili ponuntur, in quibus res dubias decidit poſſeſſio, vel
quaſi. Amplius conſiderandum eſt, q licèt ętas natorum inci-
piat ab hora natiuitatis.tamen ętas naſcentium incipit a die con-
ceptionis, & protenditur vſq; ad diem partus. Vnde qõ vltra
eſt, vt ita dixerim, qõ ætatis, an dum iſte partus fuit in vtero
eius, ætas fuerit nouem menſium, & ſic fuerit conceptus i vi-
ta fratris. an non nouem completorum, ſed forte octo cum di-
midio noni, vel non ſic ad vnguem. Et eſt qõ de puncto, q nõ
eſt notum niſi ſoli deo, & matri concipienti in illo primo in-
ſtanti.quid ergo dicemus. Reſpondeo, ei ſtandum, q credibi-
lius vr̃. ita.n.dicit notabiliter iure conſenſus.ff.de proba.l. cũ
3 de ætate. Et hoc de primo puncto.†Venio ad ſecundum, & di-
co, q illud credibilius vr̃, quod cõiter accidere ſolet. Nam lo-
cus a cõiter accidentibus in dubijs caſibus præſumptioẽ con-
cludit, vt no.in l.neq; natales.in glo. quæ incipit, probabilita-
tis.C.de prob. Neq;.n.hic de certitudine naturæ agimus, cui
omnia certa ſunt.ff.de iu.l.ſed & ſi teſtiuatur. in fi. & ſump.
eſt a Rñ.n.met. ſed de iure ingenio, & p̃ſumptione tractamus
quę eſt, vt dixi, q ad frequentiora ſe aptat lex, q̃ iudex eius mi-
niſter.ff.de legi.l.nam ad ea.nec.n.putandum eſt, q vna irun-
do facit ver, vel q vna mulier ſit paſſer ſolitaria in patria. om-
nia.n. frequentiora veriſimiliora.ff.de fun.inſtru.l. cum dela-
nionis.§.aſinam. & maximè opinabile eſt magis veriſimile. ff.
de inſa.l.athleta.ver.generaliter. & in iſto negocio ad cõmu-
nem opi.dominarum recurrendum eſt: quia propria acciden-
tia melius nouerint.ff.de ven.inſpi.l.1.in prin.& ar.ff. de ſto.
l.1.§.1.& hæc vera, niſi per aliqua ſigna, quæ iudicio medico-
rum ſignificarent conceptionem, aliud appareret. communi-
ter autem non portant, niſi nouem menſib. & ſi plus diceret
ſe de vtero portaſſe, & non portaret ſe peperiſſe ante nouẽ mẽ-
ſes completos, & ex ꝯria præſumptione non reſultaret, delictũ
non caderet ei: niſi haberem de initio conceptionis aliá certi-
4 tudinem.ſecundum cano.medicinę concludentes.†Sequitur
tertia qõ, vtrum quo ad cognationem inſpiciatur conceptio,
an animatio.& dico, q cõceptio, alio quin ſequeretur, q ſi pa-
ter in concubitu vxoris mortuus eſt, ex quo coitu mulier gra-
nida remanſit, q poſthumus patri non agnoſceretur, nec ſuc-
cederet.quod eſt ꝯ omnem veritatem.ſi quidem ſtatim, q eſt
in vtero caſualiter, licèt non formaliter, pro nato hr̃. ff. de ſta.
ho.l.qui in vtero.ſi pars hęre.pe.l.antiqui.de acq.hęre.l.cum
quidam.§.quod dr̃. vbi eſt conſiderandum, q naturaliter lo-
quendo in prin.conceptionis nõ eſt corpus hominis, neq; aĩa,
ſed poſtea fit corpus, deinde animatur, tñ nõ dr̃ homo, donec
eſt in vtero.ff.de col.bo.l.fi.ff.de aſſi.li.l.vl.tñ qd deficit natu-
rę, l.ſupplet habendo ipſum, qui eſt in vtero, pro hoĩe, ſi ad lo-
cem perueniat.C.de poſtu.hęr.inſt.l.fi.C.de fide.h.l.cũ inter
veteres.ab hora efficacis ſeminationis in matrice, quo tũc ma-
ter concepit.ff.de ſuis, & legi.l.Titius.& l.iſtẽ prætor. ff. vnde
cog.l.1.§.ſi quis proximior.ff.de hære.quæ ab inteſt.§.cũ au-
tem.de conceptione ergo eſt articulandũ, de animatione non.
ita mihi videtur ſaluo ſemper iudicio veſtro, & cuiuſlibet vi-
ri ingenioſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCI.

1 *An notarius poſſit quid addere inſtrumento.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 Poſt inſtrm partib.reſtitutũ nil põt tabellio addere, vel muta-
re, niſi iudicis mandato cõſtito & ſibi de veritate p teſtes, obla-
toq; libello ſuper conceptione erroris, & parte citata, vt plenè
no.de ſta.ho.in prin.p doc.prẹſertim per Cyn. tñ ego vidi in-
ſtrm redditum, & illud, licèt forte non ſit diſcuſſum, vt debet
tamen ſuffi.it ad repetendum eius vigore 350.flore. & ducẽ-
ti poſſunt reperi vigore alterius inſtrumenti, vt ff.de actio. &
obl.l.Locio.ff.de probationibus.l.quinquaginta.& l.fi.de do-
te pręę. Et ita dico, & conſulo ego Bald.

CONSILIVM CCCXCII.

In Chriſti Nomine Amen.

Punctus talis eſt, q Cęcharellus de monte Martata maritauit
do.Alenam ſuam filiam nobili viro Ganſtę de Radicoſano, &
nomine dotis promiſit 500.flore. deinde dictus Cęcharellus
fecit teſtm̃, in quo inſtituit hęredem Petrum ſuum fratrẽ car-
nalem nulla facta mentione de dicta Alena ſua filia. deindè
poſt mortẽ dicti teſtatoris nata eſt alia noĩe Piera de dicta Ale-
na, quæ nupſit Steph. de Vibe veteri. deinde deceſſit d. Alena
ſuperſtite ſibi dicta Piera ſua filia, & nepte dicti teſtatoris. in-
tendit agere contra teſtamentum dicti Cęcharelli rõne præte-
ritionis factæ de Alena ſua matre, & filia dicti teſtatoris: aut
ratione prẹteritionis ſuę perſonę, licèt nata fuerit poſt mortẽ
teſtatoris per annum, & vltra. Modo quæritur, vtrum tale teſta-
mentum dicta ratione poſſit euerti. Alius punctus eſt, dictus
Gauſta dedit ad fictum certas petias terræ, quæ olim fuerunt
Cęcharelli, ſupradicto Petro pro certa quantitate grani in an-
no: & de hoc affictu confecerunt inſtrumẽtum publicum, in
quo quidem inſtrumento fit mentio alterius inſtrumenti, in
quo dr̃ fuiſſe obligatas dictas petias terrę d.Gauſtæ ratione p-
miſſionis ſupradictæ dotis: qd inſtrumentum, de quo fit men-
tio, nõ apparet. Quæritur modo, vtrum finito tempore affictu
dictarum petiarum terrę vigore inſtrumenti inter eos initi de
affictu dictarum terrarum, dicta Piera filia, & hęres dicti Gau-
ſtæ poſſit vẽdicare dictas terras vt hæres vniuerſalis dicti Gau-
ſtæ, necne. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXCIII.

1 *An teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſit nullum ip-
ſo iure.*
2 *Ius dicendi nullum quanto tempore duret.*
3 *Teſtamentum nullum, in quo filius eſt præteritus, an trahatur
ad fideicom. ex clauſula codicillari.*

In Chriſti Nomine Amen.

Ad euidentiã p̃mittẽdũ eſt, teſtm̃, in quo patet prẹterijt filiũ,
vel filiam, qd quidem eſt nullum ipſo iure, qñ nullá fecit mẽ-
tionem ipſius duabus de cauſis. Prima: quia naturalem erga
filiũ charitatẽ more inſani hoĩs non curauit. Secunda: quia in
tali teſtõ ſolennitatem non ſeruauit. vt ff.de lib.& poſt. l. ſi fi-
lius, qui in ptãte.& l.Gallus §.in oĩb.& l.inter cętera. ff. iniu.
teſt.l.poſthu.inſti.de exhę.li.in prin.C.de inoſ.teſt.l.oĩmodo.
§.j.in Auth.vt cũ de ap.cog.§.aliud quoq; capitulum. Et ideo
dictum teſtm̃ vt teſtm̃ fuit nullum ipſo iure.gl.tñ dicit, q eſt
nullum ipſo iure, ſi dicatur nullum, vt no.C.de inoſ. teſt.l.ſci-
mus.in princ. de iniuſto teſtõ. l. filio prẹterito. & C. de con-
tra.ta.l.poſth.Doctores dicunt, q immo eſt omnino nullũ de
iure ciuili.ſed ſi non dicitur nullum, conualeſcit de ęquitate
prẹtoria, vt detur ex eo ſecundum tab.quę niſi petatur ab ex-
traneo inſtituto infra centum dies vtiles, impoſſibile eſt, q cõ-
ualeſcat. facit de iniu.teſta.l.poſth.& quod no.eo.ti.l. cum in
ſecundo.ff.de leg.præſtan.l. ſi duo. Quam vero poſſeſſionem
ſecundum tab. ſcriptus potuit petere elapſo anno vtili dato fi-
lio in ptãte prẹterito ad petendum ꝯ tabulas: quia ita ſe habet
ordo prędicti prætoris, q inſtituti expectant p̃tores non ppe-
tuo, ſed tpe ſtatuto a p̃tore, vt ff.ad car.l.ſi impubes.§.fi. ff. de
ſecun.tab.l.ęquiſſimum.§.expectandi. pp quod non fuerunt
petita, vel agnita bo.poſ.ſecundũ tab.per Pet.teſtm̃ cõualeſce-
re non potuit quia non fuit confirmatũ. ff.de ſtip.ſer. l.ſi ſer-
uus cõis meuij.& caſtrenſis peculij.in fi.principij. Sed poſi-
to, q de ciuili de ęqtate iuriſconſulti cõualeſceret, ſecũdũ qd
ſimplices doc.antiqui & gl.dicebant, tunc eſſet videndũ, an ex
hoc, q toto tpe vitæ ſuæ filia p̃terita paſſa eſt patruũ poſſide-
re, tunc intelligatur ſilentio approbaſſe.& vr̃ ſic, præſertim ſi
hoc

hoc fuit longo tpe,& maximè pp coniunctionem perſonarũ.
d.l.filio pręterito,C.de peti.hære.l.ſi filius.ff.de prob.l.pcula.
de do.inter vi.& vxo.l.ſi ſeru' cõis.& nepris, q̃ fuit poſt mor
tẽ aui cõcepta,ex ſua propria pſona ius rũpendi non habet.ff.
de inin.te.l.ſi qs hęreditatis.in prin.de iuis,& le.l.Itẽ ptor. &
no.C.de inoſ.te.l.ſi qs filiũ.in prin.Nec ex perſona mřis:qa ta
citè approbauit non ſolo tpis curſu,ſed ex alijs Indicijs ſimul
iunctis cũ curſu tpis, vt dixi,licèt Bar.dicat,& malè, q ex ſo-
lo curſu anni vtilis approbare vr.† nã ſequeret,q ius dicendi
nullũ de iure ciuili eſſet annale,qđ falſum eſt. Nã ſi q̃rela du-
rat p quinquenniũ,q̃ eſt odioſa,ergo ſaltim p quinquẽniũ,ius
dicendi nullũ pſeuerat.Iñẽ lex noua impoſuit metã,ergo eſt p-
petuũ.benè fateor,q p lapſum anni vř tacitè repudiare hđi
tatẽ de iure ciuili,nec confirmare teſtm̃.C.de iu.deli.l.ſuũ hę
redẽ.nã tacita renunciatio vnius remediorũ nõ tollit reliquũ.
de bonis libe.l.ſi filius.aliàs ſequeretur,q inſtitutus,qui non
petijt ſecundũ tab.ĩ.c.dies vtiles,nõ poſſet poſtea adire de iu
re ciuili:qđ nemo iuris ciuilis intelligens dicit no.C.de iure
3 deli.l.cum antiquo.& l.licèt.† Reuertor ad propoſitũ, & di-
co, q dictum teſtm̃ ſit nullũ iure directo. Sed an trahatur ad
fideicõmiſſum ex clauſula codicillari.gl.dicit,q nõ, in auth.
ex cauſa.ad qđ facit id,qđ dixi de inſanta.ff.de ioſ.te.l. Titia.
nã nullã mentionẽ fecit de filia,quaſi ex̃ mentẽ poſitus, ſed ſi
aliq̃ mentionem feciſſet de filia, tñ nõ adiecıſſet titulo inſtitu
tionis.tũc functus eſt paterna charitate,licèt erraſſet ĩ iure.&
tũc hřet locũ virtutis clauſulę codicillaris.& in hac opi.fuit
Ol.Alij indiſtinctè dicunt,vt Dy.& Cy.clauſulã valere, & ad
fideicõmiſſum trahi, & iſta opi.inualuit apud modernos, &
ſunt de apicibus iuris.Super ſecunda qõne dico, q res debet
reſtitui locatori,& hæredib.ſuis,vt C.loc.l.ſi quis cõductio-
nis.& l.conductores.& C.vnde vi.l.non ab re. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCIIII.

1 *Quomodo probetur, q quis ſit manifeſtus vſurarius.*
2 *Dictio,tantum.quid importet.*
3 *Quomodo probetur manifeſtum per famam,& qualiter tene-
tur deponere teſtis.*
4 *Niſi probetur quem vſurarium,non poteſt probari eum mani-
feſtum.*
5 *Teſtes ſingulares an probent.*
6 *Per vnum teſtem de fama non probatur fama.*
7 *Quando ſtatutum,vel cõſtitutio dicit, q ſufficiat fama,de qua
fama intelligatur.*
8 *Qui dicantur teſtes ſingulares.*
9 *Quomodo probetur per teſtes ſingulares, q quis ſit hæreticus.*
10 *Confeſſio facta coram ſacerdote an probet quem vſurarium,&
poſſit fieri per conſtitutionem.*
11 *Per conſti. epiſcopi an poſſit fieri,quòd per vnum teſtem pro-
betur crimen.*
12 *Quod ſcit multitudo,non poteſt negari, q non ſit notorium.*

In noĩe omnipotentis Dei,

& Beatæ Marię eius matris Virg.Glorioſę amen.In cã Ludoui
1 ci Maſci,& aliorum videndum eſt,† vtrum de iure cõi ſit pro
batũ,q Io.fuerit vſurarius manifeſtus,ita q eius teſtm̃ non va
leat:& q hoc ſciri non põt,niſi viſis,& inſpectis dictis teſtiũ.
p ſingulos teſtes per ordinẽ procedam:& pmitto ad euidẽtiã,
q allegans vſurarium manifeſtum duo obijcit.ſ.factũ, & qua
litatẽ,ar.in c.ab eo.de elec.lib.6.Ex quibus duobus ſimul iũ-
ctis reſultat vnum.ſ.eum eſſe inteſtabilem,vt in ca.quanq̃. de
vſuris.lib.6.Nec ſufficit probari quem vſurarium, niſi probe
tur qualitas ad hoc neceſſaria proponi,& probari.ff. de adul.
l.denũtiaſſe.ff.vi bo.rap.l.prętor.§.docere.ff.de iti. ac. priua.
l.3.§.itaq;.quia ex ipſa qualitate naſcitur effectus,nõ ex facto
ſimplici.de re iu.l.diuus.per Bar.& no.in c.ſi forte.de ele. li.
2 6.† Secundo præmitto,q dictio,tm̃.eſt excluſiua,vt no.C.de
pro.l.rationes.& l.obes.C. de prędijs mino. vnde ſi articulus
probandus continet factum qualificatum,& teſtis dicit ſe tm̃
ſcire,q ſit factum,& de qualitate nil dicit, vř dicere, q nihil
ſcit de qualitate,quia dictio, tm̃.in teſte eſt negatiua ſenſus,
3 & probationis.† Tertio pręmitto,q qñ manifeſtum probatur
per famam,ſi teſtis primo dixit ſe neſcire, an ſit manifeſtum.
Poſtea vero affirmat famam non corrigendo dictum ſuũ, nec
ipſum exponẽdo,intelligitur vacillare.ſecus ſi dicat,corrigo,
4 vel interpretor.vt no.in c.vl.de iureiu.li.6.† Quarto pręmit-
to,q niſi probetur quem vſurarium, non põt probari eũ ma-
nifeſtum.ff.de prob.l.ſi arbiter.niſi eſſet valde notoriũ, vt de
Albrico cognoſcente, & de Bonibello:fama.n.illorum auten
tica eſt,& p locum a nomine ſunt notorij.de iur.cal.c.cũ cau
ſam.per Inno.cum nec aliquis auderet teſtificare, nec ſentire
5 ꝯrium.† Quinto præmitto,q teſtes ſingulares non probãt cer
tum,& determinatum factum,vt no.C.de teſti.l.teſti.& ĩ ſpe.
6 de inquiſi.§.nunc videndum.† Sexto,præmitto,q p vnũ teſtẽ
de fama nõ probatur fama,nec indicium,& fortè ſemiplenè:
quia non inuenitur in iure ſemiplena ſemiplenę probationis,
7 nec ſemiplenum indiciũ,vt no.C.ſa.hęr.l.fi.† Septimo,& vl-
timo pmitto,q qñ ſtatutũ,vel conſtitutio dicit,q ſufficiat fa-
ma,non intelligitur de fama pſunctoria,& fortuitò nata, ſed
detrahente originẽ a cauſis, & cõiecturis certis,q̃ debeãt mo-
uere populũ ad ſic credendũ,vt no.Bar.de qõ.de mi.§.tormẽ
ta.in fi.& fuit antiquũ dictum,vt refert Ioã.An.& In.de ac.c.
cum oporteat.vbi ẽt dicit,q qñ fama eſt multum pręiudicia
lis,debet conſtare,q nata ſit a viris prouidis,diſcretis, & non
ſuſpectis:ſeu q apud eos vigeat credulitas diſcretorũ,eſt acce
ptatio,& prognoſticatio verorum.his ergo pmiſſis contẽpla-
8 tiuè ſingulorũ teſtium dicta cernamus.† Sciẽdũ eſt aũt, q oĩs
teſtis eſt ſingularis,qa vno ſpiritu,& vno ſenſu ꝯtinet,de vſu-
ca.l.rerũ mixtura.ſed nõ oĩs teſtis dř ſingularis, ſed ille dř ſin
gularis,q deponit de eo,qđ ipſe vnicus,& ſolus ſcit, & alius
9 neſcit:vel ſi ſcit,nõ deponit de eodẽ.† Itẽ idẽ dř dubius.ſ.idẽ
genere in hęreſi,ſi vnus dicit eũ hęreticũ,& alius dicit eum ſi
militer hęreticum:ſed in cã ſcientiæ vnus dicit, quia audiuit
eũ negantem incarnationem,alius reſurrectionem.dicit Iaco.
Bu.q probatř hęreſis in genere: quia conſonant in oĩ rei finẽ.
Alij aũt dicunt ꝯtriũ:quia iſti non pbant genus:niſi qa genus
repreſentatř in ſpecie.Sed iſtam ſpeciẽ nemo pbat,qa ſingula
ris.de hoc vero de teſtib.l.ob carmen.§.fi. Idẽ aũt ſpecie nõ p
batř,niſi p teſtes cõprehendentes notitiã rei eodẽ ſenſu,eodem
loco,eodẽ tpe ſine aliqua dfia, vt C.de te.l.teſtiũ.Videamus er
go teſtimonia.Primus teſtis.ſ.Fran.'a cenſu deponit de quodã
mercato in fraudẽ vſurarũ.ficta.n.cõmercia,ait lex,dãnamus
ne locum fraudib.relinquamus:de manifeſto aũt,& fama nil
deponit.& qa dicit ſe tm̃ ſcire,ſequitř,q vltra id, qđ deponit,
dicit ſe neſcire.ſecundus teſtis.ſ.Io.Marini deponit de quodã
alio facto tendente ad crimen vſurarũ,& q erat publica vox,
& fama,& cõis opinio,q d.Ioã.traficabat,& faciebat vſuras p
modum cambij ſiechi.hic eſt aduertendum,qa non dicit, q
erat publica vox,& fama,q eſſet vſurarius publicus,ſeu mani
feſtus:ſed q erat vſurarius: vñ per iſtã famã ſaltim coadiuua-
tiuè probatur,q erat vſurarius.ſed qa dicit ſe tm̃ ſcire,& non
dicit de manifeſto, vř ſeq, q p iſtam famã,q̃ põt eſſe ẽt de reb.
occultis,& ẽt de non veris,nõ probetur manifeſtum. ſic ergo
iura,quæ dicunt,q per alia indicia,& famam probatur mani
feſtum,debent intelligi,qñ fama eſt eſſe manifeſtum, non qñ
ſimpliciter vſurarium:quia fama de ſimplici non probat mix
tum,de quo fama nõ loquitur,nec teſtis loquitur.poſſibile.n.
eſt famam eſſe,qñ aliquis occulte, & coloratè ſolus cum ſolo
mutuat ad vſuras:& tñ nemo dicet hoc manifeſtum,q nõ po
teſt ſciri niſi p indicis ſubtilitatẽ, & ſcrupuloſam inquiſitio-
nẽ.de le.1.l.ſi ſeruus vetitus.C.de dolo.l.dolum.inſti. de ac.
§.curare.ſic licèt ſit fama,q aliqua ſit meretrix,nõ probatř per
hoc,q ſit publica meretrix,niſi palã q̃ſtum faciat: vt l.palam.
de ritu nuptiarum.Tertius teſtis.ſ.dñs Pucius ſacerdos pbat
10 confeſſionẽ.hic eſt aduertendũ, † qa cõſtitutio dicit,q cõfeſ
ſio facta corã ſacerdote faciat quem vſurarium manifeſtũ, tñ
non dicit,q ad hanc confeſſionẽ probãdã ſufficiat ſolus ſacer
dos.Imo dẽt iſta cõfeſſio probari ſecũdũ ius diuinũ,& huma-
num p duos conteſtes.C.de te.l.qm̃ Alberi.de ſucce.ab inte.
11 c.fi.de teſtibus.c.in noĩe dñi.& qđ no.fa.hæt.l.fi.† nec vale-
ret conſtitutio epiſcopi,ſi dictaret,q p vnũ teſtẽ tm̃ probetur
crimen,vel manifeſtum crimen,quia non eſt rationabilis.nec
tolerãda,maximè in grauibus cauſis: vt l.maritus.de q.5. diſ.
c.erit aũt lex.C.de off.pręf.pręto.l.normã.a ꝯtrio ſenſu. Erga

2 Fal. l. paterno. † Hic reuertor ad teſtm̄ Colæ, & ad primum pūctum, de quanto potuit liberè fieri tranſmiſſio per Ang. & dico, q de legitima ſi fecit inuentarium, quia eſt æris alieni loco, & de Trebellianica ſi fecit inuentarium ſecundum opi. approbatam per Cyn. in Authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. quam ſequitur Bar. in conſilijs ſuis. ille enim, qui non fecit inuentarium, præſumitur machinaſſe, & ſubtraxiſſe, ſi quis de bonis adminiſtrauit. in Auth. de hæ. & fal. §. ſancimus. & ideo indignus eſt beneficio. ff. ad l. Fal. l. hæreditatis. §. fin. ff. ad Trebel. l. Paulus. & licèt non inueniatur in Trebel. expreſſum ſtatutū, inuenitur expreſſa ratio ſtatuti. Bar. iñ. dicit, q indiſtinctè detrahitur Trebel. in l. Marcellus. §. quod autem. ad Treb. & facit differentiam, an Trebellianica prohibeatur Falcidiæ priuilegio voluntatis defuncti, & tunc idem in Treb. an ex alia cauſa, & tūc ſecus ſecundum Bar. ego dico, q delictum excludit Treb. & hic ſi non fit inuētarium, præſumitur delictū, vnde teneo opinionem quarundam gloſarum, quæ tenēt hoc & etiam Cyn. in addi. quas fecit ibi, dicen ēt, q ſumus in iure communi quo ad ſuccedendum Ang. ab inteſtato: quia ſtatuta ciuitatis non tangunt caſum noſtrum: Si autem eſſet minor, mulier, vel miles, in quo non præſumeretur delictū, tunc non ceſſaret Treb. non facto inuentario. alij dicunt indiſtinctè, q licèt non fiat inuentarium, non ceſſat Trebel. & iſta eſt opin. magis communis, quam tenuit Iaco. de Bel. diſputauit & Rodo. in libellis. & de conſuetudine magis obſeruatur, & minime ſunt mutanda &c. ſed de ſubtilitate iuris verius eſt, quod dixi. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peruſio vtriuſq; iuris docto. & ad fidem me ſubſcripſi. & ſigillo mei nominis ſig. vltra ſuperius dicta, ſi quis autem velit conſuetudinē defendere, poteſt hoc probare tali ratione: fideicōmiſſarius vniuerſalis poteſt compellere hæredem ad faciendū inuentariū, quia ad cauendum cum ſpecificatione rerum, vt C. vt in poſ. leg. l. cum archimedorum. ſi ergo hoc non fecit, imputet ſibi, nam culpa hæredis, & culpa fideicommiſſarij vniuerſalis cōpenſantur, immo maior eſt culpa eius, qui obtinet inſtar petitoris. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruus. §. ſequitur. & not. in l. ſi more. ſolu. mat. ſi autem requiſitus, quòd faceret inuentarium, noluit facere, tunc præſumatur ſubtraxiſſe, & occultaſſe. iſta materia eſt in opinionibus doctorum, & ideo quidam tenent vnum, quidam reliquum, & quicquid teneat, non poteſt conuinci de mendacio. Baldus.

CASVS.

Punctus, quidam Ciccheus Pet. Pau. dedit ad ecturam quandam ſuam aſinam cuidam Vannutio acócſeti cauſa vendi ſalem ad caſtrum Crenqueti de terra groſſeti: accidit, q cum dicta beſtia non poſſit attingere ad locum determinatum cum ſalina, dictus Vannucius dimiſit eam in itinere cuidam hoſpiti: & ſtetit per duos dies, antequàm rediret ad locum, in quo beſtiam dimiſerat, tandē rediens reperit eam mortuam. Modo quæritur, cuius ſit periculum, an locantis, an conductoris.

CONSILIVM CCCCIIII.

1 *Conductor equi an teneatur de morte equi.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † In iſto contractu celebrato gratia vtriuſque venit dolus lata culpa leuis, non leuiſſima, id eſt venit malitia, & ſtultitia, & neglecta cuſtodia, ſed non ſolicitiſſima diligentia, ſeu curioſitas nimia. ff. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. Vtrum iſte conductor nimis magno pondere, vel nimis longo itinere beſtiam fatigauerit: nam tunc tenetur. Item tenetur, ſi non cōmiſit eam bono cuſtodi: quia eſt in leui culpa. Item tenetur, ſi non adhibuit diligentiam, quam ſolet habere in rebus ſuis. ff. commo. l. in rebus. & d. §. nunc vidēdum. ſi aſina fuiſſet ſua, ipſe non ſtetiſſet duobus diebus ad videndum, quid eſſet de aſina ſua: ſed aliena non curauit & ſic tenetur, niſi eſſet naturaliter mortua. Ego Baldus.

Nota iſtud conſilium ſequens pro nutrice Guiglioti.

Conſilium ſe ſummat. 405.

In Chriſti Nomine Amen.

viſo teſtamento Mittæ, vel Rotæ quondam Maſſi de villa Popagij diſtrictus Sellani, in quo ſuos hæredes vniuerſales inſtituit Vannuciam, Dinitiam, Catharinam, & Vendrictiam ſuas filias, & ſi aliqua earum deceſſerit ſine filijs, q ſuccedat vna alteri. & ſi omnes deceſſerint ſine filijs, ſubſtituit eis Pet. Dominicum, Bellam eius fratres, & ſororem. Et præſuppoſito, q primo

primo deceſſerit Vannutia ſuperſtite vna filia legitima, & na-
turali, & poſtea deceſſerunt aliæ tres ſine filijs. Quęritur, vtrū
dicti ſubſtituti vocentur? Reſpondeo non vocari, nā filia Vā-
nutiæ, cuius teſtatrix volunt. teſtatricis. vt plenè no. Bar. ff. ad
Tre. de fideicōmiſ. l. cum acutiſſimi. de impu. & alijs ſubſti.
l. generaliter. de hær. inſti. l. Lucius. de condi. & de. l. cū auus.
Ius ergo legitimarum hæreditatū teſtatrix dictæ ſuæ nepti re-
ſeruaſſe videtur, & ideo tranſuerſales ſubſtitutos, & remotio-
res excludit. ff. de vulg. ſubſti. l. vel ſingulis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCVI.

*Subſtitutus pupillo datus per teſtatorem tutor, an poſſit eſ-
ſet tutor.*

In Chriſti Nomine Amen.

Viſo teſtō Vgutionis Franci. dñi Nimaldi, & inſpecta illa par-
ticula, in qua reliquit tutores ſuorum filiorum, & heredum
Ioannem, & Nimaldum cum pleno iure qui quidem Ioannes
deceſſit, & Nimaldus venit ætatis legitimæ. ſupereſt ēt quidā
alius filius nomine Farolſus, qui non eſt ætatis legitimę: dico,
ꝙ tam tutela, quàm educatio filiarū dicti teſtatoris pertinet,
cum ſint pupillæ, ad dictum Nimaldum: ſed dictus Nimal-
dus eſt perſona idonea ad regimen dictorum pupillorum, qa
niſi aliud coram iudice probetur, ſtandum eſt teſtamentū pa-
1 tris. † & quia licèt Nimal. ſit ſubſtitutus, tñ nimia ſanguinis
proximitas omnē ſuſpitionis ambiguitatē remouet. ff. vbi pu
pillus educ. debeat. l. 1. ff. de confir. tuto. l. in confirmando. C.
de excu. tut. l. humanitatis. ff. de ritu. nu. l. non ſolū. §. de vno.
Et ſic concludo, ꝙ tutela, & educatio dictorum pupillorum
pertinet ad Nimaldum, & ꝙ ipſe debet eos regere, & guberna
re, & maxime propter illa verba, pleno iure. quæ verba hunc
ſenſum comprobant. ſ. quòd patrimonij, & perſonæ guberna
culum pertineat ad eum, quem teſtator idoneum ad hæc om
nia reputauit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCVII.

1 *Statuta per ſuperiorem non confirmata in terris eccleſiæ non ligant.*

2 *Ciuitates, & populi, qui ſeſe regunt, poſſunt facere ſtatuta ſine autoritate ſuperioris.*

3 *Confirmatio ad bene placitum an finiatur morte.*

4 *Mulier, quæ prohibetur donare per ſtatutum, an prohibeatur donare filijs ſuis.*

5 *Statuta facere an poſſint illi, qui ſunt extra eccleſiam, & an habeant iuriſdictionem.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Præſupponendum eſt, ꝙ in terris eccleſiæ ſtatuta, quæ non
ſunt confirmata a ſuperiore, non ligant, nec ſeruanda ſunt, ſi-
cut nec conſtitutionibus eccleſiæ Romanæ continet, ꝙ qui-
dem &c. de iure cōi eſſe debent, & intelligūt legem oēs popu-
2 li. qñ interuenit confirmatio ſuperioris. & hæc Rota. Ma. † tñ
cōis opi. eſt, ꝙ ciuitates, & populi, qui ſeſe regunt, poſſunt ēt
ſine auctoritate ſuperioris proprijs morib. & ſtatu. viuere: qa
hanc iuriſditionem ſtatuendi habent, quia per legem ſcriptā:
Vnde fruſtra precib. impetrat, quod iure cōi conceditur, vt l. 1.
C. de theſa. de hoc ſat. no. in d. l. oēs populi. & ff. quod quiſq;
iur. l. 1. in prin. & in c. 1. de conſt. lib. 6. & in c. j. de iureiu. eo.
lib. niſi talia ſtatuta eſſent per ſuperiorem expreſſe reprobata,
vel malæ conſuetudines contrariæ legi cauſam dediſſent. ff.
de ſepul. vio. l. 3. §. diuus. vel niſi tangetur ius ſuperioris, extra
de iureiu. c. veniētes. C. de decur. l. vacuatis. Nam ſi vniuerſi-
tates pñt facere ſtatuta, ſi magiſtratus municipalis, & proce-
res populi eām approbant, vt l. 2. in fi. de conſti. pec. ergo for-
tius populus vniuerſus. ſed de hoc non eſt hic diſputandum,
qa ſecus eſt in terris eccleſiæ Romanæ immediatè ſubiectis:
quia omnis eorum ſtatus, & ſtatuta a ſuperiore dependent: &
niſi eorum ſtatuta a præſide prouinciæ confirment, non valēt
3 cum ſint contraria iuri cōi. † Videndū eſt igit, vtrū confirma
tio, & approbatio dictorū ſtatutorū ſit finita, vt ſic ex tpe poſt
vires non habeat, necne. Et ꝙ ſit finita, ſic apparet, dicta confir
matio fuit vſq; ad beneplacitum dñi Papæ legati, &c. Sed præ
dicti dñi mortui ſunt, & eorū beneplacitū eſt extinctū, ergo fi
nita eſt confirmatio. & licèt legiſtæ, & canoniſtæ olim de hoc
diſputauerint, hodie eſt expeditū per c. ſi gratioſe. de reſcri. li.
6. vbi plenè hoc examinat. & per Arch. 16. q. 2. c. ſtater. in fi.
magnæ gl. & de verb. ob. l. centeſimis. per Bart. de Papa enim,
qui tunc regnabat, & ſic de perſona, non de ſede verba debēt
intelligi. & ſic mortua pſona finita eſt confirmatio, vt l. 4. ff.
4 loc. & iſta eſt veritas. † Quapropter iſta donatio iure cōi cēſen
da eſt, vt ſi nōn excedit quingentos aureos, valeat ſine inſinua
tione, ſed ſi excedit, requiritur inſinuatio, aliàs nō valet in eo,
ꝙ excedit. C. de dona. l. ſcimus. præterea & ſi iſtud ſtatutū prę
ſupponatur valere, & durare, tñ iſta donatio, cum lata ſit in li
beros pietatis, rōne valet, quia non intelligitur mater prohi-
bita donare filijs. C. de impo. lucra. deſcri. l. 1. lib. 10. C. de fi-
deicommiſ. l. voluntas. Statutum enim emanauit propter mu
lierum fragilitatē, ſed iſta non ex fragilitate, ſed ex pietate mo
uetur, vt C. de capti. & poſtli. reuer. l. liber captus. Præterea con-
ſiderandū eſt, ꝙ cum præſentia, & conſenſu proximiorū con-
iunctorū mulier pōt donare ſecundū formam ſtatuti, ſed hic
proximiores conſenſerūt, & ipſe idē liberi donatarij, & quib.
donabat: hic enim non requirit conſenſus p modum autorita
tis pſtandæ, tunc enim non poſſet in re ſua, & in ꝯctu proprio
loco autoritatis, & ꝯſentis, ſed loco cōſentiētis bñ fungi pōt.
& ſic non ob. l. 1. in fi. ff. de aut. tut. & eſt rō, qa iſti ſunt proxi-
miores, & ſic nulli alij hñt ius conſentiendi, nec cām rōnabi-
lē, niſi iſti. Vnde iſta donatio valet, vel qa proximiores conſen
tiunt, vel quia non habet alios, quorū conſenſus debeat requi
ri, cum alij ſint remotiores, de quib. ſtatutū nō loquit. aliàs ſe
queret abſurdum, quia mulier ſuis filijs donare nihil poſſet,
qđ eſſet iniquiſſimum, vt inſti. de l. fuſia caninia. Quòd etiam
dicta confirmatio priuilegij inſtar obtinet, tñ confirmat ſtatu
tum ꝯ ius cōe factum, vt C. de contrah. ſti. l. dudū. & C. de do
na. l. ſi a ma. ſed certū eſt, ꝙ rebelles eccleſiæ reincidunt in cri
men lęſæ maieſtatis, & ipſo facto pdunt oīa priuilegia, & oīa
beneficia, & oēm iuriſdictionem, vt in c. ad apoſtolicę. §. nos
5 itaq;. de re iud. li. 6. † Statuta igitur ſchiſmaticorum, quoniā
ſunt extra eccleſiam, non debent per eccleſiam tueri, vt in Au
then. de pri. dotis hæreticorū mulierib. non præſtandis. in ru-
bro, & nigro. apud ſchiſmaticos nulla iuriſdictio eſt habitu,
licèt actu, & de facto, & tyrannide vtantur. Vnde ſtatuta, quæ
a iuriſdictione habitu ſuſtentantur, apud eos non ſunt, 8. diſ.
c. quo iure. & C. de ſacroſan. ecc. l. decernimus. quia extra ec-
cleſiam nulla iuriſdictio licitè poſſidetur per rebelles. C. de
Iudæis. l. fi. & no. per doc. extra de voto. c. ꝙ ſup dubiū. tñ poſ
ſet eſſe, ꝙ valeret, quod nurus donauit ſocero, vel reſpondet,
ꝙ matrimonium erat ſolutum. Item quia donauit pro filijs,
non vt ſocero acquireretur. & iſte paſſus expeditur. C. de do-
na. inter vir. & vxo. in l. ſi conſtante. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCVIII.

1 *Subſtitutio facta per verbum, quandocunque. an omni tempore ſit fideicommiſſa. etiā ſi euaneſcat, cum hæreditas non poſſit adiri per inſtitutum, an vero ſit compendioſa.*

In Chriſti Nomine Amen.

Factum tale eſt: Nicolutius Andreæ Bilacque de ſancto Seue
ri. ſuum condidit teſtm̄, in quo hæredem vniuerſalē inſtituit
Nicolaum ſuū filium, & poſthumū naſciturum: & talē fecit
ſubſtitutionem, videlicet. Et ſi oēs filij tā nati, q̄ naſcituri de-
ceſſerint qñcunq; ſine filijs legitimis, ſubſtituit dñam Cathe
linā eius vxorem. Tandem deceſſit dictus Nic. filius ſuperſti-
te d. Nicolutio eius patre: deinde poſt aliquos annos deceſſit
d. Nicolutius pater. Idemq; teſtator ſuperſtite dicta Catheli-
1 na eius vxore, & mre quondam dicti Nicolai. † Quærit, vtrū
morte dicti Nicolai dictum teſtm̄ ſit ruptū, an vero ſit locus
ſubſtitutioni, ita ꝙ dicta Cathelina ex ſubſtitutione ſuccedat
excluſis his, qui aliàs ſuccederent ab inteſtato? & vr, ꝙ dictum
teſtamentum ſit in cauſa caduci. C. de cad. to. §. pro ſecundo.
vnde nihil eſt, qđ de ſubſtitutione quęri poſſit. ff. de capti. l. ꝙ
ſi filius. ff. vul. ſub. l. lex Cornelia. præterea dicta ſubſtitutio cē
ſetur omni tpe fideicōmiſſaria, vt no. C. de impu. & al. ſubſ. l.
precib. Vnde euaneſcat, ſi hæreditas per inſtitutū adiri nō po-
tuerit: vt C. de fideic. l. eam, quā. in ꝯtrium eſt ipſa veritas, nam
dicta

dicta ſubſtitutio fuit compendioſa: & ideo mortuo filio viuo teſtatore continet in ſe vulgariter: quia alio modo valere non põt: vt no. Cy. in l. precib. & Bar. in l. Centurio. & hoc ſine dicta ſubſtitutio fiat iã nato, ſine poſthumo. ſiue vtriq;, vt probatur. ff. de ven. inſpi. l. pe. ff. de le. 1. l. ab hæredita. C. de inſti. & ſubſti. l. fi. non ob. glo. l. precibus. quia illa glo. loquitur, qñ filius deceſſit adita hæreditate, & ſic ſubſtitutio poteſt valere iure fideicõmiſſi. hic aũt deceſſit viuo teſtatore. Item non ob. l. q. ſi filius. quia ibi loquitur de mera pupillari: hic vero loquimur de compendioſa: & ideo dico, q. iſta mater directo ſuccedit ex vulgari ſubſtitutione excluſa cauſa inteſtati. & hoc verum, ſi apparet de teſtamento per inſtrumentũ, vel per ſeptem teſtes rogatos. Examinentur ergo teſtes, & facta probatione ſententia debet in totum ferri pro dicta Catharina matre ſubſtituta, & iſti teſtes examinari debent ad æternã rei memoriam. & facit ad hoc quod expreſſe no. C. de edi. diui adri. l. edicto. in glo. ordina. Ego Baldus.

C A S V S.

Punctus talis eſt, Quidam Margaritus exiſtẽs in poſſeſſione iuris patrona. cuiuſdam hoſpitalis, & capellæ in ſimul cõſtructorum deceſſit ab inteſtato. ſer Ioannes proximior coniunctus dicti Margariti ipſius adijt hæreditatem vniuerſalem. Nunc quæritur, vtrum dictum ius patronatus tranſeat in dictum ſer Ioannem hæredem prædictũ cum vniuerſitate hær. Secundus punctus eſt, quoddam hoſpitale, quod habet duos diuerſos patronos, vnum in duas voces alium in vnam, deſtruitur caſu neceſſario, non malitioſè: & aliud conſtruitur in alio loco, & ex alia materia, & in alia forma: eodem tñ nomine cenſetur, quo prius: & inchoat, & fundatur de bonis hoſpitalis deſtructi: completur, & ædificatur de bonis relictis hoſpitali nouiter fundato: quæ bona nouo hoſpitali relicta in tãtum multiplicata ſunt, q. ſunt plura, & maiora, quã ſint bona hoſpitalis deſtructi, q̃ ad nouũ hoſpitale ſunt delata. Nunc quæritur, vtrum iura patronum, quæ fuerant in hoſpitali deſtructo, tranſeant, & ſint in hoſpitali nouiter cõſtructo, vt præmittitur, vel perierunt in totum? Item cũ nouum hoſpitale fundatum, & conſtructum fuerit, & ſit ſuper ſolo proprio præfati Margario de licentia diœceſani. quæritur, vtrum dicto Margarito domino ſoli, & ſuo vniuerſali hæredi competat ius patronatus ratione ſoli.

C O N S I L I V M CCCCIX.

1 *Ius patronatus eccleſiæ tranſit ad quoſcunque hæredes vniuerſales.*

2 *Iura, quæ fuerunt in hoſpitali deſtructo; an tranſeant in eum qui fecit illud reficere, ſeu readificare, & an ei acquiratur ius patronatus.*

3 *Patronus alius addi an poſſit ratione augmenti bonorum.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Circa primũ punctum dicendum eſt, q. ius patronatus eccleſiæ tranſit non ſolũ ad ſolos hæredes ſanguinis, ſed ẽt ad quoſcunque alios hæredes vniuerſales: quia tranſit cũ vniuerſitate, vt legitur, & nota in c. ad audientiam. de iure patro. per Inno. Nam qui ſuccedit in alijs bonis, vniuerſaliter ſuccedit in iure patron. vt no. 16. q. 7. c. piæ mentis &c. filijs. Et hoc ius vniuerſitati cohærens, & cum vniuerſitate tranſiens, vt no. ff. de acqui. re. do. l. quædam. de re iud. c. cum Bertol. de contrahen. emp. l. in modicis. ff. ad Tre. l. quia per inde. Et hoc de pri-
2 mo puncto: quia talis eſt natura eius. † Super ſecundo pũcto dicendum eſt ſecundum Ioan. q. aut primus erat patronus rõne fundi, in quo erat conſtructa eccleſia, vel hoſpitale, & tunc ſi locus mutatur, ius patro. extinguit(pro quo facit. ff. de aqua quoti. l. hoc iure. §. ſi aqua. & ff. quẽad. ſer. amit. l. ſi locus. vbi ita demum ſeruitus redit, ſi locus redit ad præſtitum ſtatum, in quem redire non põt, loco, & forma deſtructis, ff. de ſolu. l. quæ res. §. aream. Aut quis erat patronus rõne donationis: & tunc ita eſt patronus in loco ſequenti, ſicut in præcedenti. Et eſt rõ: qa dos ſequitur locum ſubrogatũ ſecũdũ Ioan. ad hoc facit. ff. de cond. & de. l. filiæ. §. a Titia. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi donante. §. ſi ſponſus. Si igitur primum hoſpitale trãſiuit in ſecundum cum ſua dote, primi patroni in duas voces habent duas voces, & vnus in vnam vocem. Et hoc verum, ſi autoritate diœceſani eſt facta iſta tranſlatio, ita q. hoſpitale ſit ſolẽniter conſtructum, vt extra de relig. do. c. de xenodochijs. & no. per Hoſt. in ſum. de eccleſijs ædifican. & no. in c. per literas. de præb. in cle. Dico ergo in caſu noſtro, q. voces prædictorum remanent firmæ. † Super tertio puncto dico, q. non eſt
3 nouũ, q. plures, & plurimi ſint patroni vnus, vel plures a principio, & poſtea alius eis addatur ex cauſa generante ius patronatus, ſicut eſt fundus, in quo eſt fundatio ſecunda in ordine fundamenti: ſicut eſt hic. & licèt aliàs præcedat fundus iſte tã quàm rei principium, & cauſa finalis totius in origine iuris conſequendi, hic ſequit: ſed non eſt ius, qa propter nouũ fundum iſte eſt aliorum compatronus, quia fundus, & dos æquiparantur. facit quod no. Hoſt. in ſum. de iure patrona. §. ex quibus. & §. qualiter. & ibi allegantur iura, quæ expediunt allegari. & per Arch. in c. 1. de iure patro. lib. 6. cum ſi. Ego Bald.

C O N S I L I V M CCCCX.

1 *Receptione an teneatur, & puniatur ille, qui recepit, tenuit, & contractauit quaſdã res, quas ex poſt facto furatas fuiſſe ſciuerit. & nu. 5. & 10.*

2 *Clericus accuſatus de crimine coram iudice ſeculari an poterit variare coram iudice eccleſiaſtico. & nu. 3.*

4 *Socius quando dicatur committere furtum rei communis.*

6 *Voluntas bona, & intentio excludunt omnem reatum.*

7 *Quando præſumptio eſt pro reſpondente, præſumitur pro ſua reſponſione.*

8 *Confitens articulum receptationis an videatur confiteri dolum, & ſcientiam rerum furtiuarum.*

9 *Bona fama vn co maleficio denigratur.*

In Chriſti Nomine Amen.

In cã, & q̃one Antonij de Oldegradis mihi cõmiſſa per dñm meum do. Pau. epiſcopũ emon. vicariũ reuerẽdiſſimi in Chriſto patris, & dñi dñi epiſcopi caſtellani. Diuidenda ſunt acta ex quib. ius condẽnandi orit, vel abſoluendi in tres partes. Primo nãq; diuidendũ eſt, quid reo obijcit: vt ff. de adul. l. denũtiaſſe. §. quid tñ. Secundo de quo reus conuincit, vt C. quoi ũ ap. reci. nõ. l. obſeruare. Tertio, qd ad rei excuſationẽ, & in-
1 purgationem affert, vt ff. de pub. iud. l. qui reus. † Obijcit itaque ſibi, q. ſcienter recepit, tenuit, & contractauit quaſdã res furatas de volta habitationis Nico. Mengoſi contratæ ſancti Bartholomæi de Venetijs ſitam in dictã contrata, quæ res pertinere dicuntur ad cõem ſocietatem ſer Nicolai Quarterio, & dicti Nico. Mengoſi, & q. dictas res dictus An. recipit a dicto Nico. Mengoſi, qui ruperat murũ dictæ voltæ, & inde res prædictas extraxerat, & poſtea ad dictum Nico. portauerat, vt teneret, & conſeruaret dictas res ad petitionem dicti Nico. Mẽgoſi, vt prædicitur eſtractoris. Certum autem, q. iſta inquiſitio concludit ex ſui tenore, q. receptatio, & cõtractatio, & dolus obijcitur Antonio: vbi enim dolus, ibi maleficiũ, & atrox maleficiũ, vt ff. de re. iu. l. ad ea. & no. ff. de compen. l. ſi ambo. & l. ſi quid a fideiuſſore. & ff. depoſiti. l. 1. §. ſi apud. & l. j. & l. nõ ſolum. §. ſi. de alie. iud. ff. de ac. & ob. l. ex maleficijs. Contractatio etiam rei alienæ iure naturali prohibita eſt inuito domino, vt inſti. de oblig. ex maleficio. §. 1. & ff. de fur. l. 1. §. fin. Et ſtatu. eſt, vt receptatores perinde puniantur vt latrones, vt ff. de receptatoribus. l. 1. Et ſiue dicas receptatorem eſſe furẽ ſecundo, ſiue ſuo nomine eum voces receptatorem, non eſt vis, nam puniendum eſt crimẽ, quod ex ſcriptura legis deſcẽditur, vt ff ad l. Iul. mate. l. famoſi. & ideo dicta inquiſitio continet omnia, quæ ſunt de ſubſtantia formæ inquiſitionis, & huiuſcemodi maleficij. & ſic ſum expeditus de primo. ſ. de eo, q. reo obijcitur. Sed quia non ſtatim, q. quis eſt accuſatus, vel inquiſitus ideo præſumitur culpabilis, niſi probetur, vt le-
2 gitur, & not. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. † Ideo venio ad ſecundum examinandum. ſ. de quo iſte Anto. inquiſitus conuincitur, vtrum. ſ. vincatur de crimine intentato, vel non. & certũ eſt, q. per acta in curia ſeculari iſte clericus non dr̃ conuictus, vt extra de indi. c. at ſi clerici. vnde licitum eſt ſibi variare, ex quo non tenet confeſſio, vt no. Gul. de Cu. in l. qui in. de arbitris.

arbitris. licèt Inn. dicat, ꝙ epiſcopus debet cogere eũ, per qđ
dixit, verius eſt, vt in Auth. de ſan. epi. §. ſi vero crimen. vt no.
per Bar. in l. diuus. ff. de cu. reo. vel dic, ꝙ Inn. dicit, videlicet,
ſi epiſcopo vř attentis indicijs: aliter ſecus. ff. de quæſtionib.
l. milites. §. oportet. & maximè in caſu noſtro, quia iſte Anto.
fuit confeſſus coram iudice ſeculari per torturam illegitimè
factam: quo ad iotum dico, non quo ad torquentes, qui igno-
rabant eum clericum. ff. loc. l. ſi quis ignorans. quolibet tñ ca
ſu lex annihilat iniuſtam confeſſionem. vt ff. de quæſtio. l. ma-
ritus. ideo non eſt hic attendendum, quid fuerit confeſſatum
coram iudice ſeculari, vt illud conſideremus tanq̃ fundamẽ-
tum, ſeu argumentũ ad inſtructionem epiſcopi fundandã: ſic ſe-
cundum Inn. attendens vero, ꝙ fuerit confeſſatũ corã epiſco-
po, cuius proceſſus eſt ſolennis, vt extra de accu. c. qualiter, &
qñ. & extra de ſimonia. c. licèt Hely. Et multo fortius ſi coram
vtroq; idem eſt confeſſus: quia ex perſeuerantia apparet veri-
tas confeſſata. Et ita hic præſuppono, quia ita eſt verũ, & ma-
ximè conſiderata curia Venetorum, quæ fulget iudicij ſancti
3 tate, & claritate. † Diſcutiamus ergo, an per confeſſata coram
epiſcopo ſit proba. maleficij, vel indicium, ita quòd per tortu
ram ſit veritas eruenda, ſicut fit in maleficijs atrocibus, & præ
ſertim clandeſtinis, in quibus eſt difficilior probatio. vt ff. de
quæſtio. l. de minore. §. tormenta. & l. edictum diui. Et arguo
ad vtranque partem. Et primo ꝙ maleficium ſit plenè proba-
tum: nam certum eſt, ꝙ per confeſſionem in iudicio ſponte fa
ctam plenè probatur maleficium, etiã ſi nullum præcedat in-
dicium, vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quis in hoc genus ibi coniun-
ctos, ſiue confeſſos. nam iſta dictio alternatiua. ſiue oſtẽdit al-
terum ſufficere, vt ff. de custo. reo. l. confeſſus. & C. de custo.
reo. l. 2. & extra de appel. c. Romana. lib. 6. vbi de hoc plenè
no. & in c. 1. de accu. eo. lib. & 2. q. 1. c. nos in quenquàm. pri
ma confeſſio ſaltim valet ad torturam, vt not. Inno. de confeſ.
c. cum ſuper. patebit hoc in l. capite. 5. de adulter. ff. de ædil.
edi. l. quæro. §. fin. & not. ff. de infami. l. ictus. & extra de accu.
c. cum dilectus. præterea in maleficijs, quæ iure naturali ſunt
prohibita, ſemper præſumimus deteriorem partem. i. dolum
adeſſe, & non abeſſe. C. de iniur. l. ſi non conuicij. in contra-
rium videtur, ꝙ cõtra iſtum Antonium nil ſit probatum, vel
confeſſatum, quod concludenter inducat, vel præſumi faciat
4 delictum intentatum eſſe veritate munitum. † Et ad euiden-
tiam præmitto, ꝙ licèt ſocius ſocio furtum rei cõis facere non
debeat: vt ff. de fur. l. ſi ſocius. & ff. pro ſoci. l. merito. & ꝙ res
emptæ per vnum ex ſocijs cõi nomine ſtatim fiãt cões: vt no.
in l. 1. ſuper verbo, vniuerſæ. ff. de vſuc. l. pro dote. tamẽ iſtud
eſt verum, ſi ſocius hoc fecit celandi animo: ſed donec ita ſo-
cij ceſſet, & ne vim ab eo patiatur. textus eſt ad literam. cum
glo. ſua. ff. de furtis. l. qui vas. §. qui ex voluntate. hoc etiã ſua-
det ratio, & iuſtitia naturalis, quia non debet quis expectare,
ꝙ alter ſocius ei vim inferat, & ſpoliet re cõi: & ideo res cões
poteſt redigere in tutum, ſicut poſſet quando vellet eas ſaluas
facere a quocunq; alio latrone. Et iſtud nõ eſt furtum, ſed cau
tela. ff. de ædil. edicto. l. quis ſit fugitiuus. §. ſi aũt. Et maximè
hoc eſt licitum in via conſcientiæ: vt no. Inn. extra de immu.
eccle. in c. quia pleriq;. nec aggrauat factum fractura voltæ,
vel oſtij, nam hoc eſt licitum cauſa ſaluandi res ſuas ei, qui ha
bet detentionem domus, vt plenè no. Inn. extra de immu. ec-
cle. c. 5. præterea non eſt curandum factum, ſed cauſa facien-
di: vt ff. de furtis. l. verum. Sed cauſa fuit hic, non vt lucrum
faceret, ſed ne damnum per iniuriam ſocij incurreret. præte-
rea lex eſt expreſſa, ꝙ ille, qui res deſcribit, & conſignat, vt do
mino reddat, non facit furtum: quia non habet animũ interci
piendi quicquàm, niſi poſtea mutato propoſito res celaret, vt
ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum. ver. pleriq;. Et licèt indicat,
quãdo ignorat dñm, tñ idem ſi ſcire incipiat, vt in ſequẽti ver
ſiculo. Et ideo Nicolaus Mengoſi re vera non fecit furtum: &
maximè propter cõmiſſam ſupra, adminiſtrationem per con-
tractum ſocietatis, quæ ei inuito non poterat auferri: vt C. de
pig. l. 3. & ff. de fur. l. cum creditor rem. Cuius innocentia An
tonium quoq; reddit inſontem: quia in maleficijs realibus ſi
non deliquit principalis, non deliquit acceſſorius, vt no. ff. de
iuriſdi. om. iudi. l. ſi quis id, quod. §. fi. & ff. de fur. l. ſi is, qui. §.
ſi in Titium. præterea qualibet occaſio excuſat a furto, vt ff.
de abigeis. l. 1. in fi. & eſt credibilis iſta veritas: quoniam licèt
audiẽ. ſecerit, tñ ſe iuſte facere poſſe credit. C. ad l. Flauiã de
plag. l. ſi plagij. & l. præſes. Inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum. de fur
tis. l. Inter omnes. §. rectè. tamẽ poſito, ꝙ deliquiſſet Nicolaus
Mengoſi, quæ non commendo, qui & ſi non malo animo, tñ
exemplo: vt ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. tñ
5 non eſt fur. † Porrò tñ non deliquit Antonius aliquo modo,
nec aliquod ẽt minimum indicium eſt probatum contra An
tonium, ꝙ dolum includat, vel præſumi faciat. dicit lex, ꝙ ſi
latro ſpolia, quæ mihi abſtulit, depoſuit apud Seyum inſciũ
de malitia deponentis, ꝙ eadem ſpolia tenetur, & debet red-
dere latroni: niſi eum in iudicio conuincã. ff. depoſiti. l. bona
fides. Item dicit lex io commodatario. ff. cõmodati. l. ita vt ſi
fur. & in nau. ca. ſta. vt ff. furti aduerſus nautas. l. 1. §. ꝙ ſi rece
pit. coniuncta. l. itaq; fullo. in prin. ff. de fur. quam enim mate
riam peccandi dedit iſte Anto. Nicolao Mengoſi furandi, vel
ſubripiendi certè nullam, immo dedit ei ſanius conſilium, &
magis tutum, bonũ, & amicabile. quia in re dubia tutius eſt
abſtinere, de ritu nup. l. adoptiuus. §. 1: Rurſus iſti Anto. bene
res fuerunt traditæ in cuſtodiam, ſed non apparet, ꝙ ſciuerit,
ꝙ iſta corpora admota eſſent illicitè, vel per effracturam aliq̃.
nec cõſtitit ei, quid, vel quale, vel cuius, vel vñ: & licèt ſciuiſ
ſet poſt ea ex interuallo tẽporis, nihil ad rumbũ: quia obliga-
tus eſt iam ex contractu ad reſtituendum deponenti: quæ ob
ligatio excuſat eũ a maleficio. Item initium poſſeſſionis, ſeu
detentionis conſiderandum eſt, ꝙ fuit ſine vitio. ff. de acqui.
poſ. l. clã poſſidere. in prin. & C. de vſuc. transfor. l. 1. §. tantũ-
modo. Item ex perſonis hominum tã dicta, q̃ facta penſamus.
C. ſi quis Imperatoris maledixerit. l. 1. Et multum prodeſt ho
mini bona fama ad excludendas præſumptiones delictorum,
& maximè enormium. ff. de re mi. l. non omnes. §. a Barbaris.
quia bona fama eſt quædam lex, quæ oſtendit hoĩs qualitate:
vt ff. de quæſtionib. l. de minore. §. tormenta. Ex his omnibus
concludo viſis, & penſatis actis dictum Anto. eſſe ſententiali
ter abſoluendum. non ob. ſi dicatur iſte Anto. præſciuit ani-
mum Nicolai: vt ff. de exce. doli. l. apud Celſum. in princ. & l.
Fulcinius. §. animus enim. quibus ex cauſis in poſ. eatur. quia
qua mente aliquid dicatur, animaduerti conuenit. ff. ad exhi.
l. pe. Et quia non loquitur ex dicto factum, nam ſæpe plus co-
gitat quis facere, quàm faciat: & plus dicit, quàm efficiat, vt
notatur. C. de contrah. emp. l. in ementis. Item iuſta eſt igno-
rãtia in facto alieno, vt l. ſi pro ſuo. niſi eſſet notorium: vt no.
in l. 1. ff. de recepta. & C. de peri. tut. l. ſi tutor. Itẽ excuſatur a
dolo, qui iuris apices igno. vt C. de his, qui ſibi aſcribunt. l. ſe
natus. Et plus dico, ꝙ ſi plenè ſciſſet factum, tñ recipiẽdo res,
vt ſoluas utrique parti faciat, non facit furtum, nec commit-
tit dolũ malũ. & qa fuit act. de re ſernãda, & ſaluãda vtriq; ſo
ciorum, nulla ſpẽs delicti eſt hic: vt notatur. C. ad exhi. l. ſi res
tutio. Vbi intentio non fuit mala, quæ humano operi nomen
imponere conſueuit, ſicuti ſi quis mandato vnius ſocij gerat
6 negocia totius ſocietatis. † Itemq; omnem reatum bona volũ
tas excludit: & intentio viuificat opus, ſicut anima corpus.
quòd autem hæc res non eſt adhuc plenè diſcuſſa per reſpon
ſiones ad contraria, aliquid recepilogo figens intuitum ſuper
proceſſu. dicit namque articulus 15. de prædictione: & eſt ar
ticulus confeſſatus qualificato tanmmmodo, videlicet quòd
7 diſſuaſit. † Quæritur ergo, vtrum in hoc, quòd diſſuaſerit, ſtã
dum ſit reſponſioni. & videtur, quòd non, quia non creditur
alicui pro ſe. Contrarium dico, quia quando præſumptio eſt
pro reſpondente, præſumitur pro ſua reſponſione. ſed hic præ
ſumptio eſt pro ipſo: quia nemo præſumitur malum conſi-
liũ dare, ſed aut bonũ, aut nullũ, ut ff. de prob. l. quo. §. qui do
8 lo. & l. fin. C. ad l. iul. repe. † Item dicit articulus 12. de rece-
ptione rerum, iſte articulus eſt confeſſatus. Quæritur, utrum
ſit confeſſatus dolus, vel ſcientia effracturæ. reſpondeo, non,
quia dolus ex ſcientia non continetur in articulo, ergo nec re
ſponſione, quia talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demon-
ſtrant. ff. de interrog. actio. l. ſi defenſor. §. 1. Iſtud etiam euidẽ
ter patet per articulum ſequẽtem, quo cauetur, ꝙ de effractu-
ra fuit certioratus die ſequenti, & non per prius, præceſſit igi
tur factũ depoſitionis ſcientiam Antonij. ut apparet ex ordi-
ne capitulorũ diſtinguentium tempora vſq; in hanc diem, de
qua

quæ dicit articulus 13. inſons vt ſuiſſe Anto. & not. illum 3.
arti. Antu. confitetur de ſubſequenti ſcientia fracturæ, perue-
nit igitur fractura ad eius notitiam. & ſta hic, & cōſidera. poſt
hæc dictus Anto. acceſſit ad domum Philippi, & extraxit cer
tas res, vt dicit arti. 27. cauſa vendēdi, & pretium in ſuam vti
litatem conuertendi, quem articulum confitetur Anto. tñ di
cit id ſe feciſſe ex cauſa. ſ. de licentia, & quia creditor. hic eſt
aduertendum, & durius, q ſi contra Antu. eſt hoc, nam poſtq̃
ſciuit rem alienā, vt dr, furtiuā, non debuit eā amouere de lo-
co ad locū, cum hoc modo fiat furtū. Itē in contingentib. poſt
ſcientiam ignorantia præterita non opitulat. C. de inceſt. nu.
l. ſi quis ancillā. extra de conſti. c. nam concupiſcentiā. Itē fe-
cit hoc animo lucrandi ex re aliena. qūn ergo in iſto pōt eſſe
animus niſi in alijs, & nulla tranſmenſatione paliabilis. Præte
rea non præſumit, q habuerit licētiam. Itē debebat ſcire, q ta
lis licentia non poterat dari ſuper re aliena in totum, vel pro
maiori parte, & quæ durabat aliena, vt ff. de fur. l. interdum.
§. qui furem. ff. de condi. ob cām. l. pe. melius de contrah. em.
l. ſi in emp. §. item ſi emptor. nec ammodo pōt dicere, q ſe vo-
lebā cōſeruare ſocietati, cū vt apparet, immo volebat vendere
pro ſe. ff. de neg. geſ. l. ſi pupilli. §. 2. ibi, ſuo commodo ſtudet.
ergo iſtud ſolum ſufficit ad condemnationem Antonij. Item
fundata eſt intentio, quia depoſitarius vendēdo facit furtum,
vt ff. de furtis. l. in faciendo. in priu. nec palliatur delic. ex eo,
q depoſuerit apud alterum, immo geminatur, ſeu auget: qa
plures matriculantur ex eo, vt ff. de infa. l. athletas. §. pompo.
9 † Nec iuuat Antonium bona fama: quia vnico maleficiu deni
gratur, quicquid boni operis homo feciſſet in mundo. C. vbi
ſenatores, vel clariſſimi. l. 1. & in c. deficiat peccator. bona nā
que fama tanquàm nuda coniectura in incertis, non certis lo
cum habet. ff. de verbo. obl. l. continuus. §. cum ita. ſicut dici-
10 mus de rumo. ff. de hære. inſti. l. fi. † Sed his omnibus conſide
ratis non recedo ab eo, quod dixi Antonium abſoluendum.
nam non eſt in dolo, qui bonam fidem iure, & vigore contra-
ctus exequitur: ſed iſte Anto. ante ſcientiam præſenſæ depro-
dationis depoſitum recepit ea ſimplicitate, & bona præſum-
ptione, quam debet mercator bonus mercatori fideli: quod
præſumitur in mercatore diu ex experimento conſidato, vt ff.
commo. l. argen. Ex quo depoſito tenebatur ad cuſtodiam, &
ex debito cuſtodiæ tenebat habere res apud ſe, vel apud aliū
fidum, non obſtante ſuperueniente ſcientia nedū rei alienæ,
ſed cauſæ furtiuæ. vt ff. depo. l. 1. §. ſi præſto. facit quod no. ff.
de fur. l. ancillæ. cum ſua materia, & l. in ciuile. cum ſi. Et im-
poſſibile eſt, q quis ſimul bonam fidem debita tūne contra-
ctus exerceat, & furtum committat, immo ſuppoſita baſe bo
næ fidei exulat omnis dolus, & econtra. C. de ſur. l. 1. & l. an-
cillam. pro ſuo. & optime facit. ff. de ſeruo corrupto. l. doli ver
bum. & ſic reſtat Ant. abſoluendū. propter iuſtū enim rei ini-
tium quo ad dictum An. iuſtè cōcludi pro eo, vt expreſsè no.
ff. de alie. iudi. l. item. in prin. in glo. neceſſe eſt. Ego Baldus.

C A S V S.

In nomine Domini amē. Factum tale eſt, Quædam filia vo-
cata Ioanna Andreutij Bentinenghæ Piſanelli dotata a dicto
Andreutio ſuo patre in ſua vltima voluntate deceſſit ſuperſti
tib. ſibi Cola Piſanelli ſuo patruo Magno, & Piſo, & Lello filijs
Ianuarij Piſanelli alteri patrui magni & auia materna, & auia
paterna. Modo quæritur viſo ſtatuto communis Peruſij, ad
quem, vel ad quos pertineat hæreditas dictæ filiæ Andreutij.

C O N S I L I V M CCCCXI.

1 *Statutum, quòd patruus veniat cum matre, trahitur etiam ad aui.ae.*

2 *Appellatione patrui an contineatur patruus magnus.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Cōſiderato, q ſtatutū diſponit de concurrentia. ſ. q patruus
veniat ad hæreditatem cum matre hoc modo, videlicet quòd
patruus ſuccedat in reliquis bonis, & iuribus in legitima, di-
co tale ſtatutum etiam ad auias trahi, vt no. C. ad Tertul. Au-
then. defuncto. immo dixerūt quidam malè, q ille, qui ſūcit,
quod pertinet matri, excludit auiam in totum, ſed veritas eſt,
q auia ſuccedit loco matris, & eodem iure cēſet, vt ibi plene
2 no. † Sed dubitatio eſt, vtrum appellatione patrui continetur
patruus magnus: hæc enim adiectio, magnus. facit differre
ſimpliciter dictum a dicto qualificato, vt l. iuriſconſultus. de
gradi. ſicut cum dico frater, intelligo de carnali, nō de patrue
le, vel conſobrino, vt dicta Auth. defuncto. Super hoc dico,
q aut extat talis perſona, quæ ex præſumpta voluntate defun
cti rationabili excludat patruum magnum: puta deceſſit pa-
truus proximus, & in eius locum ſucceſſit patruus magnus,
ſicut eſt in caſu noſtro tunc cōſiderato, quod finalis rō iſtius
ſtatuti fauorabilis verificatur etiam in patruo magno. vt l. 1.
de ven. inſpi. puto etiam patruum magnum ad beneficiū ſta-
tuti peruenire, Iſtud enim ſtatutum non eſt odioſum, ex quo
reſeruat legitimam matri: & idem in auia intelligendum eſt.
vnde iſtud ſtatutum non eſt de excluſione ſimpliciter, ſed de
quadam concurrētia. Et idem dicerem, ſi teſtator diceret, Itē
lego patruis meis 10. nam ſi haberet patruos immediatos, il-
li venirent, ſed illis non exiſtentibus venirent patrui magni.
Iſta enim nomina indefinita, vel collectiua intelliguntur ſecū
dum ordinem iuſtitiæ, affectionis, vel naturæ. eſt verum, q in
materia iſta multa poſſunt allegari, & maxime no. per Cyn. in
l. 1. quæ ſit longa conſue. quæ non proſequor, non ita dicerē,
ſi ſtatutum eſſet apertè iniquum, vt quia diceret, q exiſtente
patruo filia non ſuccedat: quia tunc vt odium reſtringatur, in
telligerem de patruo primo, non de patruo magno, arg. de li-
be. & poſthu. l. cum quidam. licèt etiam in hoc caſu quidam
magnus doctor pro patruo magno conſuluerit. Ego Baldus.

C O N S I L I V M CCCCXII.

1 *Condemnatio ex maleficio ſoluta per vnum ex fratribus in cō munione ſtantibus an in partem condemnati ſolum imputari debeat.*

2 *Fructus prouenti ex dote an debeāt cōmunicare inter fratres.*

3 *Expenſæ factæ in vtilit. communem an poſſint repeti per vnū ex fratribus ſtantibus in communione.*

4 *Expenſæ factæ in ſtudijs an ſint communes, an vera imputētur in partem.*

5 *Expenſa facta in alimentis, et in maritando filias an debeāt communicari.*

Ioannes Benetenga, filij, & hæredes Bentonolij hæ-
reditatē paternam cōmuniter poſſederunt,
& ſimul habitabant ad vnum panem, & vinum, & quaſi om-
nia eorum lucra, & negocia ſimul gerebant: demum deceſſit
dictus Benetenga ſuperſtitibus ex eo Frātutio, & Angelo eius
filijs, qui etiam dicto modo eorum bona retinuerūt ſimul cū
dicto Ioanne, & negotia cōiter geſſerunt: & ipſis ſic manenti
bus prædictus Ioannes, & etiam quidam eius filius quædam
maleficia commiſerunt: & cōdemnationes de cōi pecunia ip
ſorum ſolutæ fuerunt. Nunc tempore diuiſionis dicunt filij
Benetengæ, q dictæ condemnationes debent imputari de par
1 te d. Ioā. & non de ſua, quæritur, quid iuris? † Circa prædicta
dico, q prædicta banna, ſeu condemnationes de cōi ſolu. de-
bent imputari ſolum in partem dicti Ioannis: nec tenentur fi
lij dicti Benetēgæ cōferre in aliquo, tex. eſt, l. inter fratres. §. fi.
ff. pro ſocio. & no. glo. in l. fratres patruum. aliàs eſt in l. cum
duobus. ff. pro ſocio. Item ipſis ſic manentib. ſupradictus Io.
accepit quandam vxorem, quæ habuerat alium virum: & pro
dotibus, quas habuerat primus vir, habuit quaſdam poſſeſſio
2 nes, & bona. † Quæritur, vtrum fructus dictarum poſſeſſionū
debeant cōmunicari in domo, vbi alimentata fuit dicta vxor,
vel debeant eſſe dicti Ioan. vel eius vxoris. Circa prædicta di-
co, q dotes, quæ fuerunt datæ primo viro, videntur repetitæ
nomine dotis etiam in ſecūdo matrimonio, tacitè etiam ſi ni-
hil ſit dictum: maxime quando ex primo matrimonio nō ſu-
perſunt liberi: vt l. dotem, quæ. & l. ligias. ff. ſolu. mat. l. pen. §.
vxor. ff. de pac. dota. facit, qđ no. Cy. in Auth. quāuis. C. de rei
vxo. actio. & de pāct. dota. l. cum maritus. §. Titius. & per con
ſequens fructus debent eſſe communes, & nō proprij: ex quo
onera matrimonij fuerunt communiter facta: vt l. ſi his. §. ſi
tibi. ff. de iure dotium. & l. ſi filia. §. damnis. ff. famil. erciſcun.
Item in aliqua domo, ſeu domibus, quæ fuerunt de dictis do
tibus, & etiam in aliquibus poſſeſſionibus de prædictis fuit
facta reædificatio, & factæ multæ expenſæ de communi pecu-
nia.

3 nia.† Nūc quęritur, vtrum prædicti filij dicti Benetengæ tē-
pore diuiſionis debeant rehabere partē pecuniæ expenſæ pro
vtilitate dictarum domorum? Circa prædicta dico, ꝙ prædi-
ctas expenſas factas ad vtilitatem domorum perpetuam, vel
rerum prædictarum poſſunt repetere partem ſuam dicti filij
Benetengæ, tex. eſt in l. 1. per totum. §. fin. & l. ſequen. & l. vti-
lium. ff. de impen. in re. do. factis. Item ipſis ſic manentibus
prædictus Ioannes, & quidam ex filijs ipſius fuerunt ad ſcho-
las, & expenderunt pro addiſcendo quaſdam pecuniæ quan-
4 titates de communi pecunia prædictorum.† Quæritur, nun-
quid tempore diuiſionis dicti filij dicti Benetengæ poſſint re
petere expenſas prædictas factas in ſtudijs prædictorum, &
quid imputetur in parte Ioannis? Circa prædicta dicendum
videtur, quod debeant imputari in parte Ioan. nec tenētur cō
ferre aliquid filij dicti Benetengæ: quia non fuerunt factæ di-
ctæ expenſæ in communi hæreditate, & bonis: ita nut. glo. in
l. cum duobus. §. Papi. aliàs incipit lex ſi fratres parentum. ff.
pro ſocio. in glo. quæ incipit, ſic ergo econtra in damnis, &
expenſis &c. Item ipſis ſic manentibus cōmuniter prædictus
Ioan. habuit plures filios, & filias ad educandum, & alimen-
tandum, quàm dicti filij Benetengæ: & quaſdam filias etiam
maritauit dictus Ioan. quæ alimenta, & dotes fuerūt factæ de
5 communi.† Nunc quæritur, vtrum filij dictæ Benetengæ poſ
ſint imputare dictas expenſas, & dotes in partem dicto Ioan-
ni, ita quòd ipſi non teneantur contribuere. Circa prædicta di
co, quòd poſſunt repetere partem dictarum dotium, & alimē
torum: quia officium paternum eſt alimentare filias, & dota-
re: vt l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agno. & l. fin. C.
de pac. do. & per conſequens non tenentur filij cōferre, vt no.
in l. alimenta. C. de neg. geſt. & d. l. ſi fratres parentum. Et ita
videtur mihi Bonacurſio de ſaſu legū doctori. & vide in con
ſi. ſequenti ſuper eodem.

CONSILIVM CCCCXIII.

1 *Solutum ex cauſa maleficij an ſit cōmune, an debeat ante par-*
tem detrahi.
2 *Fructus da. cuius ſint, & an ſint contribuendi.*
3 *Expenſæ vtiles an ſint contribuendę.*
4 *Expenſæ ſtudij an ſint contribuendę.*
5 *Patruus habitans cum nepotibus an conferat acquiſitū ab eo.*
6 *Vidua reuerſa ad domum patris an vltra alimēta lucretur fru*
ctus dotis.

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Super primo puncto dicendum eſt, quòd ſolutum ex cauſa
maleficij non debet detrahi de communi: ſed de parte delin
2 quentis tantum. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. fin. † Super ſe-
cundo puncto, quia mihi proponitur, quòd dos apparet con
ſtituta in pecunia, dico, quod aliæ res præſumentur parapher
nales. C. de pac. conuen. l. fi. Et ideo fructus earum rerum mu
lieris ſunt, ſcilicet extantes. Item conuerſi in emptione prędio
rum, vel aliàs extantes vtilitates, familiaritatis autē cauſa con
ſumpti non debent reſumi, de donatione inter virum, & vxo-
3 rem. l. ſi ſeruus communis. † Super tertio puncto de expenſis
vtilibus dico, quòd vtramque partem contribuendam in vo-
4 luntarijs permitteretur abraſio. de neg. geſt. l. ex duobus. † Su
per quarto puncto dico expenſas ſtudij ad patrem ſolum per-
tinere. ff. fami. erciſcun. l. ſi filia. §. ſi idem ſcribit. Super vlti-
mo puncto dico, quòd ſocialiter fructus conſumpti in alimē
tis communibus non repetuntur: ſed ſi non tanquam inter ſo
cios, tunc habet locum lex Neſennius. de nego. geſt. & C. eod.
5 l. 1. & l. alimenta. † Item eſt ſciendum. quòd patruus cum ne-
potibus nullam habet ſocietatem, donec nepotes fuerunt pu-
pilli. de adminiſtra. tutu. l. ſi Titium, & Meuium. §. altero. Itē
quòd patruus tenetur reddere rationem ipſis nepotibus de ge
ſtis, & habitis per eum. Et quid ſi patruus p ſe acquiſiuit inte-
rim, ſuum eſt, vt C. arbit. tuto. l. ſi defunctus. ſed ſi acquiſiſſet
in ſocietate, & tempore ſocietatis deberet communicari. l. ſi
ſocius. ſi certum peta. tempus, in quo potuit eſſe ſocietas, eſt
6 poſt vigiſimo annos. † De vidua reuerſa ad domū patris aut
fructus dotis conferat, aut alimēta reſtituat, quæ percepit, ip
ſa non erat ſocia, & habebat patrimonium per ſe iuxta mate-
riam dicta l. Neſennium. Et ita dico, & conſulo ego Bal-
dus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXIIII.

1 *Stante ſtatuto de quo hic quis præferatur in re vendita duob.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Factum tale eſt, quædam domina Ioanna de Callio fecit in-
ſtrumentum in forma venditionis cuidam ſuo priuigno ſpu-
rio de certis rebus cum conſtitutione precarij, & tempore ip
ſius inſtrumenti fuit pactum factum de reſcindendo ipſum
contractum ſi dicta domina egrotans de egritudine liberare-
tur: licèt in ipſo inſtrumento venditionis nihil cōtineatur de
hoc, tamen in rei veritate ita actum fuit inter dictas partes
tunc temporis: & probatur per notarium, & teſtes ita fuiſſe:
quæ domina Ioanna liberata poſt dictam vēditionem factam
per duos dies ipſæ partes ambæ concordes cancellarij fece-
runt dictum contractum venditionis, ſeu protocollum: & cō
feſſus fuit dictus priuignus his verbis expreſſis in dicta can-
cellatione, videlicet caſſum, & cancellatum fuit dictum con-
tractum per me notarium infra ſcriptum de licentia, & vo-
luntate dictæ dominæ dicti talis priuigni emptoris: eo quòd
confeſſæ fuerunt dictæ partes dictum contractum, & inſtru-
mentum venditionis fuiſſe, & eſſe ſimulatum, & non valere.
& hæc verba appoſita in cancellatione, & vltra appoſitum
hoc verbum &c. & apparet, & reperitur dictum protocol-
lum cancellatum per modum crucis, ſecundum quod tra-
ditur, & requiritur per l. inductum. C. de ſolu. & tempore di-
ctę cancellationis dictus priuignus erat minor annis viginti-
quinque. Deinde dicta domina Ioāna fecit inſtrumentum vē-
ditionis de dictis rebus cuidam dominę Iacobę de dicto loco
cum conſtitutione precarij: & ipſa in poſſeſſione remāſit: de-
inde aliud inſtrumentum fecit dicto priuigno cum conſtitu
tione precarij, & ſimiliter in poſſeſſione remanſit. Et inter di-
ctum priuignum, & dictam dominam Iacobam emptricem
contenditur de potioritate iuris, & poſſeſſione dictarum re-
rum. Et pro parte dicti priuigni dicitur, quòd ipſe habet po-
tiora iura: quia primo emit. & dicitur, ꝙ non obſtat cancella
tio prædicta: quia erat minor 25. annis, ut prędicitur: & nō fuit
forma ſeruata ſtatutorum, quæ requirunt certas ſolennitates
adhiberi in contractibus minorum. Cuius ſtatuti copia infe-
rius deſcribitur. allegatur pro hac parte. l. qui. C. de rei vend.
Et pro parte dominę Iaco. dicitur dictum primum inſtrumē-
tum non patrocinari dicto priuigno ratione dictę cācellatio-
nis, & non fuit obſeruata ſolennitas dicti ſtatuti, quia dicta cā
cellatio, & confeſſio videtur facta vi pacti facti tempore con
tractus primę venditionis, in quo fuit permiſſum reſcind. vt
prędicitur, & licèt non dicatur in dicta cancellatione, reſcin-
dit. tamen ex quo appoſitum eſt verbum &c. & confeſſio ſi-
mulationis, ſequitur de natura iſtius verbi &c. ꝙ comprehen
dat reſciſſionem, & omnia, quę requirunt natura cōtractus,
vt l. 1. & 2. §. ſi quis iurauerit. cum ibi no. per glo. & docto. &
pręſertim per dictum Bar. ff. de iureiu. vnde ſicuti tenet ven-
ditio, ita pacta omnia, inſerta tempore ipſius venditionis, vi-
delicet reſciſſio. l. non reprobata tenent, & ſunt ſeruanda, vt
eſt tex. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. pręſcri. & ſic dicta
do. Iacoba, quę primo inſtrumentum recepit, eſt potior pro-
pter conſtitutionem precarij, per quam in ea eſt tranſlata poſ
ſeſſio, vt l. quòd meo. ff. de acqui. poſ. & vbi duo habent cau-
ſam eodem tempore, ille eſt potior, cui primo poſſeſſio tradi-
ta eſt, de publi. l. ſecundum autem. §. ſi duobus. vnde inter di-
ctum priuignum, & do. Iac. de poſſeſſorio contēditur, ille ob
tinet, qui primo fuit, quia primo ſibi tradita eſt poſſeſſio: qa
titulus ipſius dominę Iac. præcedit. extra de prob. c. licèt cau
ſam. ff. vti poſſidetis. l. ſi duo. & hanc partem conſulendo te-
nuit dominus Angelus de Peruſio legum doctor. Modo quæ-
ritur de duobus, primo, vtrum dicta do. Iac. debeat obtinere
in poſſeſſorio: & vtrum præiudicet ſibi dicta prima venditio
cancellata, & minor ætas dicti priuigni cancellari facientis?
Secundo quid debet extendere de natura contractus dictus
notar. qui cancellauit dictum contrac. & appoſuit dictū ver-
bum &c. & apponantur verba, quæ de iure apponere debet
dictus notarius.

Copia

Copia ſtatuti prædicti.

De contractibus fiendis a puperibus. Rubrica.

Item ſtatuimus,& ordinamus, ꝙ omnes, & ſinguli contractus quocunque modo facti, & fiendi a puperibus.ſ. maſculis maioribus 14. annis, & fœminis 12. annis, ſint rati,& firmi autoritate præſentis ſtatuti,dummodo fiant, & facta ſint in præſentia duorum ſuorum conſanguineorum de proximiorib. videlicet ex latere patris, vel duorum ex latere matris,cũ iuſo præſtito a puberibus ſupradictis,& cum autoritate iudicis:aliàs ſi defuerit aliquid prædictorum,intelligantur dicti contractus dolo,& metu extorti: & ſint ipſo iure nulli. Statuentes ẽt, ꝙ ſi in ſuprad ictis minorum aliqui ex proximiorib. conſanguineis alicuius minoris fuerunt doloſè,& ſcienter adhibiti contractui minoris,qui re vera nõ fuerunt conſanguinei, vel proximiores,& tũc ſciuerit contrahẽs cum minore, contractus ſit ipſo iure nullus quo ad præiudicium minoris:& puniat̃ ipſe contrahens, ſi fuerit contractus rei valentis a 10.lib.ſupra, & a l.lib. in a 5.lib. abinde ſupra, in centum lib. communiter applicandis,& de facto exigẽdis: Si vero ignorauerit, & minor ſcienter, & dolo adhibuerit, tunc contractus habeat nihilominus firmitatem.

CONSILIVM CCCCXV.

1 *Solennitas quæ requiritur in contrahendo requiritur in diſſoluendo.*

In Chriſti Nomine Amen.

6 actum. de acqui. hær. l. 1. & l. 2. & de leg. 2. l. grege. † Et quia nomine poſſeſſionũ videntur & mobilia cõprehẽdi. l. fi. C. de pac. quia æquè in eis cadit poſſeſſio, vt & in immobilibus. l. 1. de acqu. poſ. iuriũ ẽt, & actionũ vr̃ inhiberi tranſlatio: quia non conuenit paupertati habere debitorũ nomina: tanto quidem plus eſtimatur hæreditas, quanto plus in nominibus debitorũ eſt. ff. ad l. fal. l. 1. §. nõ ſolũ. & l. ſi debitor. & l. ſi hæres. & l. pe. & l. in quãtitate. Et quia prohibitio de poſſeſſionibus impediendis vr̃, & iura comprehendere, in quibus & ſi nõ cadat nullã poſſeſſio, tñ quaſi poſſeſſio. ff. de vſu ca. l. ſequitur. §. ſi viã. de re. do. l. ſeruus §. in corporibus. de cauſa poſ. l. cũ ẽt. Et immobilibus cõparant. de pręſcri. long. tem. l. fi. & de ſac. ſan. eccl. l. iubemus. de peculio. l. quã tuberonis. §. in peculio. de re iu. l. amodo. l. fi. in quibus cau. re. non eſt neceſ. in Auth. de non alie. §. quia verò. Dy. in l. poteſt. ff. de autho. tu. de ver. ſig. l. mouennũ. Ex quibus concludendũ vr̃, q dicta bona nõ quęrãtur ordini pręfato: quod de immobilibus bonis vr̃ ſatis iuridicũ conſideratis verbis beati Dñici, & conſtitutionibus pręfatis, hocque puritati conſcientiæ conuenire vr̃. ſed quantum ad bona mobilia hoc eſt ſatis dubium pp extrauag. quia quorundã. in qua inter cætera ſic continetur. Fratres prædicatores, & minores in arctiſſima paupertate Chriſto pauperi famulantur: & tñ conſtat ipſos prædicatores habere in cõi quo ad proprietatem aliqua: quod eorũ regulæ ſtatuto non repugnat. & ideo hoc ſub dubio relinquimus quo ad bona mobilia dũtaxat: quãuis validiſſimis rõnibus, & autenticis, & cõſilijs pręclariſſimorum doctorũ ſic probatum, q ẽt ipſa bona mobilia conſiderata mente regulę beati Dñici non transferantur ad ordinem prędicatorum. Concluſiuè ergo dicimus, q bona immobilia ordini non cõpetunt: qa verba beati Dñici principium acquiſitionis impediunt: de mobilibus aũt, de quibus prohibitio non loquitur, non vr̃ ita ſecurum conſulere, niſi eſſent annui redditus: puta, qui percipiuntur ex mõte florentię: quia immobilibus comparantur, vnde talia non cõpeterent fratribus prędica. Et ita dicimus, & conſulimus nos Bald. & Petrus de Peruſio. I. V. profeſſores: ad quorum fidem ſubſcribi fecimus. & ſigilla noſtra conſueta appoſuimus. Saluo ſemper ſaniori conſilio.

CASVS.

Punctus qõnis, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt, quidam Cola Cuchi de Nurſ. habens vxorem pręgnantẽ veniens ad mortem condidit teſtm̃: & poſt multa legata ſic diſpoſuit in omnibus autẽ alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus pręſentibus, & futuris iuribus, & actionibus, & debitorũ nominibus poſthumum, vel poſthumã naſciturã unam, uel plures ex uentre dictę Catharinę eius uxoris, ſi ad lucem peruenerit, uel puenerint, ſibi hęredẽ, ſeu hęredes inſtituit, & fecit. Et ſi ad lucem nõ peruenerint, inſtituit ſibi hęredes Benedictum, & Iacobum Marchi: excepto, q in quandã petiã terrę poſitã in territumẽto Nurſę inter alia ſua latera, & in quadam alia petia terrę poſita in alio ſuo dicto territumento in alia ſua latera. In quibus ſubſtituit dictã Coluciã adueniẽte conditione prędicta, videlicet in dictis duabus petijs terrarũ. Et ſi ad lucem peruenerit, ſeu peruenerint, & deceſſerint ſine filijs legitimis, ſubſtituit ei, ſeu eis prędictos Iacobũ, & Benedictum Marchi ęqualibus portionibus adueniente conditione prędicta. Deinde dictus teſtator poſt teſtm̃ fecit codicillos, in quibus poſt quędã pręambula ſic diſpoſuit. Item addendo dicto teſtõ uoluit dictus teſtator, q ſubſtitutio facta dicto ſuo poſthumo, uel poſthumis uni, uel pluribus naſcituro, uel naſcituris ex uentre dictę Catharinę ſuę uxoris contineat in ſe pupillarẽ expreſſam. Itẽ q dicta Catharina mr̃ dicti poſthumi, uel poſthumorũ non habeat, uel habere poſſit legitimã iure naturę, uel quartã trebellianicã de dicta hęreditate. deinde deceſſit dictus teſtator remanẽte dicta uxore pręgnãte: deinde ipſa uxor peperit filiũ 1 & uixit certo tẽpore. poſt hęc deceſſit dictus pupillus adhuc. Modò ex ſupradicto themate inſurgit qõ: nã mater dicti pupilli dicit ſe admitti ad legitimã, & trebellianicã non obſtantibus prędictis codicillis. Ex alia parte dicũt Benedictus, & Iacobus ſubſtituti prędicti dictã matrẽ totaliter excludendã tam a legitima, q̃ a trebellianica uigore dictorum codicillorum. Quæritur modo, quid iuris uiſo dicto teſtamento, & codicillis, qui uobis tranſmittuntur.

CONSILIVM CCCCXXXIX.

1 *Subſtitutio huiuſmodi, ſi naſcerentur &c. an contineat tacitã pupillarem contra matrem.*

2 Trebellia-

2 *Trebellianica poteſt prihiberi per teſtatorem.*
3 *Pupillaris ſubſtitutio in codicillis an excludat matrem. & in-*
fra conſilio ſequenti.

In Chriſti Nomine Amen.

In primis vidẽdũ ẽ, poſito, ꝙ nõ eſſent facti codicilli, an dicta
ſubſtitutio excludat matrem. & circa hoc ſunt videnda duo.
1 Nam † primo conſiderandum eſt primum membrum ſubſti-
tutionis, quod eſt, ſi non naſcentur, an contineat tacitã pupil-
larem ʒ matrem: & vſ, ꝙ ſic, vt ff. de ven. inſpi. l. qui vẽtri. vbi
vſ, ꝙ expreſſa pupillaris, ſi pupillus naſcetur, & deceſſerit in
pupillari ætate, continet tacitam vulgarem, ſed ſi non naſcere-
tur, excludit matrem. ergo idem ſi extrahitur de vẽtre. iſta lex
nihil facit: nam tacita vulgaris non excludit ibi matrẽ vi ſub-
ſtitutionis, ſed quia illa mulier, quæ neminẽ parit, non eſt ma-
ter, quia non peperit, quõ enim poteſt ſuccedere filio illa, quæ
non habet filium. Et ideo illi, qui allegant illam lege, ꝙ tacita
vulgaris admittitur ʒ matrẽ, non intelligunt ſeipſos: cum ibi
loquitur filio nõ nato. Et vbi non eſt filius, nõ eſt mater. Opor-
tet ergo pro vero intellectu accedere ad intellectum legis vl-
timæ. C. de inſti. & ſubſti. vbi tex. determinat ſubſtitotum vo-
cari in duobus caſibus tantum. Primus eſt poſthumo nun na-
to. Secundus eſt eo nato, Et matre ante poſthumi obitum mo-
riente. Sed vbi mater ſuperuixit, tacita ſubſtitutio non intelli-
gitur in matris præiudiciũ facta: quia luctuoſa hæreditas filij
nõ debet auferri matri, vt ibi tex. no. dicit. aduerte, vlpianus,
& Pap. dixerunt voluntatis eſſe qõnem. Et non credo eorum
opinionem in totũ abolitã, niſi in caſu dobij: ſed cum certũ
eſt de voluntate, ẽt tacita ſubſtitutio admittitur ʒ matrem, vt
no. in l. precibus. quanto magis ſi teſtator expreſſit, dicet ali-
quis in teſtõ nõ: quia ſecundũ cap. ſubſtitutionis. ſ. natu poſt-
humo ſecundum cõem opi. eſt fideicommiſſaria, nec obſtant
codicilli: quia non poteſt in eis directè ſubſtitui, vt ff. ad tre-
belli. l. ſi ſeyum. ergo mater debet habere legitimã, & trebellia-
2 nicã: vel ſaltim legitimã † tenendo, ꝙ trebellianica poſſit per
3 teſtatorem prohiberi, ſicoi tenet cõis opi. † doctorum: mihi
vſ, ꝙ codicilli non contineant nouã ſubſtitutionem, ſed decla-
rationem ſubſtitutionis teſti: quia teſtator declarat, ꝙ intẽtio
ſua eſt, ꝙ illa ſubſtitutio ſit pupillaris. Et verba hoc patiũtur:
quia erant verba cõia. vnde dico matrẽ excludi vt teſtĩ declara-
ti per codicillos. ff. de teſtis. l. hęredes palã. §. ſed ſi notam. tñ ʒ
hoc faciunt illa verba, addendo &c. nã aliud eſt addere, aliud
declarare. & dicit, addo, ergo prius non ſenſerat, nec cogitaue-
rat hoc. ſed Reſpon. addit declarando: quia obſcura interpre-
tatio eſt quodammodo addere. ſtemus ergo opinioni vlpiani,
& Pap. quæ dicunt voluntatis eſſe qõnem. & quia apparet de
voluntate, dicamus, mater repellitur ex duabus voluntatibus
ſimul iunctis. ſ. teſtõ declarato, & codicillo declarante: ex vi
igitur compendiuſæ factæ in teſtõ implicitè, & declaratæ po-
ſtea per codicillos explicitè, mater excluditur, non ex vi mera
codicillorũ. ar. ff. de hære. inſt. l. a ſe toto. cũ ſi. codicilli. n. ſoli
non ſufficerent, ſed ſicut poſſet declarari volũtas per ſolos te-
ſtes, ita & per codicillos. Ego Baldus de Peruſio.

Ad idem. *CONSILIVM CCCCXL.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Reuerendiſſime pater. Ego ſuper iſto punctu iam conſulue-
ram ʒ matrem ſequendo volũta. teſtatoris. Nam licèt in codi-
cillis pupillaris ſubſtitutio vertatur in obliquã, & non exclu-
dat matrem a legitima, vt ff. ad treb. l. Sceuola. tñ codicilli po-
tius veniunt declaratiuè ad teſtm̃, ꝗ de per ſe: vt patet ibi, dũ
dicit, ꝙ ſubſtitutio facta ʒtineat &c. Nam continere poteſt, ſi
teſtator vult. Codicilli ergo non diſponunt, ſed diſpoſi. decla-
rant. Quod ẽt coram duobus teſtibus fieri poteſt. ff. de teſtis. l.
hæredes palã. ſed ſi & notã. Quapp excuſo me vobis: q̃a ſalua
cõſciẽtia nõ poſſum pro veſtra attinente ſcribere. valete dñe.
Et fui cum dño Petro, qui viſo conſilio noluit ſe intromittere
licèt dicat ſe dubitare: quia virtus teſti ſapit obliquã, & non
directã. ẽt verũ eſt, niſi de mẽte teſtatoris cõſtaret, ſicut cõſtat.
remitto tã nunciũ, q̃ ſalarium, ex quo pro parte veſtra non red-
do conſilium. pp multa impedimẽta non potui nunciũ expe-
dire celerius, qui applicuit ad ciuitatẽ illã die ſabbati in ſero.

Bald. veſter de Peruſio die 21. Septembris. Vtriuſque I. D.

CASVS.

Quidam Paulitius fuit datus, ſiue decretus tutor quidam
pupillo per iudicem, cuius pupilli dictus tutor tutelã geſſit,
& adminiſtrauit, demũ durante tutela ad hoc, vt commodius
poſſet habere curam de perſona ipſius pupilli, ipſum pupillũ
retinuit in domo ſua: oẽs res dicti pupilli fecit extrahi de do-
mo dicti pupilli ad hoc, vt domũ dicti pupilli poſſet locare:
& vt res dicti pupilli melius cuſtodiret: quas res dictus tutor
in domo propria repoſuit, in qua dictus tutor habitabat: de-
mum tempore natiuitatis, videlicet q̃ñ paſtores eccleſiæ in-
trauerũt ciui. ſurrexit magnus timor, & tumultus populi, vn-
de per dictum tumultum domus dicti tutoris vnà cum re-
bus ſuis, quàm etiam cum rebus dicti pupilli combuſtæ fue-
runt quam plures domus plurium ciuium. Modò quæritur,
dictus tutor teneatur ꝑ illis rebus combuſtis, & derobatis.

CONSILIVM CCCCXLI.

1 *Tutor non tenetur de caſu fortuito h. d. cum ſequen.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Si huic tutori non poteſt culpa imputari, quia poſuit in lo-
co, qui credebatur eſſe locus tutus. Nec ex inimicitia eius ſpe-
ciali domus arſit, non eſt periculõ tutoris: quia eſt caſus for-
tuitus. Aduerſarius autem eius debet probare culpam, vel
inimicitiã. C. de periculo tutorũ. l. ſi res. l. ſi mores. §. ſi culpæ.
locati. de pignora. ac. l. quæ fortuit. ff. ꝓ ſocio. l. cũ duobus. §.
dãna. & l. ʒctus. de re. iu. & ſi nõ ꝓbat, hẽs tutoris dẽt abſolui.
Et ita dico, & cõſulo ego Bal. de Peruſio. V. I. D. & ad fidem
me ſubſcripſi. & ſig. mei nominis ſig.

Adidem. *CONSILIVM CCCCXLII.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Iſte fuit caſus fortuitus, & ideo de tali caſu tutor non tene-
tur, nec ſucceſſor eius. ff. de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. his aũt.
C. eo. l. tutori. C. de peri. tut. l. ſi res. ff. cõmo. l. ſi vt certo. §. qđ
vero ſenectute. ff. ꝓ ſocio l. cũ duobus. §. dãna. ff. de peri. & cõ-
mo. rei ven. l. ſi vẽdita inſula. ff. de act. emp. l. ſi ea res. Ego Bal.

De dotibus reſtituendis ſtatuta veteris.

Statuimus, & ordinamus, ꝙ qñcunque alia dos
fuerit reſtituenda eo ꝙ matrimoniũ
diſſolutum fuerit morte vxoris, ſcilicet præmoriente vxore
ante virum filijs communibus non obſtantibus ex ſe deſcen-
dentibus, vel filiorum filijs, maritus, uel hęredes, uel quilibet
alius, qui conuenitetur pro dote reſtituenda, duas partes do-
tis reſtituere tantummodo teneatur: reliqua uero tertia pars do-
tis remanere debeat apud uirum, uel eius hęredes, uel alium,
qui conuenitetur, ſeu teneretor ad reſtituendum dotem non
obſtante aliquo pacto contento in inſtrumento dotali de do-
te ſine diminutione reſtituenda, quod in contrarium loquere-
tur. Et hoc locum habeat, & obſeruetur in præteritis, præſen-
tibus, & futuris, non obſtante aliquo ſtatuto de iure redden-
do, uel aliquo alio ordinamento in contrarium loquente.

De forma inſtrumenti dotalis, die, menſe, teſt. &c.

Antonius Maſcij Cuitij fuit confeſſus, & conten-
tus non ſpe numerationis futuræ, ſed
in uera numeratione habuiſſe, & recepiſſe ab Angelo Bone-
uenturæ data eidem in dotẽ, & in nomine dotis pp matrimo-
nium celebratum inter ipſum Antoniũ ex una parte, & dñam
Nicolinam filiã ipſius Angeli ex alia 78. lib. Renuntians &c.
quam quidem dotem per ſe, & ſuos hæredes permiſit, conue-
nit eidem Angelo ſtipulanti &c. bene, & diligenter tenere, &
ſaluare, & cuſtodire, ipſamque reddere, & reſtituere in hunc
modum: uidelicet ſi dictum matrimonium ſolui contigerit
ex parte ipſius Antonij morte, diuortio, uel alia iuſta cauſa,
uel ſi fortè ipſe Antonius uergeret ad inopiã, uel abuteretur
ſuis bonis, uel decederet ſine filijs, uel cum filijs, eam redde-
re, & reſtituere pro minimè dictam dotem eidem Angelo ſti-
pulanti, & recipienti pro dicta domina Nicolina. ſi uero ip-
ſum matrimonium ſolueretur ex parte ipſius Nicolinæ ſine
filijs, uel cum filijs ex dicto matrimonio naſcituris, uel ſi di-
cti ſui filij unus, uel plures deceſſerint ſine filijs ante 25. annũ
tunc

tunc reddere, & reſtituere promiſ. dictam dotem dicto Angelo pro ſe, ſuiſque hęredibus ſtipo. & recipien. pro quibus &c.

Forma noui ſtatuti de dotibus reſtituendis.

Item ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi matrimoniũ diſſolueretur morte mulieris cum filijs, vel cũ alijs deſcendentibus ex dicto matrimonio, ꝙ tota dos remaneat penès dictos filios, ſeu deſcendẽtes, vel eorum ſucceſſores. Si vero matrimonium diſſolueretur morte mulieris ſine filijs, vel alijs deſcendentibus ex dicto matrimonio, maritus lucretur tertiam partem dictæ dotis. Et ſi dos eſſet data, teneatur ille, cui dos debet reſtitui, quietationem facere marito, vel ſuis hęredibus; ſeu alteri, qui eam ſi data eſſet, reſtituere teneretur, dare, & ſoluere tertiam partem dotis promiſſæ, addentes, ꝙ maritus, vel eius hæredes de fructibus rerũ paraphernalium, vel quæ non ſint dotales non cogatur reſtituere mulieri, vel eius hæredibus: ſed maritus, vel hæredes ipſos fructus lucrentur perceptos: addentes inſuper, ꝙ huic ſtatuto renuntiari non poſſit per partes non obſtante aliqua forma inſtrumenti dotalis, vel alicuius pacti.

CONSILIVM CCCCXLIII.

1 *Stante ſtatuto, ꝙ extantibus liberis vir non lucretur dotem, an eis extantibus lucrabitur.*

2 *Arg. a contrario ſenſu an locum habeat in ſtatutis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Primo ſtatuto cauetur, ꝙ liberis non obſtãtibus vir premortua vxore lucretur tertiã partem, & duas partes reſtituat, non extante aliquo pacto in ɔ̃trium loquente. Modo quęritur, vtrũ liberis extantibus aliquid ſit reſtituendum circunſcripta conſuetudine, de qua in l. dos a patre. Et vr̃, ꝙ tota dos ſit reſtituẽda, vt not. in l. beblios. de pac. dota. Nam caſus liberorum eſt caſus improuiſus a ſtatuto: ergo ceſſante cõſuetudine ſumus in iure cõi, & ſic debet reſtitui. l. fi. C. cõia vtriuſq; iudi. & in tex. d. l. dos a patre. ɔ̃trium vr̃ ſumpto argu. a ɔ̃trio ſenſu ex ipſo ſtatuto. ff. de pac. dota. l. inter ſocerum. §. cum intra. Et ſic remanet penès patrem pro liberis. facit quod no. Dy. in c. quod ob gratiam. de re. iur. li. 6. Et in l. quod fauore. de legi. per Cy.

2 † Credo, ꝙ ex iſto ſtatuto ſummatur argu. a ɔ̃trio ſenſu, quaſi ex ɔ̃rietate cauſæ finalis; quare debent reſtitui duæ partes non exiſtentibus filijs. contraria cauſa finalis contrariũ operatur. Non ob. ſo. ma. l. ſi cum dotem. quia ibi caſus improuiſus nõ erat cõtrarius in ratione finali reſtitutionis dotis caſui expreſſo contractu: hic aũt non debet dici improuiſus: quia conceptus mentis intelligit ambo contraria ſimul. Sed dubitatur; vtrum huic argumento a contrario ſenſu poſſit renuntiari pp pactum, ſicut põt renunciari cõſuetudini legis dos a patre. Et vr̃, ꝙ ſic. ff. de pac. l. paciſci. In contrarium vr̃, nam ſtatutum prohibet renuntiari ſuę prouidentię, ſed iſte cõtrarius ſenſus eſt prouiſio tacita eiuſdem ſtatuti: ergo ei nõ poteſt renontiari, quia iſte contrarius ſenſus vr̃ eſſe lex. ipſius ſtatuti. de teſta. l. qui teſtã. §. mulier. Et ſi hoc eſt verũ, ẽr ex veteri ſtatuto dos remanet pro liberis apud patrem nõ obſtante ſtipulatione in contrarium facta per patrem mulieris. ſi enim poſſet renũciari, pater nihil lucraretur: & ſic liberi, qui debent eſſe cauſa lucri, eſſent cauſa damni: quod eſt abſurdiſſimum. ſed iſtud vr̃ falſum: quia illud ar. a contrario ſenſu non debet ſumi contra ius cõe: nam ius cõe eſt expreſſum: ſed ar. a cõtrario ſenſu eſt tacitum: & ideo tollitur per expreſſum. item cõſuetudini, de qua in l. dos a patre. derogatur per pactũ, vt ibi no. ex hoc cõcludi vr̃, ꝙ dicta dos debet in totũ reſtitui ſecundum formã ſtipulationis, vt l. rem in præſenti. §. videamus. nã contractus ex conuentione legem accipiunt, vt ff. depoſi. l. 1. §. ſi conuenerint.

2 † Et ideo vr̃ veniendum ad ſecundum ſtatutum, tñ illud non vr̃ habere locum: quia caſus reſtituendæ dotis prius ceſſit, q̃ nouum ſtatutum fieret. & ſic debet ſtari ſtatuto veteri iuri cõi, & non ſtatuto nouo, vt C. de legi. l. leges, & conſtitutiones. cum ſi. & licèt pater teneatur dotare filiã iñ de iure cõi poteſt ſtipulari in caſu reſtituendæ dotis ſibi ſoli tota reddi, vt ff. ſo. ma. l. ſi cum dotem. & C. cõia vtriuſque iud. l. fi. vnde de iuris rigore dos, de qua quæritur, debet eſſe in caſu reſtitutionis: tñ quia mens veteris ſtatuti pro certo fuit in ɔ̃trium, poſſet forte de æquitate dici contrarium per l. inter. §. cum inter. de pac. dot. tñ primũ verius eſt, ſcilicet ꝙ ſeruetur ius cõe. De tertia parte dotis non eſt dubitandum, ꝙ remanet apud virum, quia caſus exiſtentium liberorum, quorum mors eſt cauſa committendæ ſtipulationis dotis reſtituendæ, ſimilis eſt caſui liberorum non exiſtentium tempore mortis. & in eo ẽt caſu eſt maior cauſa, ſeu rõ lucrandi: ergo &c. vt ff. de leg. l. non põt. l. illud. & ff. ad l. aqui. & C. de interdic. l. 1. cũ ſi. Ego Bald.

CASVS.

In nomine dñi amen. Anno dñi 1369. inditione 7. dñi Vrbani Papæ 5. die 21. menſis Martij actum in Caſtro plebis in eccleſia ſancti Geruaſij præſentibus Bernardo odi Beneuenuti, Chriſtophoro Cechi Vannis Caſellæ, & An. Ioannis Amadeus de dicto Caſtro teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis, cum Nico. olim Vanutij pari Monaldi de dicto Caſtro adultus fuerit, iam ſunt plures anni elapſi, & nunc ſit abſens a dicto Caſtro, & nemo ſit, qui curam habeat de bonis dicti Nico. & aut ipſa bona gubernet, miniſtret, & manu teneat: & æquũ, & decens ſit dari curatorem bonis prædictis, ne ipſa bona dilapidentur, vel diſtrahantur, idcirco ſapiens vir Do. Nico. de vulterra. iudice aſſeſ. cõis Caſtri plebis pro nobili viro Bartholo. Nicolutij de Peruſi. Bon. poteſtatis dicti Caſtri cognito per aſſertionem dñæ Antoniæ matris dicti Nico. adulti, & pluriũ cunſanguineorum ſuorum dicti adulti ibidem præſentiũ, ꝙ titius munitij de villa Canſani diſtrictus dicti Caſtri eſt vtilis, & idoneus ad cõfirmationem, & gubernationẽ dictorum bonorum, & ad recipiendum curam prædictam, & maximè quia fuit dictus titius tempore abſentię dicti Nic. adminiſtrator dictorum bonorum, & tepe. fuerit dictum titium bene, fideliter, & legaliter adminiſtraſſe bona prædicta. ipſum titiũ ibidem pręſentem, & acceptantem curatorem bonis dicti Niculai adulti abſentis, & in defen. ad inſtantiam, & petitionem dictæ dñæ Antoniæ matris dicti Nico. dedit, conſtituit, & decreuit; dicens eidem Titio, eſto curator dictorum bonorum: ac ẽt iurauit ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tacta ſcriptura, prædictam curã facere, & gerere bñ, & legaliter bona fide, & ſine fraude, & dicta bona fideliter, & diligẽter perquirere, & inueſtigare, defendere, cuſtodire, & ſaluare, & omnia, & ſingula, quæ viderit, & cognouerit dictis bonis vtilia facere: & inutilia prætermittere: ſaluo ꝙ eo ſemper vti valeant veritati, & inuentarium de ipſis bonis facere ſecundum iuris ordinem reddere, & aſſignare: pro qua curatione, necnon adminiſtrationis, & curæ dictorum bonorũ rationem ſecundũ ordinem reddere, & aſſignare. pro qua curatione, & ipſius precibus, & mãdato Beneuenutus dñi Staphani de dicto Caſtro de prædictis omnibus, & ſingulis ẽt in omnem caſum, & euẽtum extitit fideiuſſor promittens dictus Beneuenutus mihi notario infraſcripto ſtipolanti prædicto Nico. & bonis prędictis ſe facturum, & curaturum ita, & taliter, ꝙ dictos curator prædicta omnia promiſſa attendet, & obſeruabit: ꝙ ſi non ſeruaretur, promiſ. de ſuo proprio ſeruare ſub obligatione omnium ſuorum bonorum præſentiũ, & futurorum. Renun. dictus Beneuenutus beneficio de fideiuſ. & omni alij legum, & iuris auxilio ſibi competenti, & competituro: quibus omnibus, & ſingularis ſic peract. dictus dominus iudex ſedens pro tribunali in dicto loco; quem locum ipſe iudex pro idoneo, & iuridico ſibi eligit, huic actui legitimo ſuã, & communis Caſtri plebis authoritatem interpoſuit, & decreuit.

CONSILIVM CCCCXLIIII.

1 *De l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. & an vir poſſit ſecũda vxori relinquere plus, quàm filię primi matrimonij.*

2 *Interpretatio diſtrictiua in lucro captando non habet locum in ſtatutis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † De iure cõi certum eſt, ꝙ ſecundæ vxori vir non poteſt relinquere plus, q̃ filiæ primi matrimonij: & quod vltra relinquitur dictæ filiæ primi matrimonij ſi vnica eſt, applicatur: & ſi eſſent plures ex primo matrimonio, diſtribuitur inter eos, vel eas, vt C. de ſecun. nup. l. hac edictali. & in Auth. de nup. §. optime. co. 4. ſed quia ſtatuto cauetur, ꝙ filiæ, & nepotes, cæterique

que teneãtur ſeruare voluntatem patris,& aui,& eorũ teſtm̃,
& plus petere non poſſint exiſtẽtibus maſculis. & in dicto ſta
tuto ſequitur, adijcientes, ꝙ dictæ mulieres ſemper in omni
alio caſu teneantur vltimã ſupradictorum voluntatem obſer
uare,dum tñ in legitima non grauentur probabiliter.dubita-
tur,vtrum per dictum,ſtatutum derogetur dictæ legi hac edi
ctali.omiſit vnum ponderandum:nam in illo ſtatuto ante il-
lam clauſulam adijcientes ſunt iſta verba,dummodo maſcu-
lis deſcendentibus ipſæ fœminæ in iure ſibi debito non frau-
dentur.& poſtea ſequitur clauſula adijcientes &c. Et vr̃,ꝙ di
cta filia primi matrimonij habeat beneficiũ legis hac edicta-
li.& hoc pluribus rõnibus. Primo, quia ſtatutum diſtinguit
per ius cõe,& reducitur ad ius cõe,ſi verba ſtatuti pationtur:
q̃a nõ ſunt expreſſæ ꝯ ius cõe,vt C.de nox.l.ſi ſerui. ex̃ de cõ-
ſue.c.cum dilectus.ſed hic non ſunt expreſſæ ꝯ ius cõe : quia
in ſtatuto nulla ſit mẽtio ſecundarum nuptiarum,ergo in ca
ſu ſecundarũ nuptiarum ſeruabitur ius cõe.C.ad tertu.auth.
defuncto.in ſi. ſecundo, quia ſtatutum debet intelligi de eo,
qui teſtari poteſt,C.de ſac.ſan.ec.l.1. ſed ille, qui tranſiuit ad
ſecunda vota,non habet in hoc teſti factionem:immo eſt pro
hibitus teſtari hoc modo, vt d.l.hac edictali.§.ſi vero. ibi tan
quam non ſcriptum &c. Tertio,quia ſtatu.diſpoſuit,ꝙ nõ exi
ſtentibus maſculis filiæ non defraudẽtur in iure ipſarum:ſed
ius legis hac edictali.eſt ius ipſarum : ergo illud ius eſt eis re-
ſeruatũ. & ſic vr̃, ꝙ dicta filia primi matrimonij habeat ius ꝯ
dictã nouercam.In ꝯrium vr̃ tribus rationibus ſumptis ex ver
bis ſtatuti. Prima ratio eſt ex verbo adijcientes quod eſt ver-
bum extenſiuum,& augmentatiuum,vt extra de elec.c.ſtatui
mus.li.6.& ideo non remanet in finibus ſtricti ſermonis:ſed
aliquid vltra dẽt operari.l.ſi qñ.ff.de leg.1.ad mun.ff.de vſu.
l.ſtipulatus.Secunda ratio eſt ex verbo, ſemper in omni.quæ
verba ſunt vniuerſalia affirmatiua,vt omnes amplectantur ca
ſus.ſo.ma.l.1.in verbo ſemper, & vbique.§.manda.l.a procu
ratore.de ver.ſig.l.cum quærebatur.Tertia rõ ex illis verbis,
dum tñ in legitima non grauetur. credo, ꝙ verba ſtatuti de-
beant ſic ſtare, vt aliquem ſonum habeant in intellectu, vt ff.
de leg.2.l.cum pater.§.cum imperfecta.tunc arguo ſic:legiti
ma dicitur,quæ iure naturæ debetur.nam portio,quæ accre-
ſcit ex.l.hac edictali.non eſt debita iure naturæ: nam in legi-
tima computatur,quia tanquam debita percipitur, vt elegan
ter no.gl.in d.§.optimè.de oup.l.ſtatutum.ergo vult filias in
omni caſu eſſe contentas legitima,ergo de alijs bonis permit-
tit patri liberè teſtari.C.de inoffi.teſta.l.cum quæritur. & ita
teneo,quia quod de legitima patri prohibetur,de toto alio cõ
cedi videtur.& verba ſtatuti dicunt,in omni alio caſu.vñ ſta-
2 tutum non diſtinguit,nec nos diſtinguimus:quia † interpre-
tatio diſtrictiua in lucro captãdo non habet locũ in ſtatutis.
Adde conſilium ſequens.

CONSILIVM CCCCXLV.

1 *Adulterium quomodo probetur.*
2 *Legatum quomodo probetur.*
3 *Roſellus amator veritatis.*
4 *Legatarius an perdat legatum,ſi opponat adulterium legãti.*
5 *Dotis lucrum an perdat vir, qui adulteram vxorem in domo reducit.*
6 *Contraria allegans an ſit audiendus.*

Super prædictis optimè eſt allegatum per
excellẽtiſſimum doctorem
dñm Bal.Item per egregium virum dñm Marcum. ſed vt di-
cit gl.C.de reſcin. ven.l.ratas.poſito,ꝙ non expedit,ſequitur,
quod non oportet. ſic ſæpius ſit:ſed adhoc,vt ſic non ſiat,op-
1 timè eſt diſtin.in puncto mihi præmiſſo plura quærendo.† Et
ad primum quæſitum,vtrum adulterium nullum ſit probatũ
multum ſubtiliter,& benè,allegat dñs Marcus in ſuo cõſilio,
ſed ego breuiter me expediam ſine multitudine allegationũ.
& dico,ꝙ adulterium,nec verè, neque præſumptiuè eſt legi-
timè probatum.eſt.n.ſolum probatum , ꝙ ſer Laurentius ſer
Pauli Vencan.vxorem,videlicet dñam Lenã,& ꝙ vx.ſer Pau.
dixit,ꝙ non erat ibi,& ꝙ ipſe intrans rixatus fuit cum agabi-
to: & ꝙ agabitus fuit cũ caligis diſſolutis: & ꝙ vxor ſer Lau-
rentij exiuit domum verecunda, & ꝙ voluit ſer Laurẽtius eã
interficere,& quædam alia ſimilia. certè ex prædictis non eſt
probatum ipſam dñam Lenam adulterium commiſiſſe cum
dicto agabito,quod ſtatutum,& ius cõe requirunt ad hoc, vt
vir dotem lucretur.nam dictum obſcurũ ſemper ꝯ producen
tẽm teſtem interpretatur.extra de proba.c.in præſentia.no.de
teſti.c.cum clamor.Item dictum,quod de neceſſitate non cõ
cludit,non iuuat producẽ.C.vnde legi.l.non ob hoc.de pro-
ba.l.neque natales.& d.c.in præſentia.ſed dicta iſtorum teſtiũ
ſunt obſcura,& neceſſariò non concludentia adulterium, vt
probabo,ergo &c. ſicut obſcurè,& neceſſariò non concludẽ-
tia adulterium,vt patet ad ſenſum,quia poſſibile fuit,& om-
nia prædicta,& plura fuiſſent, & tñ adulterium non cõmiſiſ-
ſet.iſta ſunt clara, ꝙ ſunt obſcura,& neceſſariò non concludẽ-
tia præſumptione,& tali præſumptione,quæ ad condẽnationẽ
ſufficiat.do.Marcus multũ ſubtiliter laborauit,& quicquid di
ci potuit,dixit: ſed ſalua reuerentia illius valentiſſimi viri nõ
cõcludũt neceſſariò,nec ẽt p̄ſumptiuè,nã vt ſ.dixi,qñ res po
teſt aliter ſe habere,ẽt p̄ſumptiuè fuiſſet,ex eo,ꝙ inuenit aga-
bitum cum d.Lena in domo,de quo, vt dicunt teſtes, aliàs ha
buit malam præſumptionem. & quia oſtium erat firmatũ , &
negauerat d.Clara,ꝙ ibi non erat,& inuenit Agabi.cũ caligis
diſſolutis,& diſpectoratũ,ita ꝙ iuſtè poterat ſuſpicari,ꝙ iuiſ-
ſet gratia adulteræ. vr̃,ſed præuentus ab eo implere non potuit,
ex quo ſolo fuiſſet motus ꝯ eum. Itẽ iuſtè potuit ex hoc ſuſpi-
cari,& rixam feciſſe, ex quib. omnibus ita potuerunt eſſe ſu-
ſpectiones:& quia inuenit eam inhoneſtè, ſicut fuiſſet adulte
ratai meritò cum per prædicta teſtes ẽt præſumptiuè, nec ne-
ceſſariò non concludunt adulteriũ fuiſſe commiſſum : quod
patet, quia pp aliud potuit eſſe, vt ſupradixi, non probant ẽt
præſumptiuè adulterium fuiſſe commiſſum:quod ſtatutum
expreſsè requirit, maximè cum duę volunta. cum in ꝯrium
ſit iuris præſumptio : quia nemo præſumit immemor ſalutis
æternæ. vt C. ad l.Iul.repetund.l.ſi. nec eſt verum rectè inſpi-
ciendo,ꝙ fama adulterij legitimè ſit probata.nam licẽt teſtes
videantur hoc dicere,nullus,qui interrogatus,quid ſit fama,
vel quot homines faciant famam,dicere ſciat.& nemo poteſt
probare eſſe,ꝙ quid ſit, ignoret, cum teſtimonium ſuum de-
beat ſenſu percipe, vt C.de teſt.l.teſtiũ.& extra eo.c. cum cau
ſam.& ibi per Inn. Præterea omnes excepto vltimo dicunt in
terrogati, quõ ſciunt , quia publicè dicitur. non dicunt ſe pu-
blicè dici audiuiſſe:& ſic non probant: quia nõ dicunt, quo
ſenſu corporeo perceperunt.iuxta no. per Bar.ff. de quæſti.l.de
more.§.ſi.in quæſtione illa qualiter fama probabitur.& ſic cõ
cludo adulterium nec verè, nec præſumptiuè fuiſſe probatũ,
ita ꝙ dictum ſer Laurentium habeat releuare.pro hoc faciat,
ꝙ ſer Laurentius ipſam reducit in domo. Item quia in morte
ſua.ſ.dñæ Lenæ aſſeruit ſe teneri ad dotem reſt. vt probant te
ſtes ſui,& ſic credendum eſt, ꝙ non credebat ea cauſa prædi-
diſſe dotem,& per conſequens adulterium commiſiſſe. nã ne
mo vr̃ dicere, quod mente non gerit, vt ff. de ſup.le.l.labeo.
2 † Circa ſecundum an ſit legatum, probatur,primo præmitto,
ꝙ legata poſſunt nutu relinqui, vt ff.de lega.3.l.nutum. Item
adulter interrogatus. vt C.qui teſt.face.poſ.l.hac conſultiſſi-
ma.& §.at cum humana.no.de teſta.l.iubemus. Itẽ ꝙ ſufficit
dicere ſic,& vr̃ ad interrogata reſpondere. vt ff.de ver.ob.l.1.
§.ſi quis interroget.de interr.ac.l.ſi deſen.§.qui interrogatur.
cum ſi. Modò dubiũ ſolum facit primus teſtis , qui in verbis
3 ab alijs diſcrepat.† ego autem,qui ſum amator veritatis,dico
legatum fore probatum: & intelligo dictum primi teſtis,qui
recitauerit effectum veritatis mentis teſtatoris, non verba, vt
reducatur ad concordiã cum alijs: quod fieri debet, vt extra
de teſt.c.cum tu.nam & vnus Euangeliſtarum dicit, ꝙ Chri-
ſtus dicit,mitte gladium in vaginã:& alius dicit,ꝙ dixit mit
te in locum ſuum:tñ nõ ſunt diſcordes,quia ſpiritus ſanctus
non habet diſcordiã,ſed intelliguntur quãtum ad ſenſum,&
eundem effectum , quia vagina eſt locus ſuus. Itẽ quod vnus
omiſit,& alter ſuppleuit.& ſic non ob. ſi vnus dicat ſic,alter,
ꝙ bis dixit ſic : & maximè pp longitudinem temporis. & ſic
non eſt mirandum de proprijs verbis, ſi non recordantur:cũ
per decennium inducatur obliuio, vt no.C.de acqui.poſ.l.li-
cẽt.ff.de vſuc.l.furtũ.§.1.ꝙ fuerit ſanæ mentis,præſumitur,
maximè

maximè cum ad interrogata reſpondit, & maximè quia hęres erat ibi præſens, & nihil dixit. reclamaſſet. n. ſi ipſam non ſanę mentis vidiſſet: cum nemo præſumatur ſuum iactare, vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. & hanc partem in iudicádo tenerem. Illud nullo modo credo, ꝙ habuerit vim pacti deliberatorij: cũ ex hoc præſumatur donatio, quæ inter vi. & vx. prohibitiua eſt. vnde præſumitur potius, ꝙ per viã relicti, vt ff. pro ſo. l. meritu. cum ſi. ſed forte iſto caſu morte nõ affirma
4 retur, vt ff. de dona. inter. vir. & vx. l. Pap. Super tertio, † an ſer Laurentius perdat legatum pp excep. adulterij, dico, ꝙ ſic. ꝙ diffamauit eam de crimine peſſimo poſt mortem ſuam: & ſic perdit legatum, ẽt ſi iuſtè feciſſet, vt ff. de his, qui. vt indig. l. 1. ſed animaduerto, ꝙ eſt maxima differẽtia, qñ legatarius facit in vita teſtantis: quia tunc perdit legatum tanquam ex mutata voluntate teſtatoris, vt un. C. de fideiuſ. l. fideiuſſor. tunc remanent penès hæredem. ſic intelligitur. l. 3. §. fi. ff. de adim. le. de his qui. vt indig. l. ſi inimicitiæ cũ ſi. niſi feciſſet cũ aliquo colore iuſtitiæ pro ſuo intereſſe: quia tunc applicaretur fiſco. vt d. l. ſi inimicitiæ in ſi. & ibi per Bart. & latius eo. tit. l. fi. ſed qñ poſt mortem, tunc non perdit legatum ipſo iure, ſed auſertur ab eo tanquam ab indigno per ſententiam, & fiſco applicatur vt l. pap. §. meminiſſe. ff. de inoſ. teſt. & ſic cum non perdit legatum ipſo iure, dña Ioanna hæres nõ poteſt alterare de iure ſiſci ad repellendum ſer Laurentium. hic eſt caſus, & gl. no. ff. ſa. her. l. his cõſequẽter. §. ſed an ſam. facit quod no. Bar.
5 in d. l. fi. de his, qui. vt indi. circa ſi. & quod ibi no. Ray. † Super quarto, an quia reducit, perdat lucrum dotis &c. quia teneo, ꝙ adulterium non ſit probatum, nec eſſet neceſſe diſcuti ſed poſito, ꝙ eſſet probatum, credo dñm Bal. verum dicere, ꝙ modo per hæc non poſſit opponere p iura p ipſum allegata. nec ob. ꝙ ſtatuta non recipiunt interpretationem reſtrictiuã, ne quis dãnum indebitè patiatur, ſecundum doctrinã Bar. in in l. oẽs pop. & C. de legi. l. non dubiũ. qa poſito, ꝙ ſua doctrina ſit vera, hoc nõ reſtringitur, vt dãnũ quis indebitè patiat: ſed indebitè lucretur. nã cũ iura volunt maritũ lucrari dotẽ pp adulterium vxo. ſi eam reducit, & tenuit, & mores eius nõ accuſauit, indebitè lucraretur, ſi indiſtinctè ſtatutum intelligeretur. nec ob. ꝙ ipſo iure ex forma ſtatuti lucratur: quia cõditionalis. ſ. vbi eam reducat, vt ſtatutũ trahatur ad ius cõe, vt ſupra dixi. ſuper ſexto ſuperius eſt reſponſum: quia cũ debeat auferri ab eo tanquam ab indigno, fiſco debet applicari, vt d. §. meminiſſe. de his, qui. vt indi. & l. claudius cum ſi. Ex prædictis patet reſponſio ad vltimum: quia iuſtam dotis metetur execu. in trecen. lib. in alijs ob. legati exceptio, & tanquã liberationis, ſatisfactionis, & ſic poteſt opponi ex forma ſtatuti: licèt poſtea dictæ trecen. lib. dicto ſer Laurentio relictę poſ
6 ſint ab eo auferri per fiſcum, vt ſupra dixi. † Illud autẽ, quod dñs Bal. dicit, ꝙ auditur ꝯria allegans, ſi modo proponuntur conditionaliter ſecundum opi. Dy. in c. nullus pluribus. non eſt verum de iure: quando opponerem, vtraque exceptio eſt probanda, vt eſt probanda, vt eſt in caſu noſtro, vt latè declaratur per Bart. ff. de excep. l. nemo. & ipſemet Bald. reprobat Dyn. & tenet opi. Ia. de Are. & ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. & fortè ſer Laurentius non allegat contraria.

Et ita vř mihi de iure dicẽdũ Ruſello de Roſellis de Aretio legũ doctori: idõ me ſubſcripſi, & ſigillo meo cõſueto ſignaui.

Super eodem facto, quo præcedens conſilium.

CONSILIVM CCCCXLVI.

1 *Adulterium non poteſt committi niſi in vita adultera.*

2 *Si legatarius poſt mortem teſtatoris committens cauſas ingratitudinis, per quas ipſo iure priuatur, non venit fiſcus, ſed hęres legatarius tanquã caducũ delicto legatarij retinet.*

In Chriſti Nomine Amen.

Si dixi, ꝙ ponderaſſes, ꝯrium nõn cõſuluiſſes tu veritatis ama
1 tor. † Nam adulterium non poteſt cõmitti niſi in vita adulteræ. & ſi vir ꝯ vxorem innocentem hac imaginatione, ꝙ adulterauit, concipit capitalem inimicitiã, non eſt dubiũ, ꝙ eſt capitalis inimicus tacitus, cui vxor non eſt relictura, ſi ſciſſet eum inimicum, & poſt mortem proſecuturum inimicitiam illam & iſta inimicitia eſt in vita vtriuſque concepta; & ideo pp eã legat. nõ habetur pro legato: nec poteſt legatarius petere, quia lega. relinquitur ob meritum, inimicus aũt non meretur, ẽt ſi inimicitiam capitalem in corde contineat, vt l. 3. in ſi. & l. ex parte de adim. le. & de le. 2. l. Lucius. §. Lucius. de manu. teſt. l. teſtõ Centurio. Inimicitia, quæ oriť inter viuos, & poſt mortem detegitur, ſimilis eſt poſthumo, qui rumpit teſtm: & hoc dico quantum ad legatum, & fideicommiſſum, ſecus quo ad hæredis inſtitutionem, vel ſucceſſionem inteſtati: quia tacita voluntate non poteſt quis exhæredari, ſed venit fiſcus, vt d. l. ex parte. in tex. & gl. & in hæreditate loquitur. l. nam & conſequenter. §. 1. ꝙ interficiens teſtatorem ſuccedit in hæreditate: licèt fiſcus auferat, tñ ſecus in legato, quod remanet apud hæredem, & occidẽs non ſuccedit in eo. ff. ſol. ma. l. ab hoſtibus. §. ſi vir vxo. & aduerte tu, quia dixit in inimicitia capitali quę ſuberat tempore mortis teſtatoris non eſt dubium ẽt ſecundũ te, & in hoc ſuberat tẽpore mortis vxoris. hoc non credentis, ſed capitali inimicitia in corde viri iacẽte ex ipſius viri temeritate, cum ſecundum te vxor eſſet innocens, tu ergo tibi ipſi ꝯdicis dñe conſultor frater, & dilecte mi: propterea ego dixi in conſilio, tempore mortis cõtinuatis affirmar. quæ verba in
2 nunponderaſti, vt mihi apparet. † Nunc vltra primum conſilium plus dico, ꝙ ſi legatarius poſt mortem teſtatoris ꝯmittit cauſas ingratitudinis, per quas ipſo iure priuatur, ꝙ non venit fiſcus: ſed hæres legatum tanquam caducum delicto legatarij retinet. & iſte eſt tex. in l. quam allegaui pro caſu in l. 1. de his, q. vt indi. in verbo, caterc. vnde id, quod dicit ibi Bar. ꝙ non eſt verum eo caſu, qñ legatarius offendit mentem legãtis, qui ſi ſciſcet, non legaſſet, arg. ff. de pac. l. tale pactum. §. ſi. vnde conſidera, aut eã ſingis retro in vita defuncti, puta eum non relicturum, & lega. non debetur, ſed ſi poſt lega. quęſi. ſuperuenit indignitas, tunc fiſcus venit. crede in hoc gloſatori. C. de his, qui. vt indi. l. ſororem. nam qui viduã adulterat, præſumitur in vita defuncti machinatus, & perdit legatum. hoc dicit gl. ibi dum allegat. l. 3. in ſi. de adim. leg. quia gl. intelligitur ſecundum. l. quã allegat. & idem not. expreſſiſſimè per glo. & omnes doc. ante Bart. Pe. & Cy. Petrus Dy. But. & omnes. hunc ergo virum, qui odio capitali vxorem in vita, & in morte, & poſt perſecutus eſt, & memoriam eius infamare conatus eſt, nemo dicere põt legato non eſſe priua. l. inimicitię. ff. de his, qui. vt indi. Et ideo iſte eſt ex legato prętenſo, vel nõ, cum deſit mens, vel intentio legãtis, & maximè in caſu noſtro agere non poteſt. Deinde dicit iſte, ꝙ dictum dñi Dy. non eſt verum: ergo nec meũ, qui Dy. ſequor in caſu noſtro. & inducit dictum Bar. ego dictum Dy. recitaui ſolũmodo: non uerò defendo ipſum, & in caſu noſtro adhęreo, & teneo, ꝙ dicit uerum ſicut Euangelium tribus rõnibus. Et primo, quia qñ excipiens intentat crimen, nunquã poteſt ſimul cum exceptione criminis, puta adulterij, vel ſimilis intentare ꝯriã exceptionem: quia criminis allegatio eſt quædã impugnatio: & ideo non poteſt negari, ut de iniur. l. prætor edixit. ſecundo poteſt iurare de calumnia. ſ. ꝙ credit eſſe uerum, ſicut excipit, nã nõ poteſt a periurio excuſari, tex. eſt in c. uult. de iureiur. li. 6. ſed proponit diſiunctiuè eſſe uerã, uel niſi proponat ſecundam contrariam excep. recedendo a prima, ut l. ſi quidem. & l. ar. ff. de cõdi. indebi. & ſi hoc eſt in caſu nřo ab execu. lega. prius præpoſita receſſiſſe, & renuntiaſſe ei uideremr. ff. de mino. l. ſi filius. tertio, quia beneficium aliquod, puta dotis lucrandę uel ſimile nõ poteſt obtineri ab eo, qui negat id quod eſt cauſa eius beneficij. de fideiuſ. l. ſi dubitetur. §. 1. & omnes ꝯdictio eſt perplexa negotio, & nemo poteſt credere, ꝙ utraque pars contradictionis ſit uera; quicunque dicit contrariũ, ſtudeat in animo ſuo inuenire ueritatem, quia nondum inuenit eam. aduerte etiam, ꝙ quando delictum excludit uoluntatẽ legantis, præſumptiuè ibi non confiſcatur lega. ſed perdit legatarius ius ſuũ ope exceptionis, de hoc no. Iac. de Bel. in §. ſi quis aũt non implẽs. ibi, uideas. Et ita dico, & cõſulo ego Bal. de Peru. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſig. mei nois ſig.

Dixi etiam in primo conſilio, ꝙ iſtud legatum nõ erat probatum propter teſtium differentiam, dico realem, quia non concludit dictum unius, quod concludit dictum alterius. & iſte ueritatis amicus non conſiderauit in iure, ꝙ uerba teſtiũ non concludunt in unum finem. & licèt dñs Roſellus re

uera

vera ſit vir optimus, tñ quãdo ſua opinio nõ eſt conformis legibus, nõ debet teneri, & poteſtas caſtelli debet iuſtitiã ſequi.

CONSILIVM CCCCXLVII.

1 *Emptor, qui cogitur compromittere ex forma ſtatuti, habet regreſſum de euictione. Per patrem poteſt remitti denunciatia fienda emptori.*

2 *Dictio, niſi. poſt negationem poſita ponit.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Certum eſt, ꝙ emptor qui cogitur compromittere ex forma ſtatuti, habet regreſſum de euictione duabus rationibus. Prima eſt, quia ex neceſſitate id fecit, vt probatur ratione text. ff. de euic. l. decem. §. ſi compromiſero. Secunda eſt, quia arbiter ſuccedit loco iudicis, vt C. de iudi. l. t. fungitur autem vice arbitri cum condemna. Et poſitn, ꝙ eſſet arbitrator, & arbiter, idem iuris foret: quia iuriſditionem habet per ſtatu. loci. Item certum eſt, ꝙ ſi ius denunciandi eſt remiſſum per pactum, agitur de euictione nulla facta denuntiatione: vt ff. de euict. l. habemus. Item conſtat, ꝙ quando forma vnius inſtrumenti imprimitur alij inſtrumento ex natura relationis ad ipſum, ambo inſtrumenta eaſdem clauſulas, & eaſdem renuntiationes continere videntur. l. hęc ſentẽtia. & l. in ſum. & de condi. inſti. l. inſtitutio. & ff. de hære. inſti. l. aſſe toto. & extra de ver. ſigni. c. abbate. Conſiderandum ergo eſt, ꝙ licèt in inſtrumento, quod fecit palatinus, non contineatur nominatim, ꝙ neceſſitatem denuntiandi per pactum remiſerit, tamen ſatis continetur, dum non vult teneri de gratia eo modo, & forma per omnia, ſicut Gracanellus quõdam de ſupra Gritam: itaque tota ſeries formalis literalis inſtrumenti Gracanelli fuit repetita in inſtrumento Palatini. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ illa clauſula fuit appoſita verbis negatiuis: quia dixit, dummodo ad prædictam conſeruationem non teneatur, niſi & in quantum, & prout, & ſicut, & eo modo, & forma, quibus Palatinus hæres pro medietate dicti Gracanelli de domo prędi-
2 cta præter dictum cellarium.† Nam dicto, niſi. poſt negationem poſita ponit. iuta ſunt vulgaria in §. qui in iure. & l. ac. in c. pactum. per Dy. Præterea poſito, ꝙ requireretur denuntiatio, cum ſi habens ingreſſum de euictione nomen ſucceſſionis, cui habet denuntiare, ignorat, ſufficit denuntiare ad domum. ff. de eui. l. ſi dictum. §. pe. Pręterea error in nomine proprio, cum per nomen appellatiuum conſtat de corpore, non vitiat citationem, neque iudicium. & iſta eſt regula generalis: & expreſsè hoc no. Bar. ff. de leg. t. l. ſi quis in fundi vocabulo. ſed hic conſtat de corpore: quia vnica tantum erat filia Palatini: vnde non poterat intelligi citatio, niſi de ipſa ſola. ff. de lib. & poſth. l. nominatim. ad hnc facit de reb. du. l. qui habebat. ff. de hære. inſti. l. quotiens. ff. de condi. & de. l. demonſtratio. & ſic non ob. ff. de iudi. l. eum, quem temerè. quia ibi citatio nõ erat æquiuoca, & obſcura, cũ eſſet citatus Titius, & eſſent plures Titij: hic autem erat per adiectionem hæreditarij nominis certa, & non erãt plures hęredes, nec plures ſub tutela: ſed tantum eſt vnica puella, quæ rectè fuit citata: vt patet ex prædictis. & iſta veritas eſt.

CONSILIVM CCCCXLVIII. Aliàs eſt caſus.

In Chriſti Nomine Amen.

Factum tale proponitur. Magnificus & egregius miles. d. Bar. de Caſalibus dominus Generalis, & Vicarius Generalis ciuitatis Cortonæ deceſſit, ſuperſtitibus poſt eum dño Franc. filio ſuo ex proprio matrimonio, & etiã dño Raynerio, & Vgutio filijs ſuis ex ſecundo matrimonio, condito per eũ teſtamento, in quo ſuos hæredes generales, & vniuerſales æquis portionibus inſtituit prędictos dominum Franc. & dominum Ray. & Vgutium filios ſuos legitimos & naturales. deinde durãte cõmunione inter dictos fratres. Idem dñs Franc. fuit cõſtitutus dñs generalis, & Vicario Imperialis dictæ ciuitatis: proponitur etiã, ꝙ nulla facta diuiſione inter dictos Fratres, ſed durante communione in ſimul familiariter habitantes, & ipſis domino Rayne. & Vgutio exiſtentibus minoribus 25. prędictus dominus Fran. creauit Ioan. Guelfi de Florentia factorem, & maiorem negotiorum geſtorum geſtorem ad manus eius Ioannis per tempora plura, & vſque ad tẽpus mortis ipſius domini Fran. ſuperſtitibus poſt eius mortẽ Nicolao, Ioan. & Frãciſco Senenſe eius filijs, & hæredibus vniuerſalibus inſtitutis ab eo, & etiam ſuperſtitibus prædictis domino Raynerio, & Vgutio eius fratribus: fuit ergo durante cõione prædicta electus, & factus prædictus Nicolaus Io. d. generalis, & Vicarius Imperialis dictæ ciuitatis Corton. cuius etiam tempore prędictus Ioan. per plura tẽpora adminiſtrauit bona prædicta: durante cõione prædicta deceſſit etiam dictus do. Rayne. condito teſtõ, in quo ſibi hæredes inſtituit dictam Beatricem eius matrem, & olim vxorem prædicti dñi Bartholomęi. demum deceſſit prædictus Nico. Ioan. poſt eius mortem fuerunt electi, & facti dñi generales dictæ ciuitatis Corton. Vgutius, & Fran. Senenſes prædicti, & Alionigie filius, & hæres prędicti Nicolai Ioannis, quibus Franciſco Senenſi, & Alouiſero tanquam pupillis fuit conſtitutus tutor quidam Antonius Guidonis de Cort. durante cõione prædicta, nulla facta diuiſione inter prædictos fratres, ſeu eorum hære. verum eſt etiam durante communione prædicta, ꝙ dictus dñs Franciſcus fecit aliqua depoſita in flore. & empt. fecit ſuo proprio nomine, ex quibus fructus, & cenſus perueniebant ad manus dicti Ioannis factoris, & maiorũ negotiorũ geſtoris. verum eſt ẽt, ꝙ dictus dñs Bartholomęus deceſſit in dñio, & vicariatu dictæ ciuitatis Cort. & in omnibus bonis, & iuribus ſuis ſibi hæredes vniuerſales inſtituit dominum Franciſcum, dominũ Raynerium, & Vgutium æquis portionibus. ꝙ pater in dñio pdicto eſſe voluerit dictos eius filios, apparet in ipſo teſtamẽto, ibi dũ dicit. Item reliquit dominam Beatricem vxorem ſuam dominam maiorem, & Maſſariã in domo ipſius teſtatoris & c. quia in manibus dictæ dominæ Beatricis ſuæ vxoris, & matris ipſorum domini Raynerij, & Vgutij diſpoſuit, & eſſe voluit cũſtodia, & gubernatio pro ipſis heredibus omnium fortaliciorum dictæ ciuitatis Cort. & quoruncunque aliorum bonorũ ipſius teſtatoris: a quibus poſtea dictus Franciſcus ipſam priuauit, & ad ſuas manus reduxit. præſupponitur etiam, ꝙ prędicti dominus Franciſcus, & dominus Raynerius, & Vgutius fuerunt hęredes prædicti domini Bartholomęi eorum patris, & eius hæreditatem acceptauerunt: & ſe pro hæredibus geſſerunt dicti eorum patris vigore teſtamenti prædicti. Modò prædicta domina Beatrix tanquã hæres teſtamentaria prædicti domini Raynerij, & etiã prædictus Vgutius eorum proprijs manibus, ac etiam prædictus Antonius tutor, & tutorio nomine prædictorum Franciſci Senenſis, & Alouiſij volunt conuenire prędictum Ioannem Guelfi, vt eiſdem dictis nominibus, & modis interueniẽtibus reddat rationem adminiſtrationis dictorum prouẽtum, & introituum cum reliquorum reſtitutione: videlicet eidem dominæ Beatrici hęre. prædictę pro tertia parte, eidem Vgutio pro alia tertia parte, ac etiam eiſdem Antonio tutori prædicto rationibus prædictis Franciſco Senen. & Aloigio pro alia tertia parte: cum de prædictis nullam reperitur reddidiſſe rationem eiſdem. Quæritur ergo, vtrum dictus Ioannes conſtitutus, vt ſupra maior factor, & negociorum geſtor teneatur reddere rationem cum integra reliquorum reſti. eiſdem dominæ Beatrici hære. prędictę pro tertia parte, & Vgutio prædicto pro alia tertia parte, nec ne: de omnibus introductoribus bonorum communium prędictorum domini Franciſci, Raynerij, & Vgutij, & hęredi. ipſius domini Bartholomęi, & ſpecialiter omnium introituum dictæ ciuitatis Cort. & omnium fructuum, ſeu cenſuum omnium, & ſingulorum depoſitorum in flore. & emp. factarum per dictum dominum Franciſcum ſuo nomine, conſideratis prædictis, & etiam conſiderato, ꝙ fratres durãte communione inter eos tenentur communicare fructus, & prouentus bonorum aduentitiorum, & aliorum quoruocunque bonorum per aliquem eorum acquiſitorũ: & quia ipſa bona acquiſita, atque dominia videntur profectitia eſſe ex ſubſtantia paterna, & de bonis communibus ipſorum, & opere fortaliciorũ, & dñij patris ipſorum. ſ. eiſdem dñi Bartholomęi. Vltimo inquãtum dñs Ioannes teneatur reddere rationem prædictam, & nullam reddit rationem, quia fortè doloſè non oſtenderet libros rationum, quia dictus Ioannes tempore, quo fuit electus

ctus factor maior, nihil de ſuo proprio habebat in mondo, & modò ſit effectus valde diues poſſeſſionibus, pecunia, & mercantijs, & debitoribus, atque mobilibus fortè aut ex prouētibus prædictis præſumendo, atque ſolitus erat tempore dictæ adminiſtrationis cū ipſiua prouentibus exercere aliquas mercantias, & inde lucrum percipere: & præcipuè cum tempore mortis eiuſdem domini Franciſci totom theſaurum remāſit, & erat in manibus dicti Ioannis, vtrum prædicta domina Beatrix, & Vguous, & Autonius tutor ipſas poſſeſſiones, pecuniā mercantias, debitores, atque mobilia exiſten. tunc penès dictum Ioannem obtentas per eum poſſint vendicare, uecne, tanquam bona reſciſa, vt ſupra de iure, pertinentia ex cauſis prædictis: vel quid petere debeaut a dicto Ioanne non reddente rationem prædictam. Quomodo verò petatur redditio rationis dictę adminiſtrationis, aot dictæ poſſeſſionis, vel aliod a dicto Ioanne in caſu, quo prędicti habeāt ius, ſundetur per vos, petimus coram arbitris in forma iuridica.

CONSILIVM CCCCXLIX.

1 *Negociorum geſtor an, & quando, & qua actione teneatur reddere adminiſtrationis rationem.*

2 *Negociorum geſtor non præſumitur ditatus de bonis dominorum, niſi probetur.*

In Chriſti Nomine Amen.

mutatur. Et ideo eſt veritas, q illi infanti ſorores non fuerant
pupillariter ſubſtitutæ: ſed tantum in mille libris relictis pro
dote. In iſta igitur quantitate mille librarum habet locũ ſub-
ſtitutio ſuperſtitum ſororum decedente Ioanna, quia nemo
eſt ſibi pupillariter ſubſtitutus, ſucceſſit ei ab inteſtato domi
na Veronica pro tertia parte, & domina Leonarda, ſi hæredi-
tatem Ioãnæ adiuit, pro alia tertia parte. Quòd autem adiue-
rit, patet per teſtamentum dominæ Leonardæ, quæ diſpoſuit
de ſucceſſione Ioannæ: nam in teſtamento poteſt adiri hære-
ditas delata teſtatori. C. de iure deli. l. ſi auia. Eſt verum, quod
quia do. Veronica tranſiuit ad ſecundas nuptias, perdit pro-
prietatem, & remanet ſibi ſolus vſusfructus eorũ, quæ ex pa-
terna ſubſtantia ad Ioannam eius filiam peruenerunt per exi-
ſtentiam ſui hæredis, vel immiſſionem. C. de ſe. nup. auth. ex
teſtamento. Item eſt verum, q dicta do. Antonia debet hr̃e an
te partẽ quingentas lib. de illis mille ſpecificatis pro dote Ioã-
næ. vnde ſuper primo puncto ita eſt per arbitros laudandum,
quòd de portione tertia hæreditatis Petri, quæ pertinebat ad
dictam Ioannam, dicta do. Antonia in primis habeat quingẽ
tas lib. reſiduum vero totum pertineat ad dictam d. Antoniã
iure proprietatis: quo ad vſumfructum vero pro dimidia per
tineat ad d. Veronicam præſtita cautione de vtendo fruendo
arbitrio boni viri & de reſtituendo finito vſufructu: & alia di
midia vſusfructus pertineat ad do. Antoniam liberè. Et hoc
4 de primo puncto. † Super ſecundo puncto dicendum eſt,
quòd do. Leonarda potuit matrem ſuam hæredem vniuerſa-
lem inſtituere: nec nocent in hoc ſecundæ nuptiæ, vt d. auth.
ex teſtamento, primo reſponſo, & in hæreditate dictæ domi.
Leonardæ ſunt quingentæ libræ de mille lib. relictis Ioannæ:
quia dies ceſſerat, antequàm dicta domi. Leonarda morere-
tur, & facto tranſmiſit. C. de cad. to. §. in nouiſſimo. Item erat
ſua portio hæreditaria hæreditatis paternæ, id eſt tertia pars
hæreditatis Petri, cum onere tamen reſtituendi mille lib. reli
ctas domi. Leonardę pro dote, de quibus eſt videndum, ſi do.
Antonia debet habere illas mille lib. & alia relicta in teſtamẽ-
to dominæ Leonardæ: & certè dico, quòd do. Antonia debet
habere illas mille libras ex teſtamento paterno, & legatam per
ſororem ex teſtamento ſororis, vt l. creditorem. de leg. 2. Et ita
per arbitros iudicandum. Sed hoc verum ſeruando conditio-
nes teſtamenti ſororis: aliàs perderet legata ſibi facta per ſo-
rorem, ſicut in teſtamento cauetur. vt C. de his, qui per not. l.
1. ad Trebel. l. Lucius. §. tres hæredes. verba teſtamenti domi.
Leonardæ ſic dicta, ſi, & inquantum nulla lis, quæſtio, briga,
5 vel moleſtia moueretur &c. † An ſi domina Antonia petit vi-
deri, quid iuris habeat ipſa, & quid iuris habeat in bonis Ioã
næ, & vt ius ſuum vnicuique earum tribuatur, an per hoc di
catur brigam, vel quæſtionem facere. Et dicendum, quòd iu-
re proprio motu debet mille: & ſi nõ vult, eſt in culpa: nec ex
eo d. Antonia incidit in pœnam, quam ius fieri poſtulat. ff. de
verbo. obliga. l. venditores. tamen ſuper bonis a matre poſſeſ-
ſis, vel ſuper adminiſtratione bonorum Ioannæ, quia videtur
quodammodo relicta liberatio matri, ſi peteretur talia, inci-
6 deret in pœnam. † Sed hic dubitatur, an ignorans incidat in
pœnam, vel ſi ſit contra conditionem ignoranter, dicatur con
ditio defecta: & dicendum eſt, quòd non, quia conditio præ-
ſtatiua ſcientiam requirit. ff. de condi. & demonſtra. l. 2. Im-
plere ergo debet ſoror volũtatem ſororis, & eius iudicio gau-
debit: & loquor in hæreditatibus opulentis. ſeruari igitur te-
ſtamenta conſulo, ſicut ſonant: nec ſunt tranſducendæ, & al-
terandæ teſtantium voluntates. C. de codicil. l. fin. & hoc de
7 ſecundo puncto. † Super tertio puncto conſideranda ſunt ver
ba teſtamenti Petri, quæ talia ſunt, & dictam quantitatem ſex
centarum lib. habeat in denarijs, ſiue in cereatis, ſcilicet ad
electionem dictæ dominæ. Quæritur, an tutores ſine decreto
iudicis potuerint eidem aſſignare pro dicta quantitate poſ-
8 ſeſſiones valentes vltra dictam quantitatem. † Et certum eſt,
quòd teſtator poteſt permittere hanc alienationem etiam abſ
que decreto fiendam. vt l. 2. C quando decre. opus non eſt. &
ſic remittitur ſolennitas: tamen debet fieri precio competen-
ti, vt l. non dubium. §. fin. de legatis 3. & ſi non fuit precium
congruum, debet reduci ad congruum, etiam ſi infra dimi-
diam iuſti precij eſſet deceptio: quia non potuerunt tutores
ſine decreto iudicis eſſe in aliquo latiores, q̃ teſtator voluerit.
l. qui fundum. §. ſi tutor. de vſuca. pro emptore. & iden quate
nus res eſt maioris valoris, eatenus etiam fructus reſtitui de-
bent: quia nõ videtur interueniſſe bona fides ex paruitate pre
cij, argumen. C. manda. l. per diuerſas. ff. de minor. l. & ſi ſine.
& argumen. ff. de iure dot. l. ſiue generalis. Et ita debet per di
ctos arbitros ſuper tertio puncto pronuntiari. Ego Baldus
de Peruſio vtriuſque iuris doctor.

CONSILIVM CCCCLXV.

1 *Commune an poſſit tollere, vel minuere emptoribus gabella-
rum aliquid, vel in eorum præiudicium ſtatuere. & nu. 5.*
2 *Aliud eſt res, aliud eſt precium rei.*
3 *Perempta re locata ad quid tenetur conductor.*
4 *Iura habent ſuas mortes.*
5 *Gabella ſi auferatur ab emptoribus, qui emerunt a communi-
tate, vel aliquid ſtatutum ſit a communitate in eorum
præiudicium, an teneatur communitas ad damnum, & quid
de lucro.*

In Chriſti Nomine Amen.

Præſuppoſito tenore ordinamenti editi ſuper eleuatione ter-
tiæ partis gabellæ macinatus pro anno præſenti incepto die
15. menſis Iunij proximè pręteriti comitatenſibus Peruſij, &
ſoluentibus, & comitatenſibus, & abſolutione, & exceptione
a dicta tertia parte, & ſi aliquid ſoluiſſent de dicta tertia par-
te, in alijs ſolutionibus reſtaurentur. Et emptores pro dicta
tertia parte pro dicto anno intelligantur, & ſint abſoluti, &
pro dicta tertia parte dictæ gabellæ non poſſint cogi ad ſoluẽ
dum communi. Et quòd dicti emptores non poſſint dictam
tertia partem exigere &c. Proponitur per dictos emptores, &
dicitur, quòd cum commune ademerit eis dictam partẽ ga-
bellæ, quæ taxata eſt ordinamentis gabellæ, idcirco dictam
quantitatem tenetur eis remittere, quantam a comitatenſib.
& habitis pro comitatenſibus dicti emptores pro dicta tertia
parte percepiſſent, ſi percepiſſet mille, commune teneatur eis
remittere mille: ſi centum, centum. Ex aduerſo dicitur, quòd
commune, quod debet fieri remiſſio tertiæ partis precij debi
ti communi, vt quemadmodum eleuata eſt tertia pars gabel-
lę, ita abolita ſit tertia pars precij conuenti: non autem quòd
commune teneatur dictis emptoribus reſtaurare lucra, quæ
inde ſunt facturi. Quæritur, quid iuris: vtrum habeatur reſpe
1 ctus ad quantitatem commodi, vel ad qualitatem precij. † Et
videtur, quòd cum ordinamentum iſtud conſideret qualita-
tem, quòd debeat intelligi æqualiter prouiſum reſpectu quã
titatis, non reſpectu quotitatis, vt C. de pactis conuen. Au-
then. æqualitas. Prætérea iſtud ord. debet intelligi ſine dam-
no emptoris. ff. ne quid in loco public. l. 2. §. ſi quis a princi-
pe. C. de eman. lib. l. nec auus. ff. de vſufruc. lega. l. fundi &c.
Pręterea ſicut commune non poteſt in totum tollere commo
da empturi, ita nõ poteſt minuere, iuxta no. in l. quod ſemel.
de decre. ab ordi. fa. cum ſua materia. Prima natura relatio-
nis relatiuæ eſt referre ſuum antecedẽs ſpecificè, non in gene
re, ſi ſit per aliquem in illa oratione, mulier damnauit, quę ſal
uauit. nam de propria ſignificatione non eſſet ſic, nec ſigni-
ficat, ſi Berta damnauit, Berta ſaluauit, vt not. ff. de hæredita.
inſtitu. vbi eſt text. & glo. not. ſi adiectiuum dicas relatiuum
eſt, ergo refert ſe ad tertiam, quam emptores ſunt perceptu-
ri, non ad tertiam, quam ſunt ſoluturi. quòd autem ſit di-
ctio relatiua, & per conſequens ante latæ rei repræſentatiuum
patet per omnes leges, in quibus hæc dictio inuenitur. ff. de
pactis. l. quod dictum. de excuſa. tuto. l. dixit. de actio. & ob.
d. l. cũ infinitis ſimilib. Pręterea ex natura proportionis ęqua-
lis debet eſſe reſtauratio cũ deperdito: & iſtud ordinamentũ
loquitur

loquitur teſtauratiuè, ſicut lex dicit de ſubmiſ. capit. loco de
mort.& de reno.ſemiſ. vt ff. de vſufru. l. item ſi fundi.§. ſemi-
narios. & ff. de vſufru. l. vetus. Item ex natura contractus eſt,
vt veniat intereſſe in loco, quo induſtria conſideratur. l. 3. in
fi. de eo, quod cer. loc. vel contractus bonæfidei celebratur, de
actio. emptio. l. 1. in princ. C. de ſen. quæ pro eo. l. 1. §. pe. Præ-
terea iſtud ordinamentum loquitur de gabella: ſed aliud eſt
2 gabella, aliud pretium gabellæ, † ſicut aliud eſt res, aliud pre-
cium rei. ff. de rerum permu. l. 1. ff. de contrah. emp. l. 1. aliud
impenſa rei. ff. de condi. & demon. l. quibus diebus. §. 1. vnde
trahere ad iſtam. l. pretium ad conuentum, videtur impoſſi-
bile: quia verba non ſunant hoc. Et iſtæ ſunt ſex rationes, quæ
faciunt pro emptoribus contra commune. Modo videamus
ea, quæ pro communi faciunt, vbi eſt conſiderandum, quòd
iuriſdictio gabellandi eſt communis Peruſio, & ipſa gabella
debetur quo ad directam obligationem a communi Peruſij,
exercitium vero eſt apud conductores, ſeu emptores, vt l. 1. ff.
de loc. pub. fruen. & de procura. l. qui ſtipendia. ff. de furt. l. ſi
apes. §. fin. Et perempta iſta gabella in perſona communis eſt
perempta ipſa ſubſtantia rei locatæ, vt ff. de leg. 3. l. 11. §. ſi rē.
verſicu. hic enim. ſicut enim gabella ex lege oritur, ita contra-
ria lege cauſatur. C. de edic. diui adri. l. edicto. in princi. nam
illa vigeſima inducta ab adriano erat quædam gabella, ſcili-
cet 12. dena. pro lib. quæ caſſatur a Iuſtiniano, ita vt modo in
rerum natura non ſit, nec allegari poſſit. C. de no. codi. confi.
3 l. 1. §. ſed ſi quæ. & ibi not. † Ex hoc ſic arguo, ſicut perempta
ſubſtantia rei locatę non tenetur locator, niſi ad remiſſionem
mercedis pro rata temporis, quando ſubſtātia conſiſtit in cor
4 pore, ita quando ſubſtātia conſiſtit in iure. † Nam & iura ſuas
mortes habent. & hęc probantur. ff. loc. l. ſi quis domum. §. 1.
vbi perierat ius, ſed non res. & l. habitatores. & l. ſi fundus. &
plenè not. eo. tit. l. ſi vno. §. item cum quidam. & ibi ponitur
exemplum de re perempta, & qn̄ domus ſunt exuſtæ. & iſta
ſunt veriſſima de iure communi. dices aliquis, iſta ſunt vera,
niſi facto locatoris hoc accidat: quis propter factum ſuum te-
netur ad omne intereſſe. Sed hic eſt aduertendum, & diſtin-
guendum inter factum neceſſarium, ſeu quod de iure debuit
fieri: & inter factum de facto, ſeu voluntarium, quis factum
ex neceſſitate non culpatur. & in iſto contractu id, quod non
eſt culpa, non venit, vt l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. com-
mo. & ff. loc. & hæc diſtinctio vera: ſed hic propter ingruen-
tem neceſſitatem, & comitatenſium paupertatem leuata fuit
tertia pars gabellæ non minus iuſtè, quam pie, vt no. C. de an-
no. & trib. l. indictiones. lib. 11. in vltima glo. Secundo hoc
patet manifeſtè ex verbis legis, quæ dicit, emptores pro di-
cta tertia parte ſint abſoluti. abſolutio enim eorum non eſt a
gabella, quia ipſi non debent communi gabellam, ſed pretiū
gabellæ: iſta enim quota infert ſe ad obligationem, & obliga-
tio ad pretium. Iſta enim reformatio eſt quidam diſtrictus fa-
ctus pro certa parte quotæ, & ideo commune non tenetur eis
deinceps, ſicut in totum eſſet diſtrictū. C. quando lic. ab emp.
diſce. l. 1. ff. de pactis. l. ab emptione. & vt dixi, cū potuit hoc
fieri, vt expreſsè leg. & not. ff. de pub. l. conten. §. agri. licèt gl.
ibi ponat exemplum, quando cauſa naſcitur culpa redempto-
ris. ff. pro ſocio. l. ſi cōuenerit. Prima iſta lex eſt generalis quo
ad totum comitatum: licèt redundetur contra redemptores.
l. Antiochenſium. Tertio hoc patet: quia iſtud ordinamentū
diſponit de ſola liberatione, non de obligatione, vel damnifi-
catione communis: abſurdum enim eſt dicere, quòd commu-
ne Peru. ſuccedat in obligatione comitatenſium, & reputetur
tanquàm vnus ruſticus, vt quod non ſoluit burſa ruſtici, ſol-
uat burſa communis tanto minus accipiendo: & actus agen-
tium non operantur vltra eorum intentionē: & maximè quā-
do dominus diſponit circa ſubditum ſuum, vel debitorē ſuū.
textus eſt not. ff. de pecu. le. l. ſi peculium. §. ſicut. Quarto hoc
patet, quia retrorſum reformatio ſe refert, vt patet per verbū,
incepta &c. vult enim, quòd ex nūc vt retro intelligatur: qua-
ſi dicat, ſine principio remaneat iſta venditio quo ad tertiam
partem. argue ergo ex defectu principij, & inuenies commu-
ne non teneri ad commoda, de quibus quæritur: ſicut quan-
do res redhibetur, commoda medij temporis reuertuntur ad
venditorem. ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. cum redhibetur.

dumtamen emptor in damno non verſetur. eodem titu. l. ędi-
les. §. fin. cum l. ſequen. iſta enim retrofictio redhibitioni, & in
integrum reſtitutioni ſimilis videtur. eodem titu. l. redhibe-
re. in prin. virtus enim, & potentia legis fingentis trahit extre-
mum temporis ad ſuum principium. ff. ad legem Aqu. l. huic
ſcripturæ. & l. ita vulneratus. Quinto hoc patet per ſimile de
hærede grauato, cui minuitur portio. nā pro quota parte mi-
nuitur, pro tota minus præſtat legata, non pro tanta. ff. de iu.
codicil. l. licèt cum ea. quæ lex multum ponderat mentem lo-
quentis. & ita debet etiam in propoſito ponderari ad commu-
ne, ff. de leg. 2. l. cum filius. in princ. ff. de condi. & demonſtr.
l. plautius. §. item ſeruitus. Et confirmatur, quia non minus
debet inſpici natura rei, quàm cortex verborum. ff. de vſur. l.
ſi ſtipulatur. ſed natura reſolutionis in correlatiuis eſt hinc in-
de reſoluere, non augere, vt ff. de accep. l. fin. nam in obligatio-
nibus diſſoluendis non debet eſſe claudicatio, vt not. in l. 1.
ff. de reſcin. vendit. Sexto, quia iſte cōtractus eſt reſolutus per
pęnitentiam: nam hoc caſu pęnituit commune vendidiſſe: &
pęnitētiam ſuam retrotrahit: & factum communis per viam
legis reputatur etiam eſſe factum emptorum ſub vniuerſita-
te ciuium. & ideo ex dicto contractu commune non remanet
obligatum. Præterea iſti emptores petunt id, cuius contrariū
non eſſent poſtulaturi, ſi damna ſperarent: ergo non audiun-
tur. Item cum totius anni vnus fructus ſit, vt ff. ſoluto matri.
l. diuortio. §. quod in ſe mentem. videntur precedentia adhuc
ex futuris pendere propter incertum fructuum euentum, vt
C. de vſur. l. ſi ea lege. Vltimo ſi aliud diceremus, ſequeretur
hoc abſurdum: pone, quòd commune ratione tertiæ partis
debet habere in tribus menſibus. 10. nomine pretij, emptores
autem condicerent 20. a ruſticis, certè ſi excomputarent 20.
haberent gabellam iſtam pro alio trimeſtri gratuitam, ita q̀
pro alio trimeſtri nil veniret ad burſam communis. & certè
conuerteretur venditio ad donationis ſpeciem, quod eſt im-
poſſibile. & ita arguit lex de modico ad multum: & oſtendit
per tale argumentum naſcētem abſurditatem, quæ debet om-
nino vitari, vt ff. de lega. 3. l. offidius. in verſicu. pater interro-
gauit. Ex quibus rationibus pro communi videtur euidenter
concludendum, & dicendum, quòd pro tempore a die legis
conditę commune habeat claram iuſtitiam, ſcilicet remitten-
di pretij pro rata temporis, vt quatenus ceſſat cauſa, ceſſet ef-
fectus. l. domum. de contrahen. emptio. ſed pro tempore ante
legem conditam ad diem contractus emptores habeant ius
ex eorum contractu, qui pro tempore præterito non potuit
infectus fieri ipſis inuitis. l. in bello. §. factę. ſed ipſi vidēdo hac
lege conſenſerunt legi: & pro tempore ante legem conditam
exegerunt ſecundum tenorem ipſius legis reſoluto contra-
ctu retro, vt plenè probatum eſt ſupra ſentio pro communi,
vt fiat exoneratio mercedis. & iſta eſt via plana, & ſine ſpinis
calculi: ſi enim veniretur ad calculum, vt ipſi petunt, domi-
ni priores, & camerarij deberent ponere viſores, id eſt bonos
viros, vel bonum virum, qui non fallit, nec fallitur, vt l. fin. C.
de pondera. auri. & l. 2. C. de vſur. & fruc. lega. & per ipſam re-
formationem conſtat ita vtrique parti veritas, & iuſtitia mi-
niſtretur, & ſoluetur tam bonum publicum, quàm priuatū,
tam emptorum, quàm comitatiuntum. Quod procul dubio ſu-
per damnis eorum fiendum eſt: quia ita dicit reformatio non
obſtat. l. fina. C. de contrahen. emptio. quia ibi ſuper ſubſtan-
tia, hic ſuper cohærentijs, & accidentalibus. ff. de contrahen.
emptio. l. officio. Et talia ſunt prædicta, qualia ſi commune
ſua prædia vrbana vna mercede locaſſet, tandem vnum pro-
hibitione alicuius officialis accepiſſet, vel pro alia neceſſitate
imminente reipublicæ, argumen. C. loca. l. eden. ſecundo re-
5 ſponſo. & verſicu. autem & quod ibi not. † ſuppoſito pro ve-
ro, quòd poſſit auferri ex cauſa de damnis, dico, quòd omni-
no conſeruandi ſunt indēnes pro tempore totius anni. de lu-
cris autem, quæ prætendunt ſe fuiſſe facturos poſt legem cō-
ditam, conſiderandum eſt, quòd hoc male poteſt ſciri: quia
tunc inſtabant tempora periculoſa: & debet inſpici id, quod
erat veriſimile, & quanti pluris vendi potuiſſet: & ſi non eſt
veriſimile, quòd tunc potuiſſet plus, debent eſſe taciti, & con-
tenti: vbi namq; de futuris conſiderationibus tractat, iuſtius
eſt ſpē æſtimare pęnitentialiter, quàm differre caſualiter. ff.

ad Treb.l.1.§.ſi hæres. vbi eſt tex.no.de condi.fur.l.ſi ſeruus. ego tamen credo, quòd poſt legem conditam contractus pro tertia parte ſit diſſolutus hincinde: ſed pro tempore ante legem contractus eſt firmus.C.de fide inſtrum.l.contractus. in fi. & pſuppono legem naturalem,quia publica vtilitas, & ineuitabilis neceſſitas præiudicat priuatæ: non loquor de vtilitate publica quo ad burſam communis: ſed quo ad ſtatum ciuitatis, ſicut hic erat. & ſic non obſtat de pollicita. l. totum. qui & a quibus.l.ſi priuatus. cum ſua materia. & quod not. in l.ambitioſa. per Batto. in ſecunda colum. verſicu. item ex virtute alicuius. Item commune vendidit cómoda legis ſuæ, ex qua impoſita eſt gabella, & lex mutari poteſt, ſi non tranſiuit in contractum: ſed cum tranſiuit in contractum, ſecus, niſi ex magna, & neceſſaria cauſa, ſicut eſt hic.ff. de legat.2.l. qui ſolidum.§.1.cum ſimilibus. Item quia vt dixi, per legem generalem poteſt inferri præiudicium ſingularibus, quando lex in ſe generaliter eſt iuſta, & neceſſaria, ſicut eſt hic. Itẽ qđ ex multis ſubiectis mortalitati pendet, in dubio potius cenſetur damnoſum, quàm lucroſum: & ex hac cauſa minor intelligitur lædi.ff.de minor.l.verum.§.locupleti. vel tãquàm medium ad contraria poſſibilia naturaliter inducatur.C.de trãſacti.l. ſi de fideicommiſſo. vel recurritur ad moderatores.ff. de acti.emp.l.ſi iactum tectis.& in hoc reſideo, quatenus dicta reformatio. Ego Baldus de Peruſio.

C A S V S.

Punctus quæſtionis talis eſt, videlicet Angelutius, & Chriſtophorus fratres, & filij Nicoluuij fecerunt, & reddiderunt ſibi inuicem pacem, & cócordiam, & remiſſionem de omnibus, & ſingulis iniurijs, & offenſis factis, & commiſſis ab vna parte alteri, & econuerſo. Et promiſerunt ſibi inuicem dictæ partes dictam pacem, & concordiam perpetualiter firmam, & ratam habere, & contra non facere, vel venire ad pęnam quinquagita libr.de cuius pœna dimidiam pars, quæ contrafecerit, dare promiſit, & ſoluere parti obſeruanti: & aliam dimidiam theſaurario domini Galeoti: poſt quæ dictus Chriſtophorus offendit dictum Angelutius in via, fecit eũ cadere in terra, ex qua caſura ſanguis exiuit de facie dicti Angelutij, & per dictam in offenſam fuit condemnatus dictus Chriſtophorus in lib.vigintiquinque dictus vero Angelu.egit contra dictum Chriſtophorum, & in termino dato partibus ad probandum dictus Chriſtophorus fecit poſitionem vnam infra ſcripti tenoris, videlicet. Item prædicti Angelutius, & Chriſtophoros, iam ſunt plures anni, connenctunt inter ſe adinuicem ſolenniter, & de communi concordia, quod dictum inſtrumentum pacis, & promiſſiones in eo contentæ eſſent nullius effectus, efficaciæ, vel valoris: & vanum, & caſſum, & vanæ, & caſſæ, & pro vanis, & caſſis habere voluerunt, & declarauerunt: & de prædictis conuentione, & concordia ſimul facta rogauerunt ſer Sanctum ſer Franciſci notarij de burgo, vt publicum de ejs conficeret inſtrumentum. Qui ſer San.ex negligentis ipſius, & morte præuentus omiſit de prædictis publi.vel aliquod, ſeu ſcribere inſtrumentum: quæ poſitio fuit probata, prout videre poteritis per duos teſtes: & non ob. probatione prædicta dictus Chriſtophorus fuit cődemnatus ad dandum theſantario domini Galeoti libras 25.& tantundem dicto Angelu. Nunc vero dictus Chriſtophorus agit contra dictum Angelutium: & petit ab eo ſimilem pęnam, pro eo ꝙ dicit dictum Angelutium percuſſiſſe dictum Chriſtophorũ manu vacua in pectore dicti Chriſtophori, & ꝓbat plenè prędicta per teſtes tres, licèt vnus ipſorum teſtium, antequàm dictum ſuum deponeret, interrogatus a dicto Angelutio, ſi vnquàm vidit, ꝙ ipſe percuſſit dictum Angelutium, prout dicitur in ſua petitione. Reſpondit, ꝙ non præſentibus pluribus teſtibus: & hoc probatum fuit plenè. opponitur per dictum Angel.ꝙ dictus Chriſtoph.non pót agere contra ipſum Ang. vigore dicti inſtrũ pacis, qđ ipſe in ſupraſcripta poſitione dixit, ꝙ ipſi fratres conuenerunt, ꝙ dictũ inſtrũ pacis eſſet nullum, vt præſertim probatum fuit. Quæritur, nunquid dictus teſtis, qui diuerſa tulit teſtimonia, vnum parti, & aliud iudici ſit falſus: deinde nunquid dictus Angelu. poſſit condemnari pro pace rupta in dicta pœna, & vigore dicti inſtrumenti pacis, quod per aliud primo dixit fuiſſe annullatum.

Dubia ſunt hęc, quia dictus Lippus, & Vannutius dicunt, quod non tenentur dicto Bartolutio ad aliquam defenſionẽ, niſi de eis dato, & facto tantum. Secundo dicunt, quòd dictũ ord. quòd quis non poſſit menſurare ſpeltam, & ordeũ, proceſſit de facto, & non de iure: & quòd promiſſio eorum ſuccedit in loco ſtipulationis habere licere. quæ reſpicit ius, & non factum, & ſic dictum ord. eos non obligat, cum de facto proceſſerit. Tertio dicunt, ꝙ dictum ord. non valet: quia tollit ius dictorum Lippi, & Vannutij: quod facere non pót ſine ipſorum facto, & conſenſu. Ex parte vero dicti Bartolutij reſpondetur, quòd prædicti Lippus, & Vannutius promiſerunt eidem Bartolutio inter alia ſe facturos, & curaturos, ꝙ dictus Bartolutius ipſas menſuras ſine aliquo impedimento colligere, & percipere poterit dictos fructus redditus, & prouentus, quæ verba obligant dictum Lippum, & Vannutium tam ad ius, quàm ad factum. Et maximè propter verbũ, liberè. quod eſt in dicta promiſſione. Et propter verbũ, quod eſt ſine aliquo impedimento, & non eſt verum, quòd dicta promiſſio ſe referat ad ius tantum. Secundo dicit d. Bartolutius, quòd dicti priores potuerunt facere dictum ord. ex autoritate, & arbitrio eis cóceſſis. Et quòd ex cauſa poſſunt tollere ius alienum, ſicut eſt in caſu noſtro. Quia ſuperuenit cauſa, quòd commune Peruſ. eget pecunia in abundantia propter cauſas occurrẽtes, propter euentum Papæ, pro defenſione ciuitatis, & comitatus Peruſ. & terrarum ord. recommendatarum. Et ſic valuit dictum ord. cãpionis, & alia ord. inde ſequuta. Tertio dicit dictus Bartolutius, quòd non eſt verum, quòd dicti Lippus, & Vannutius patiuntur aliquid damni ex dicto ordi. vnde percipiunt lucrum, pro eo, quia prius vbi accipiebant tres den. pro qualibet mẽſura, nunc vigore dicti ord. accipiũt tres denar. Et etiam dictus Bartolutius dicit, quòd prædicti Lippus, & Vannutius approbauerunt dictum ord. accipiendo tres denarios pro qualibet menſura vigore dicti ord.

CONSILIVM CCCCLXVI.

1 *Acceptare an dicatur quis ordinamentum ſuper gabella factum ex ipſius gabellæ collectione.*

2 *Publica neceſſitas præfertur priuatæ.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Quia dicti Lippus, & Vãnutius dictum ordinamẽtum acceptauerunt, & ll. iudicium agnouerunt colligendo gabellam, quæ includit ſub ſe omnem gabellam burgorum, & ſuburgorum, & totius ciuitatis, & collegerunt eã cũ emolumento trium dena. vbi ſolum erant duo, videtur dicendum agnoſcẽdo, ſeu acceptando commodum legis, quòd onus legis recuſare non poſſint.ff.de lega.2. l.ex duobus.& l.tertia. §. ſi centum. Nec poſſunt vti contractu facto cum Bartolutio, cum ab eo ſua voluntate deceſſerunt ipſo facto, quo collegerunt gabellam vniuerſaliter, quæ includit gabellam ceſſam.arg.ff. de pac.l.ab emp.ff.de fideiuſ.l.ſi eſt opus.ſicut ſi cedẽs actionem pro aliquo pretio ageret contra debitorem, & vellet pretium pro ceſſione promiſſum. Nam rem venditam, & pretiũ habere non debet. Et ſi dicatur, quòd non valet ſtatutum. Re-

2 ſpondeo, conſenſus partium confirmauit ipſum. † Præterea neceſſitas publica ſingulorum iuribus derogat.C.de rei vendi.l.item ſi verbe.§.1.de cuic.l.Lucius.de excu. tut.l. ſed reprobari.cum ſimilibus. Ego Bal.de Per.V.I.D.conſulo viam dicti ordinamenti ſequendam eſſe. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſig.mei nominis ſig.

C A S V S.

In nomine dei amen. Factum ſic proponitur, meus Stephani Venetiæ de Sarthiano deceſſit nullo condito teſtamẽto ſuperſtitibus ſibi Ioanna, Petro, & Antonio ſuis filijs, & hǣdib. & ſua vxore, & matre pdictorũ, & Gherio Petri Arẽgerij auo materno prædictorũ Ioanne, Petri & Antonij: poſt hæc dicta domina Maria mater prædictorum tranſiuit ad ſecunda vota: deinde prædictus Gherius auus prædictorum aſſumpſit tutelam dictorum ſuorum nepotum, & hæreditati eorum nomine ſe immiſcuit. Poſt hæc Petrus prædictus deceſſit æta

ris 7. anno. ſuperſtite ſibi Ioanna, & Antonio fratribus ſupradictis, & dicta domina Maria eorum matre, & Gherio eorum auo prenominato: poſt hæc dictus Gherius tutor maritauit dictam dominam Ioãnam de bonis heredi. dicti ſui patris. Deinde deceſſit do. Anto. ętate 10. an. ſuperſtitibus do. Ioanna eius ſorore nupta, & dicta domina Maria eius matre, & dicto Gherio auo, & tutore, & poſſeſſore bonorum dictarũ hæredi. Deinde Gherius auus prædictus adiuit hęred. prędictorum mortuorum, & poſſidet omnia bona. Modo inſurgit quęſtio inter dictum Gherium auum prędictum ex vna parte, & dominam Ioannam ex altera parte, & dictam dominam Mariam matrem prædictorũ ex altera: & quilibet ipſorũ vult hęreditatem dictorum mortuorum. Queritur, quid iu. An ad dictum Gherium auum maternum, an ad dictam d. Io. ſororem carnalem prædictorum, an vero ad dictam domi. Mariam eorum matrem pertinere debeant. Viſis iſtis ſtatutis dicitur pro parte Gherij prędicti, quòd ad eas non adiuerunt hæreditatem prædictorum infra tempus a iure inſtitutum, vt debuerunt de iure.

CONSILIVM CCCCLXVII.

1 *Excluſa matre a ſucceſſione filiorum extantibus agnatis vſque in ſecundum gradum, an etiam intelligatur excluſa auia ex ratione ſtatuti.*

In Chriſti Nomine Amen.

De iure communi tantum ſuccederet fratribus in tota proprietata bonorũ olim patris ſui, quæ peruenerunt ad fratres ſuos, videlicet ad Petrum, & Antoniũ, & dicta Maria, quia trãſiuit ad ſecundas nuptias, ſuccedit in ſolo vſufructu medietatis dictorum bonorum peruentorum de bonis mariti ad cõmunes filios, vt C. de ſecun. nup. auth. ex teſtamento. verſi. ſed eorum Gherius autem in nullo ſuccederet: quia mater puerorum præcedit auum, vt C. ad Tertul. authẽ. defuncto. ibi, ſalua gradus prærogatiua. ſed per formam ſtatu. Sarthiani dicta mater in nullo ſuccedit filijs, ſed ſuccedunt ſibi proximiores coniũcti vſq; in ſecundum gradum ſecũdum formam ſtatuti, vt patet
1 in ti. q mater non ſuccedat. ver. ſed ſuccedant &c. † Videndũ ergo excluſa matre per ſtatutum, vtrum ſuccedat auus, vel ſoror, cum vterq; ſit in ſecundo gradu. & vr, q ſoror non ſuccedat: quia dotata, vt in alio ſtatuto, quod mulier dotata &c. & ſic ſuccedat ſolus auus. Econtra q auus maternus nullo modo ſuccedat, ſed ſola ſoror, nam ſtatutum, quod excludit matrem, vr & auum, & omnem vlteriorem excludere: quia vr factum fauore agnatorum, vt no. doc. C. de adul. l. publ. Et licèt auus ſit in ſecundo gradu, & contineatur ſub illis verbis ſtatuti ibi, vſq; in ſecundum gradum. tñ mens, & ratio ſtatuti alia vr eſſe, quæ præualet. ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. Nec obſt. quod not. doc. in d. auth. defuncto. ſ. q frater, vel ſoror non excludit auum: quia illud eſt verum de iure cõmuni. Sed per formam ſtatuti, ex quo mater excluditur, multomagis auus maternus, vt no. Cy. in l. 1. in 5. q. C. quæ ſit lõ. conſue. & ita tenebat d. Ryz. de Mal. Item non ob. ſorori, q dotata, quia non a patre. Item nec obſ. perſona, quæ poſſit eã excludere. nec loquitur ſtatutum in caſu noſtro. Sed vr, q ſuccedat ęqualiter ſoror, & auus maternus: quia matre excluſa de iure cõi ſic ſuccedunt: nec per ſtatutum diſponitur expreſsè contrarium: vnde cum ius cõe non inueniã correctũ, ei ſtabo, nec ratio ſtatuti non ſcripta poteſt corrigere legem ſcriptã, vt no. C. de ſac. ſan. eccl. auth. quas actiones. Item ſtatutũ debet trahi ad ius commune, vt no. C. de nox. l. 2. Sol. licèt in hac quæſtione ſint variæ opiniones, tamen conſideratis dictis, & allegatis hincinde, puto ſororem ſolã ſuccedere excluſo auo materno ex mente ſtatuti: nam ratio legis, vel ſtatuti eſt ipſa lex, vel ſtatutum, vt no. de condi. & de. l. cum tale. §. pe. & l. quoniam iur. de in ius vocan. cum ſi.

CONSILIVM CCCCLXVIII.

1 *Libellus præſumptiuè concludens an ſufficiat.*

In Chriſti Nomine Amen.

Viſa petitione porrecta per Ballutiorum filium quondam Salutij be Ful. contra Lillum Tilli de dicto loco coram nobili, & ſapienti viro domino Iacobo de Spoleto Vicario &c. contra quàm petit dictus Ballutiorus per dictum domi. Iacobum prędictum Lillum remedijs iuris cogi, & conſtringi &c. nec in dicta petitione declaratur, q petat ipſum condemnari. & viſo ſtatuto communis Fulginei poſito ſub Rubrica, q poteſtas de contractis non ſcriptis faciat fieri publica inſtrumẽta &c. Dico breuiter de iure dicendum dictam petitionem tã de iu-
1 re communi, quàm ex forma dicti ſtatuti procedere. † Quod probo ſic, certum eſt, q de iure communi etiam in cauſa ciuili libellus ſine concluſione procedit: iſtud probatur per l. omnes. §. Luc. & ibi gl. quæ incipit, in libello tuo &c. ff. de his, quę in frau. cre. & ibi per do. Franciſcum Tingrutium de Piſis, allegat ad hęc. l. Paulus. §. quęrere. ff. de bonis lib. hoc etiam tenet Guliel. de cu. in l. edita. circa fi. C. de eden. ibi idem dico, ſi non narratur factum, vt ago contra te ad librum ex empto. Certè dico, q iſte libellus procedit: nec eſt neceſſe enarrare illud &c. alleg. glo. in corpore Auth. de exhib. reis. §. Sancimus. vbi glo. tenet hoc expreſsè, de quo plenè per doc. in l. minorũ. C. in qui. cau. in inte. reſti. non eſt neceſ. nam ſufficit, q libellus pręſumptiuè concludat, vt not. glo. in pręalleg. §. Luc. ſed ſi libellus ſine concluſione procedit multo magis debet etiã cum inepta concluſione procedere, arg. l. j. §. 1. C. de rei vxo. ac. præterea ſi libellus non poteſt tenere ſecundum proprium ſignificatum, trahitur ad improprium, vt ff. de iureiuran. in l. ſed & ſi poſſeſſuri. §. ſed ſi rerum. & C. de his, qui ex publicis rationibus. l. fi. in glo. fi. vbi exponit, commodauerit. i. mutuauerit. & hoc impropriè accidit, quod no. per glo. in l. & puto. §. 1. ff. fa. hęr. verba enim libelli ſunt largè intelligenda, vt no. per Inno. in c. licet cauſam. extra de prob. in glo. fi. & ff. de iu. l. ſolemus. cum ſi. ad hoc facit, quod no. 1. q. 4. c. quia præſulatus. in glo. vbi dicitur, q ſufficit cõqueri de poſſeſſione, licèt non petat reſtitutio, vt extra de cauſa poſ. & propriè. ca. cum eccleſia. Pręterea quando eccleſia eſt actrix, licèt libellus ſit ineptus, procedit, ſecundum quod no. per Inno. in c. examinata. extra de iu. ſed in caſu propoſito eſt huiuſmodi, ergo &c. Præterea dico dictam petitionem procedere ex forma dicti ſtatuti, nam cum procedi poſſit ad conten. in dicta petitione abſq; libello, vt ex forma ſupradicti ſtatuti oſtenditur, apparet, q per hoc omnem curioſitatem excludit, & formam concipien. libellum: ſed ſufficit, q petatur, quod intendit, vt plenè not. in c. ſępe contingit. §. verum. extra de verb. ſig. in cle. & ibi per dominum Paulum de Liaza. Sed in dicta petitione eſt ſatis clarè petitum, quod intenditur, ergo &c. non ob. l. nimis properè. C. de execu. rei iudi. nam dicta lex loquitur in iudice, qui non poteſt prius executionem facere, quàm condemnet. de libello enim ibi nulla fit mentio, licèt d. Bart. velit tenere de libello per d. l. cuius contrarium tenet in l. 2. §. pe. ff. de vulg. & pup. concludo igitur breuiter dictam petitionem tã de iure, quàm ex forma dicti ſtatuti pręcedere, & dictum Lillum ad conten. in petitione prędicta poſſe per dictum iudicẽ condemnari, licèt per actorem petitum expreſsè nõ ſit: cum ſufficiat, q pręſumptiuè petatur, vt probant iura ſuperius allega.

Et ita prout ſupra ſcriptum eſt, dico, & conſulo ego Franc. domi. Bernardini de Spoleto. ſaniori conſilio ſemper ſaluo. in cuius rei teſtimonium me propria manu ſcripſi, & meum ſigillum apppoſui conſuetum.

CONSILIVM CCCCLXIX.

1 *Libellus, in quo petitum eſt aliquem ſolummodo cogi, non autem condemnari, an de iure procedat.*
2 *Arrha datio quid operetur, & an probetur per duos teſtes.*
3 *Proſoneta quis dicatur.*
4 *Proſoneta an ſit idoneus teſtis in contractu.*

In Chriſti Nomine Amen.

Tria dubia mouentur ſuper libello, primũ an ſit ineptus, necne: ſecundum an contractus ſit probatus, necne: conſiderata forma deposi. teſtium. Tertio, an poſſit repelli Iac. Vangoli tan
1 quàm proſoneta. † Super primo puncto dicit dominus Bart. in l. j. C. de execu. rei iudi. q non procedit libellus, peto talem cogi, niſi petatur condemnari: quia cogi non poteſt, niſi condemne-

demnetur: condemnari non poteſt niſi petatur condemnari,
vt l.fi. de fideicommiſ.lib.ego dico, q ſi narratis narrandis cõ
cludo ſic, quem peto mihi dari, vel fieri, licèt non dicam, quẽ
peto reum cõdemna. procedit petitio: & glo.ordi. ita format
libellum, & dicit, quòd omnia alia verba ſunt ſuperflua, in
Authen.de exhib.reis.§.ſancimus.& ita fuit hic, ſi bene peti-
2 tio inſpiciatur. † Super ſecundo puncto dico, quòd duo te-
ſtes probant per ſenſum corporis conuẽtionem, & dationem
Arrhæ: vnde contractus eſt perfectus conſenſu, vt not. C.de
contrahen.emp.l.in ementis. Item quia Arrha fuit pro parte
pretij, res non erat integra, vt no.ff.de contrahẽ.emp.l. quod
ſæpe.nec potuit vnus poſteriorum a conſenſu diſſolui, vt l.ab
3 emp.de pac.Super tertio puncto † dico, quòd Proſoneta dici
tur duobus modis: vno modo qui accipit pretium: alio mo-
do qui gratis: tamen per eum fit conuentio, & forum.ſed vbi
per ipſos principales ſine mediatore fit forum, non autem di
citur Proſoneta ille, qui partes coadunauit, vel teſtes voca-
uit: quia iſte nullum miniſterium contractui præbet: nec ex
hoc meretur Proſonetionum. & ita ſe habet communis intel
lectus.& probatur in Authen.de teſti.§.quoniam vero. & in
capitu.1.de teſti.lib.6.& quod no.in l.elegantet. in princip.
4 de dolo.† vnde Iaco.propriè non fuit Proſoneta, quia non præ-
buit intrinſecum, & ſubſtantiale miniſterium: ſed extrinſe-
cum in congregando partes in vnum locum, vnde non cre-
do dici propriè hunc Proſonetam, cui non reſpondet Proſo-
neticum: ſed eſt quidam amicus, vt l.ſciendum.ff.de vſu. nec
credo habere locum in eo rationem prohibitionis, quia con-
tractus nõ eſt ſuus ordinatione, vel vtiliter, ſed partium prin-
cipalium. vnde nil repellit eum, nec vtilitas, nec affectus, quæ
ſunt duæ rationes aſſignatæ in d.§.quoniam. in glo.non enim
afficitur quis ad id, quod factum eſt per alium, & non per ſe,
& nulla lege cauetur, quòd iſte repellatur, ergo &c.l.1. ff. de
teſti.cum ſimilibus, probat ergo ſaltim conuentionem, licèt
an probet Arrham, ſit dubium: quia dicit ſe dediſſe.& in hoc
fuit interuentor, & miniſter.facit quod not.in l.differre.§.1.
de iu.fiſ.& quod no.in capitu.Romana.de teſtib.lib.6. in gl.
ſi igitur.& ſic de alieno facto creditur de ſuo facto, vt teſti nõ
creditur: quia iſta ſunt ſeparabilia. ſed ſecundum glo. accun
in dicto §. quoniam. de toto credere, ſi non ſperat commo-
dum, quia non congregatur ſecundum glo.inc. cañ. dicunt,
quòd Proſoneta etiam volens non audietur, niſi de voluntate
vtriuſque partis, vt no.1.quæſtio.1.capitu.ſi quis epiſcopus.
& de teſti.capitu.dilectorum.per Ber. quicquid ſit de Proſo-
neta, dico, quòd in conuentionis actu iſte non fuit Proſone-
ta: quia partes conuenerunt per ſeipſas immediatè.Et ex actis
vtriuſque partis ſatis poteſt perpendi per iudicem, qui debet
cuncta rimari, quòd hic fuit facti veritas, noſtra pacta ſeruen
tur, vt extra de pact.capitu.1.cum ſimilibus, ait prætor, pacta
ſeruabo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXX.

1 *Epiſcopus an iure ordinario viſitare poſſit fratres, & conuen-
tus Sanctæ Mariæ ſeruorum: cum ex priuilegio habebant ge-
neralem miniſtrum, qui eos viſitare debeat.*

1 Per † l.quod de rerum.§ ſi quis.in fin.ff.de lega. præſtan.
& ibi Iacob. de Aret. facit argumen. ad quæſtionem
fratrum humiliatorum Mediolanen. vt non debeat viſitari
per epiſcopum: cum eis ſit inductum priuilegium, vt habeãt
generalem miniſtrum, qui eos debeat viſitari. nam quod ali-
quibus eſt deſtinatum, alijs videtur ademptum. & ff. de ad-
miniſtra.tuto.l.iſte.In contrarium facit. ff. de adminiſtra. tu-
to.l.quotiens.§.fina.verſicu.quę res.& quod ibi no. per Iaco.
prædictum, qui ſic ait.no.hic argumen.quod quando aliquis
fundat eccleſiam, ita vt ſit ſub abbate, quod nihilominus erit
ſub epiſcopo.ad idem videtur, quia iuriſditio collata vnĩ, nõ
mihi, alteri adempta videtur, vt l.1.C.de offic. pręfec. vrbis.
ad idem facit, quia licet collegiati ſint ſub eorum propoſito,
tamen ſub ſint etiam poteſtati, vt l.fina.C.de iuriſdi. om. iu-
di.Sex vix non obtinen ſententiam prædictam: quia aliud eſt
in conceſſione per priuilegium, nam priuilegium tenaciter
ſeruandum eſt, vt C.ad ſilen.l.de criminibus.libro 12.& na-
tura ſua eſt ſequi regulas iuris. & facit. ff.de vulga. ſubſtitu.
l.ex facto.in princip. & quod not. ff. de l.lega.l. beneficium
domi. Bald.doctor ſuus.

CONSILIVM CCCCLXXI.

1 *In criminalibus requiritur probatio luce clarior ad condemnã
dum, ad torturam præſumptiones, vel indicia certa, & pro-
babilia requiruntur.*
2 *Tortura non habet locum, niſi in crimine atroci, & vbi aliter
veritas haberi non poteſt.*
3 *Teſtis examinatus coram vno iudice, ſi coram alio dicat con-
trarium, an probet.*
4 *Teſtis vnus ſingularis ſuper indicio ad torturam non ſufficit.*
5 *Proceſſus factus ab eo, qui reputatur notarius, an valeat.*
6 *Inſtrumentum carens die, & conſule nullam facit proba-
tionem.*

In Chriſti Nomine Amen.

Ego Bald.de Peru.V.I.D.Conſultus, an dictus Dominicus ve
niat condemnandus, vel abſoluendus: viſa tota inquiſitione,
& toto dicto proceſſu, & viſa inquiſitione formata p vicariũ
caſtri cameræ, & proceſſu facto ſuper ea, & pſertim atteſtatio-
nibus teſtium.& maximè Iaco. Pucioli Chiali teſtis examina-
ti in vtroq; proceſſu, dico, q dictus Dominicus debet abſol-
ui, & non condemnari, nec etiam debet torqueri conſideratis
omnibus.& dico, q non eſt probatum nec plenè, nec etiam tã
tum, quòd ſufficiat ad torturam, & ideo merito eſt abſoluen-
5 dus.† Et hoc ſic probatur, in criminali ad condemnandũ re-
quiruntur probationes luce clariores.C.de proba.l.ſciant cũ
cti. Ad torquendum requiruntur præſumptiones, vel indicia
certa, & probabilia, & veriſimilia.C.de quæſtionibus.l. mili-
2 tes.§.oportet. † nec etiam in omnibus criminibus adhibetur
tortura reorum, ſed tantum in atrocibus: nec etiam omni ca-
ſo, ſed deinde vbi veritas aliter explorari non poteſt.ff.de quæ
ſtioni.l.edictum.& l.diuus.ſed hic non eſt facta clara proba-
tio criminis: vnde non poteſt fieri condemnatoria: nec etiam
eſt facta clara probatio indiciorum: vnde non poteſt fieri in-
terlocutiõ de torquendo, neq; extorqueri confeſſio de tortu-
ra.Hic nãq; quatuor teſtes examinati fuerũt, Iacobutius Chal-
3 li, Andreutius, Angelutius, & Pet. † Iacobutio non eſt danda
fides: quia ſuper eodem facto in figura iudicij examinatus co
ram alio tribunali dixit ſe nihil ſcire. vnde cum poſtea con-
trarium deponit coram alio tribunali, ei non creditur: vt ff.
de fal.l.eos enim.& in R ñ.nam cũ ſit periurus, ſuo dicto ſtan
dum non eſt: vt legitur, & no.ff.de his, qui no.infa.l. Lucius:
& extra de teſt.c.teſtimonium vacilloſus.quæ in teſtimonia,
& inconſtantia ſpecies falſitatis eſt.& ff.de teſt.l.qui falſa, vel
varia.Et ſi dicatur, q prima depoſitio fuit facta coram iudi-
ce incompetenti, cum in contrarium cameri non habeat co-
gnitionem, terminum, nec inquirendi poteſtatem ſine ſpecia
li commiſſione, vt in c.2.extra de offi.vicarij.lib.6. reſponde
tur illud in commiſſione facta per hominem: ſed vbi per ſta-
tuentes, vel per l.fit commiſſio, lariſſimè verba interpretanda
ſunt, at.ff.de offi.pręfe.vr.l.1.§.cum verbum. Et ita fuit hic p
conſilium iudex electus. nam ſi hoc eſt contra conſuetudinẽ
loci, populus ipſe contulit hanc iuriſdictionem. iuxta not. in
Auth.de manda.prin.§.non habere.in fi.magnę.glo. licẽ cum
ex hoc crimine nõ imponatur pęna mortis, vel alterius alben-
ſionis, ſed extra ordinem, vt l.1.ff. de extraor. cri..vicarius ad
hęc conſtrui potuit.C.de his, qui vicem alterius iudi.gerit.l.
inſurgerent.& no.in l.1.§.1.ff.de offi.eius, cui man.eſt iur. &
ff.de offi.procon.l.nec quicquam.§.vbi decretum.in fin. ma-
gnæ glo.Item poſito, q non eſſet iudex competens, tamen ex
quo ordine iudiciario receptus eſt in teſtem, non excuſatur a
periurio, nec a vitio falſitatis, vel criminis ſtellionatus, iuxta
no.in l.ſi quis legatus.ff.de fal.& ff.de ſepul.vio.l.prętetea. p
Cy.fidem quis perdit, quia ſibi ipſi fidem ademit, iuxta not.
C.de tranſac.l.tranſigere.in 2.q. per Cyn.nam officium teſtis
perdit, qui in officio teſtificationis deliquit rumpẽdo fidem.
C.de ſuſcep.& arch.l.ſi aliquid.ff.de infa.l.2.§.miles. huius
quæſtio. dictum teſtis nec ad torturam valet: quia teſtis non
eſt idoneus, nec fidelis, ſicut debet eſſe, vt procedatur ex ſuo
dicto

dicto ad rurturam.& ff.de quæſtio.l. maritus. Item fotte nec
iſtud crimen eſt adeo atrox, vt de iure veniendum ſit ad toriu
ram ex præſumptionib. vel indicijs, ſed hoc nō placet, nā imo
contra attentantem pudicitiam atrox eſt, vt l. 1. de extraordi.
cri. in glo. quæ dicit, ꝙ crimen eſt enorme, videlicet non iſta
ratione, ſed in prima, videlicet quia teſti prędicto non dēt ad-
hiberi fides tanta, quæ faciat locum torturæ propter vitium
teſtis, vt d. l. maritus. Angelutios non probat violētum iogreſ
ſum: quis in ratione rationis non facit mentionem de vi, nec
probat pudicitiam, licèt dicat ſe audiuiſſe quædam verba, q̄
potuerunt emitti. probatur hoc, & própter aliud, & noo pro-
bat hoc eſſe, vt l. non nudis. l. neque tales. Item quia in iſto au
4 ditu eſt ſingularis teſtis. † per vnum ſingularem teſtem ſuper
iodicio non venitur ad torturam, vt no. per Inno. extra de ſi-
mo. c. ſicut. facit, ꝙ no. C. fami. hęr. l. fi. probatio famæ: q̄a nu-
dus nō ſufficit ad torturam, ſecus ſi fama eſſet iuncta cū alijs
probabilibus coniecturis: vt in c. tormenta. de confeſ. etiā nō
dicit, reprobetur teſtis, qui nedum ſolus, ſed malus: ſic nō ob.
l. capite quinto. Cōſulo igitur dictum Dominicum rebus ſic
ſe habentibus abſoluendum. & ad fidem me ſubſcripſi. & ſi-
5 gno mei nominis ſignaui. † Super primo puncto debet diſtin
gui, an proceſſus factus cōtra tabellionem fuerit publicè no-
tus, & tunc ſua inſtromenta non valent: an non fuerit publi-
cè notus, ſed communiter pro notario habitus, & inſtrumen-
ta publicè conficiebat, tunc valent ſua inſtrumenta propter
probabilem, & communem errorem, vt no. glo. in aut. de tu.
§. pe. & facit. l. Barbarius. cum ſimi. & ita aliàs conſului ſuper
6 iſto puncto in iſta eadem lite. † Super tertio pūcto dico, ꝙ in-
ſtrumentum carens die, & conſule nullam facit proba. vt in
Auth. vt præponatur nomen impera. in prin. & no. in l. gene-
raliter. in prin. de tab. ex hoc ſoluitur 4. q. quia ſi nō valet ori-
ginale, nec ſump. maximè non citata parte in exemplatione,
vt in Auth. ſi quis in aliquo. apparet etiam ſolutio quinti pū-
cti, nam cum inſtrumentum ſolenne nō præſumatur falſum.
C. de teſta. l. iubemus. §. fi. nullam parat cauſam poſtulādi: vt
C. de fal. l. ex initio. His præmiſſis reſtat ſoluere ſecundū pun-
ctum, & dico ſuper eo, ꝙ valente ſcriptura dicti teſtamēti de
bet diuidi hæreditas teſtatoris in duas partes: & vnam partē
habet d. B. hęres filij ab inteſtato: quia debet habere legitimā,
& trebellianicam, aliam partem debent habere inſtituti, vt in
c. Ray. & c. Ray. & mortua B. hoc ius habet capitulum, & ca
pella inſtitui ab ea, ſi domina B. adiuit hęreditatem hæredi-
tatis filij. Ego Baldus.

CONSILIUM CCCCLXXII.

1 *Præbendam vacantem impetrans per mortem talis in eccle-
ſia, in qua non eſt certus numerus canonicorum, an debeat
obtinere.*

2 *Præbendæ, quæ non habent in ſe certitudinem, ſed quandoque
ſunt maiores, quandoque minores ſecundum arbitrium ſupe-
rioris, non poſſunt impetrari.*

3 *Impetrans prębendam an includat in ſe canonicatum.*

In noīe Dei omnipotentis.

in cauſa prioris eccleſiæ Sancti Angeli, & Fran. Iacobelli, quia
1 oratio non debet eſſe verboſa, paucis vtar. † dicit Inno. quòd
ſi impetro præbendam vacantem per mortem talis in eccle-
ſia, in qua non eſt certus numerus canonicorum, ꝙ nō debeo
obtinere: cum videatur gratia ſubreptitia, pro eo quia talis p̄-
benda non dicitur vacare per mortem, ſed deſinere. de p̄ben.
c. dilecto. §. 1. per Inno. & idem tenet ibi Hoſt. & Ioan. An. Et
licèt ratio, & autoritas eorum debeat ſufficere vnicuiq;, tn̄ &
alia ratione confirmo: quando aliquid impetratur, vel conce-
ditur, quod in rerum natura nō habet formam eſſe, nec ſpera
tur habere, diſpoſitio eſt pro non ſcripta, quia non habet ſu-
biectum, in quo fundetur, vt C. de contrahen. & commit. ſti-
pu. l. non moriturum. vbi dicitur, ꝙ ſi promitto, ꝙ dabo tibi
hominem immortalem, non valet promiſſio, quia talis homo
non inuenitur in rerum natura. ſed ſi promitto ſtichum, & is
poſt moram moritur, ratione morę obligatio perpetuatur. &
ad propoſitum benè facit illa lex, ſi inducatur. nam vbi eſt di
ſtinctus numerus canonicorum, & præbendarum, pręben da
nunquam moritur, licèt vacet: ſed vbi non eſt numerus diſtin
ctus, prębenda nunquam eſt perpetua, imo ſicut homo mori-
tur, & naſcitur ad inſtar peculij, vt l. peculium naſcitur. Iſta
ergo prębenda, quæ oritur, & moritur, ſimilis eſt homini: &
cum impetratur tanquam vacans, impetratur tanquā immor
talis: vnde ſi talis in illa eccleſia non reperitur, non valet im-
petratio. & ita induco legem non moriturum. coniuncta d. l.
peculium. 2. reſponſo. fruſtra igitur impetratur, quod dari nō
poteſt. ff. de verb. ob. l. ſi ſtipuler. 2. reſponſo. ſed præbenda va
cans in tali eccleſia dari non poteſt, quia hoc nō reperitur: er-
go non tenet gratia da. eius, ſi poteſt. Cuius enim impoſ-
ſibilis eſt executio, eius non tenet diſpoſitio, damnat teſtator
hæredem dare ſtumentum tanti pōderis, ꝙ nō reperitur in orbe.
le. ff. de vino legato. l. quoddam. §. fi. ſic ergo in iſta eccleſia nō
reperitur pręben da vacans: ergo non valēt literæ ad hoc. ff. de
hęredi. inſti. l. item quod ſabinus. ver. aliter. atq; vbi dicitur,
ꝙ inſtitutus in portione vacāte in nullo eſt hęres, ſi nulla por
tio vacat portio, ſeu præbenda mortui non eſt portio, nec præ
benda. ff. de hęre. inſti. l. quo loco. §. fi. & ibi etiam probatur,
ꝙ in dependentibus a voluntate inſpicitur potius opinio lo-
quentis, quàm verus ſtatus perſonę, vel eccleſiæ: eius autē opi
nionis eſt princeps, cuius verba reſonant. nā in ore, & in men-
te pręſumitur eſſe vnum, & idem, vt ff. de excu. tuto. l. ex his
apparet. & extra de decimis. c. ad audientiā. de ſepul. le. labeo.
nam ſi aliud voluiſſet, aliud ſcripſiſſet. C. de cadu. tol. l. ſi autē
indeficienter. Amplius quod dubium eſt, in facti cauſa ſit er-
ratum, ergo non tenet reſcriptum, vt ff. de tuto. & cura. da. ab
his. l. tutor ſi petitus. & ff. de contratab. l. filium. §. ſi quis. &
ff. de carbo. l. 3. §. impuberi. cum ſi. pręterea ea, quę requirunt
perſonam certo modo qualificatam, alij competere non poſ-
ſunt, vt ff. de capi. dimi. l. tutelas. ff. de reb. dub. l. ſi cognatis.
vt in c. ſtatutum de pręben. lib. 6. ſed prębēda canonicalis re-
quirit, ꝙ præbendarius ſit canonicus, & ſit qualificatus, ſicut
portio canonicalis, quia eſt qualificata, requirit talem qualita
tem ineſſe perſonæ. ar. ff. de mili. teſta. l. Titius. ff. de ope. lib. l.
opere in rerum. 2. reſponſo. qui tex. bene facit in ratione ſui.
C. de ſac. ſan. ec. l. non plures. C. de propoſitos ſacri cubiculi.
l. 1. illud enim, quod conſuetudo canonicis aſcripſit, alij non
debet competere, vt C. de primicerio. l. pręclaram. li. 12. Item
eſſe canonicum eſt prius tempore, & iure, quàm eſſe præben-
datum. prępoſterum enim eſt prius ſtipēdium appetere, q̄ mi-
litare. & ſic qui repellitur a tutella, repellitur a legato annexo
tutelæ. ff. de excu. tu. l. neſennius appollinaris. cum l. ſequē. &
l. amiciſſimos. ita qui repellitur a canonicatu, maximè ſuo vi
tio, quia obrepſit in canonicatu, indignus eſt præbenda: nem
pe non obripientibus proponuntur pręmia, & fauores: obri-
pientes autem non ſunt digni, vt eis faueatur. ff. de in ius vo-
cā. l. ſed ſi hac. i §. patronum. ff. de fideiuſ. l. i. cum no. ff. de hę-
re. inſti. §. ſuboentum. licet in Iacobo fuerit contra ſeruatum,
vt no. ff. de hęredi. inſti. l. quotiens. & de teſtamētis. l. hęredes
palam. ſed illa non fuit obreptio, quę ſe legi diuinæ cōſorma-
uit: ſicut nec furtum hebręorum, vt not. Azo in ſum. inſti. de
ob. ex delicto, Concludo, quod obreptio in canonicatu eſt ob
reptio in principali de conſti. c. cum M. ferra. & ideo vitiato
principali uitiatur acceſſorium, ut ff. de adi. le. l. alumnę. §. Se
2 ia. ff. de pec. l. tunc inutile. Adhuc conſiderandum eſt, † ꝙ p̄-
bendę, quę non habēt in ſe certitudinem, ſed arbitrio prioris
quandoque ſunt maiores: & quādoque minores: & ſic quia
non habent certam quantitatem, uel naturam, nō poſſunt im
petrari tanquam certæ, ut ff. de anon. leg. l. Seio. §. medico. ibi
incertum &c. ſicut dicimus, ꝙ non tenet legatum. l. diuus. in
prin. de leg. & ibi no. uel ſaltem de iſta conſuetudine: quia tā
git ius prioris, & ſtatutum eccleſię, debuit fieri mentio ab im
petrante: quia non eſt ueriſimile, ꝙ princeps, uel legatus uelit
mutare formam antiquitus conſtitutam. C. de exac. tri. l. mi-
ſi opinatores. lib. 10. nec præiudicare iuri alterius. ff. de uul-
ga. ſubſtitu. l. ex facto. cum ſimilibus. Non obſtat, quod not.
pro ho. de concep. pręben. capitu. ex parte aſtenſis. & per glo.
Ioan. And. in capi. ulti. de conceſ. pręben. lib. 6. quia multum
refert, an fiat mentio numeri per modū ampliationis: & tunc
non arctat gratiam, ut ff. de inſ. l. proculus. an per modum li
mita-

mitationis,& tunc arctat gratiam. ſimile dicimus in legatis, donationibus. nam verba prolata per modum qualificationis arctant,& reſtringunt: ſecus ſi per modum deſignationis. de leg. 1. l. quidam teſtamento. & ali. leg. l. Lucius. de leg. 2. l. Lucius. la 1. per Dy. de do. l. donationes in cõcubinam. §. ſpeciei. de vſufru. do. in princip. de tranſac. l. cum hi. §. ſi pluribus. de ali. & cib. leg. l. quæro. Et dico, q vbi non apponitur clauſula non obſtantium, videtur reſtringi gratia. Et caſus omiſſus habetur pro omiſſo. ff. ſolu. matri. l. ſi com dote. & l. ſi vero. §. de viro. de lib. & poſth. l. commodiſſimè. ſed vbi apponitur clauſula non ob. certo canonicorum numero &c. quia talis clauſula apponitur ad ampliandum, & confirmandum gratiam, non debet reſtringere, nec debet operari contra intentionem ſcribentis. l. ſi quando. in princip. de lega. 1. & hoc etiam patet per locum a contrarijs, nam ſicut id, quod fit ad minuendum actum, non firmat actum contra nullitatem, de leg. præſtan. l. legata inutiliter. nec inducit nouam diſpoſitionem, vt ff. de hęre. inſti. l. ex facto etiam agitatum. ita per contrarium quod fit ad ampliandũ, non minuit. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. & ad hoc. ff. de ſupel. le. l. legata ſupelle. in princip. licèt enim enumeretur caſus vacationis per imperitiam facti, generalem gratiam non reſtringit. & facit quod no. compo. in c.
3 capitulum Sanctę Crucis. vbi tenet id, quod ſupra tenui. †Dubitatur autem, ſi quis impetrat præbendam, an includit in ſe canonicatum. nam quotiens vnum connexorum conceditur, alterum tacitè ſequitur: ad illud rapit enim id ſimile, quo eſſe non poteſt. de pecu. le. l. nam quod liquidè. Item ad idem. C. de fideiuſ. l. quamuis. ff. de vſufru. l. item ſi fund. §. fin. & l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. ad hoc reſpon. quòd quando vtrunque in literis exprimitur, vnum ſub altero tacitè non continetur, vt ff. de vulg. ſub. l. cum ex filio. §. filio. & quod ibi not. Et hæc quæſtio facit ad caſum noſtrum. conſiderandus eſt denique contemplationis motus. ff. de excu. tu. l. tutor peritus. §. j. & extra de teſtamentis. capi. requiſiſti. C. de iure delib. l. cum aliquis. ff. de vulg. ſub. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de cõdi. & demon. l. filio. ſolu. matrimo. l. ſi vero. §. item quicquid. Et loquor de contemplatione finali, & immediata, non de impulſiua, & te: nota. ff. pro ſocio. l. ſocium. §. ſi ff. de iure do. l. profectitia. nam quia canonicum fieri putauit, ideo prębendam contulit. ſi ergo error ad prębendandum induxit, non valet, vt C. de hęre. inſti. l. cum proponas. verſi. nam ſi credens. nam hæc qualitas importat rationem finalem, quæ ſemper debet attendi, vt ff. ad tre. l. a filio. §. alumno. & ff. de hæredi. inſti. l. pacta conuenta. C. de hære. inſtit. l. ſi pater. & l. nec apud Peregrinos. quæ in ratione ſui bene faciunt. Et ita dico, q ceſſante ratione finali ceſſat prouiſio. Præterea non minus diſcrepant vacare, & nõ vacare, cũ ſit appoſita, q̃ diuerſę ſpecies vacationis, cũ ſint diſparata. ſed exprimens vnã ſpeciẽ vacationis, ſi per illã ſpeciem non vacat, ſed per aliam, non cõſequitur quicquàm, vt in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. niſi eſſet commiſſa fraus, vt l. filiæ meæ. ſo. matrimo. & C. de repu. l. dubium. ergo multo fortius exprimendo vacationem non conſequitur effectum optatũ per non vacationem. Amplius, ordo verborũ deſignat ordinẽ intellectus, de cõſecra. di. 2. c. in Chriſto pater. ff. de li. & poſth. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de vſuf. l. quot. ff. ad treb. l. hęredes mei §. fi. vnde id, quod eſt prius in voce, pręſumitur
4 eſſe principalius in intentione. ff. de ſtipu. ſeru. l. ſi cõis ſeruus ita. ſed cum ad nomina &c. cum ergo in literis prius nominetur canonicatus, quàm prębenda, ſequitur, q de p̃benda vẽ fieri mentio acceſſoriè ad canonicatum: ergo vitiato principali vitiatur acceſſorium. C. ſi pen. ap. mors interuenerit. l. 3. quoniam non habet per ſe ſubſiſtendi rationem. C. de vſu. l. eos. in priu. & no. ff. de pac. l. ſi tibi. §. pignore. cum ſimili. & hæc ſufficiant. nec dici poteſt, recipiatur ad prębendam. Nã facto poterit eſſe, q fiet canonicus: certè eſſet prępoſterũ prius de re, q̃ de perſona ordinare. de teſta. l. ſi quæramus. C. de hæredi. ac. l. vt debitum. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXIII.

1 *Prioratus fraternitatis an ſit dignitas, vel honor.*
2 *Arg. a ſimili de executoribus ad eligentes an valeat, & quãdo valeat factum a pluribus, vel ab vno.*

1 Reuerendiſsime pater, † q prioratus fraternitatis ſit dignitas, ſiue honor, ſatis videtur poſſe probari per ea, quæ no. Inn. extra de exceſ. prælat. c. dilect. in glo. 1. poſt prin. vbi tenet, q collegium laicorum, q fit cauſa religionis, vel pietatis, eſt licitum, & q poteſt ſibi conſtituere rectorem, ſiue priorem, vt ibi in prin. glo. qui rector habebit ordinariam poteſtatem, vt no. ipſe extra de offi. ord. c. cũ ab eccleſiarum. in glo. 1. poſt prin. & ſic per conſequens dicitur habere dignitatem, ſiue honorem cum habeat iuriſdictionem, vel adminiſtrationem, ſicut in ſimili dicimus de pręlato eccleſiaſtico, p ea, quę no. ipſe Innoc. de reſcri. c. ſedes. in glo. aliqui dicunt, nam pręrogatiua ſecularis dicitur dignitas 23. q. 5. c. adminiſtratores. no. Arch. de conſue. c. 1. in glo. 1. lib. 6. & hoc verum in larga ſignificatione, ſecundum quàm ipſe prior quandam pręeminentiam ſuper alios de ſuo collegio habere cognoſcitur. de verbo. ſigni. l. quamuis. Et ſic haberet locum, q ſucceſſor ipſius poſſit agere de contemptu, vt extra de elec. c. quod ſicut. in glo. vt patet in fi. Sed ſaluo ſaniori conſilio non crederem, q in caſu modo pręſenti habeamus inſpicere contemptum: cum nulla ſimilitudo ſit inter eligentes, & executores, vt per ſe patet. illi enim vt ſunt de collegio, de iure communi habent ius eligendi, vt extra de elec. c. 1. iſti autem habent exequi voluntatem teſtatoris. de teſt. c. tua. & c. Io. & circa hanc executionem nihil facere poſſunt, niſi quod teſtatori placuit. vt eo. ti. c. religioſus. §.
2 ſanè in fi. lib. 6. †& ſic non procederet arg. a ſimili de executoribus ad eligentes: cum a ſimili deſtruatur, vbi potes diſſimilitudo notari. 1. q. 1. c. cum ergo. & 27. q. 1. c. nuptiarum. & hoc idem tenet de executoribus ad tutores d. Fe. de Se. in ſuo conſilio 64. Sed habemus potius conſiderare circa executiones, ſi datur cum clauſula, aut ſimpliciter. i. ſine clauſula, vel inſolidum: ſi cum clauſula, autem cum illa, q ſi non omnes, vel ſi ambo rem, & tunc ſeruanda eſt forma. c. prudẽ. in prin. extra de offi. deleg. aut cum illa, vt omnes, aut duo, vel vnus &c. & tunc ſeruanda eſt forma. c. cum plures. eo. ti. li. 6. ſi ſimpliciter. i. ſine clauſula, etiam tunc non valet, q ſit ab vno ſine alijs, vel ab alijs ſine vno. extra de offi. deleg. ca. communi. & c. cum tamen. & c. penul. in glo. 2. & de procu. c. duo. in prin. li. 6. niſi in caſibus expreſſis in c. religioſus. §. ſanè. e. lib. ſi inſolidum, & tunc ſeruanda eſt forma pręalleg. c. ſi duo. in princip. ſi autem omnino ſunt pręſentes, & vnus vult exequi vno modo, & alius alio, tunc ſeruanda eſt forma. c. vlt. extra de or. iu. vt no. Ber. hęc in l. in pręalleg. cap. cauſam. de offi. delega. in glo. 3. vel fiet aliud, quod dicit Spe. in Spe. de inſtru. edic. §. nunc verò aliqua. Ibi, ſed quid erit, niſi teſtator ſibi aliter prouidiſſet. quia tunc illud ſeruabitur in cap. pręallegato. c. religioſus. §. ſanè. in fi. lib. 6.

CASVS.

IN Dei nomine amen, Caſus talis eſt, videlicet Ioannes filius olim Franciſci Cionis de Magalottis populi Sancti Florẽ. in anno Domini 1472. de menſe Octobris ſuum nuncupatiuum ſine ſcriptis condidit teſtamentum: in quo plures res diſpoſuit, & plura legata fecit, & inter alia ſibi vniuerſalem hęredem inſtituit, fecit, reliquit, & eſſe voluit Philip. Ducij de Magalottis de Floren. & ipſius Philippi filios, & deſcen. vnũ, vel plures maſculos legitimos, vel naturales, & per lineã maſculinam procreatos, prout hic, & aliàs plu. plenius continetur in publico inſtrumentum dicti teſtamenti publi. ſcripto manu pub. notarij. Poſtea dictus Ioan. in 1362. menſis Februarij ſuos condidit codicillos pub. ſcri. manu pu. notarij, in quib. plures res diſpoſuit, & legauit, & inter alia, quæ in ipſis codicillis continentur, & ſcripta ſunt, & eſſe reperiũtur &c. Item cum in dicto teſtamento, prout ſupra, dicitur idem Ioãnes in omnibus ſuis bonis mobilibus, & immobilibus iurib. actionibus, & nominibus ſibi vniuerſalem hęredem inſtituit, & fecit, reliquit, & eſſe voluit Philippum Ducij de Magalottis de Flor. & ipſius Philippi filios, & deſcendentes unum, uel plures maſculos legitimos, & naturales, & per lineam maſculinã procreatos, prout, ſicut, & quemadmodum in ipſo teſtamento continetur. ut legi. & no. nunc hodie dictus Ioan. ſciens dictum Philippum mortuum eſſe, & deceſſiſſe, & ex dicto Philippo

lippo extare vnicum filium dict. inſti. hæredis corrigendo, ipſamq; declarando, & idem addendo, & ca ando, & ea, & certa eam ſuam vltimam diſponendo voluntatem, dictis inſti. hęredis per eum fęminis de dicto Philippo Ducij perſonam tantum caſſauit ſibi Ioânam: in omnibus autem alias bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, ac nominibus quibuſcunque idem Ioannes ſibi ſuum vniuerſalem hęredem inſtitutt, fecit, & eſſe voluit Philippum quondam dicti Philippi Ducij de Magalottis de Florē. & ipſius Philippi filij quondam alterius Philippi, & deſcendē. maſculos legitimos, & naturales vnū, ſeu plures ex legitimo matrimonio procreatos, volens ipſam inſti. in ipſo teſtamēto factam quo ad filios, & deſcenden. dicti Philippi Ducij in ſuis viribus permanere. Deinde etiam poſtea in anno Domini 137 . de menſe Iulij dictus Ioannes ſuos vltimos cō dit codicillos pub. ſcriptos manu. pub. no. in quibus plur. diſpoſuit, & plura leg. fecit, & inter alia, quæ in vltimis codicillis continentur, & ſcrip. ſunt, eſſe repertuntur, continentur, & ſcriptum eſt, & eſſe reperitur ſic, & tale capitulum, & tali ſerie, ac modo, & forma, videlicet. Item voluit, diſpoſuit, & ordinauit, ac reliquit, & mandauit ipſe Ioan. ꝙ dictus Philippus filius quondam alterius Philippi hęres ipſius Ioan. & per ipſum ſibi inſti. teneatur, & debeat ſtare, & eſſe contentus teſtamento, & codi. omnibus per ipſum Ioannem factis, vt prædicitur: & etiam prædic. & leg. & relic. ad diſpoſitionibus in eis factis: & omnibus, & ſingulis in eis contentis: & contra ea, vel aliquod eorum aliqualiter per ſe, vel aliàs directè, vel indirectè non facere, vel venire contra dictum teſtamentum, & codicillos omnes, de quib. ſ. fit mentio, nec non legatis, & relictis per eundem Ioannem in eis factis, & omnia, & ſingula in eis contenta hinc ad quatuor annos, & duos menſes proximè futu. hodie initiandos, elapſis tamen ipſis quatuor annis: quia tunc erit legiti. ætatis ſolen. & lega. & per præſens inſtrumentum conficiē. manu publici notarij approbare, & confirmare, & in omnibus execu. mandare ſecundum diſpoſitionem dicti Ioannis, & intra tempora per eum ordinatā: ita ꝙ infra dictum termin deueniat dictum inſtrumentum ad notitiam dictæ dominę Liſæ, vel dictarum eius filiarum, aut alterius earum: necnon etiam teneatur dictus Philippus liberè, & ſine aliqua quęſtione, moleſtia, aut contradictione, ſeu ſolutione permittere, ſtare, morari, & prohabitare in domo, ſeu Palatio dicti Philippi poſita in Palatio Sancti Flo. in quo, & in ea parte, in qua nunc moratur, & habitat dictus Ioannes dominam Liſam vxorem ſuam cū ſua familia, ſaltem hinc ad annum vnum proxi. veni. incipien. a die mortis dicti Ioannis: & cum conditione, & ſaluo ac honore ſic obſeruandi, & faciendi ipſum Philippum, & idem Ioannes voluit eſſe eius hære. & non aliter. & inquantum idē Philippus quondam alterius Philippi prædicta non obſeruaret, ſeu effectualiter non faceret, & adimpleret, eundem Phil. ipſe Ioā. priuauit eius hæredita. prædicta, & in dicto caſu, & aliter non: idem Ioannes ipſam hęreditatem deuenire voluit, & ſibi in dicto caſu hęredem inſtituit, fecit, & reliquit, & eſſe voluit Dominicum teri, Bartholomęum Taldi, & Beſſem Guidonis de Magalottis, & eorum filios, & deſcen. maſculos, & naturales in ſtirpes, non in capita, & eos, eorumque filios, & deſcendē. maſculos legitimos, & naturales ad inuicem ſubſtituit cū conditione, ſaluo honore obſeruandi, & facien. omnia prædicta, quæ obſeruare, & facere tenetur. & debet dictus Philip. & legat, & reliquit in dicto teſtamento, & codicillis de quib. ſupra fit mentio, ac in pędictis factis, & deſcrip. ſoluen. modis, forma, temporibus, & ad terminum in eis contentum, & deſcrip. volens, & mandans dictus Ioannes dictum Philippum in dicto caſu nullam detractionem, ſeu retentionem poſſe facere de dicta hæreditate, ſeu bonis dicti Ioannis, & poſt ipſorum omnium Dominici, Bartholomęi, Ebeſis mortē ipſis deſcenden. vel altero eorum non remanen. filijs, vel deſcenden. maſculis legitimis, & naturalibus eiuſdē in dicto caſu, & nō aliter vniuerſalem hæredem fecit, & eſſe voluit ſocietatē Beatæ Marię Virginis ordinis Sācti Michaelis de Flo. cum conditione, & honore obſeruandi, & implendi, & faciendi oīa prædicta, ac etiam in dicto teſtamento, & codicillis, de quibus ſupra fit mentio, & pręſeruat. contentus, & legatis, & relictis in eis factis, & deſcrip. ſoluē. modis, forma, & temporibus, & ad terminum in eis contentum, & deſcrip. & in fine dictorū codicillorum clauſulam infraſcriptā appoſuit, videlicet & hāc ſuam vltimam voluntatem aſſeruit eſſe, quam valere iuſſit, & voluit iure codicillorū, ſeu cuiuſcunq; alterius vltimę voluntatis, ac quolibet alio iure, modo, & forma, quæ, & quo magis melius, & efficacius valere, & tenere pōt, vel poterit. Et deinde poſtea dictus Ioānes teſtator, & codicillator prædictus deceſſit, & mortuus eſt ſuperſtite, & ſuperuenien. dicto Philippo vnico filio, & deſcendē. maſculo legitimo, & naturali dicti quondam alterius Philippi Ducij de Magalottis: q Philippus poſt mortem dicti Ioannis hæreditatem ipſius Ioannis adiuit, & apprehendit cum beneficio legis, & inuētarij: prius tamen inuentarium incepit, ſed nō perfecit, & intra tempus, & terminum prædictum quatuor annorum, & duorum menſium non ratificauit dictum teſtamentum, & codicillos per publicum inſtrumentum, vt ſupra diſpoſitū fuit in dictis codicillis diſpoſi. & ordina. fact. ac etiam ad plenum non fecit, & non obſeruauit ea, quæ, & prout in dicto teſtamento, & codicillis diſpoſita fuerunt per eundem Ioannem. Modo quæritur, viſis dic. teſtamento, & codicillis, inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & cōditionibus, & grauaminibus, & alia in eis contenta appoſita, quid iuris ſit in, & ſuper pdic. ſuperius ſcriptis, & enarratis: & maximè in, & ſuper dictis vltimis codicillis per dictum Ioannem, vt prædicitur conditione, ſeu dicto ca. dict. vltimorum codicillorum, & vtrum dictus Philippus hęres pędictus priuatur, aut priuari poſſit, aut debeat, & ſeu priuatus ſit, vel eſſe intelligatur dicta hæreditate dicti quondam Ioannis, necne. & vtrum hæreditas prædicta dicti Ioannis, vel aliqua eius pars deuenire, vel deuolui, aut applicari, ſeu pertinere, ſeu ſpectare poſſit, vel debeat ad dictum Dominicum, ſeu Bartho Caldi. & Beſſem Guidonis in dictis vltimis codicillis ſubſtitutis vigore ipſorum vltimorum codicillorum, ſeu dicti capitul ipſorum vltimorum codicillorum ſuperius enarrati, an vero remanere poſſit, vel debeat dicto Philippo hęredi prædicto, & ad ipſum Philippum pertinere, & ſpectare, necne: & ſi ſit, qualiter, & quo iure, & modo, & vtrum in totum, vel pro parte, pro qua, ſeu pro quota parte.

CONSILIUM CC CLXXI II.

1 *Conditio impoſſibilis quotuplex ſit.*
2 *Codicillis non datur hæreditas: & ideo conditio reycitur.*
3 *Verba directa an trahantur ad fideicommiſſum.*
4 *Subſti. expreſſa vulgaris facta in codicillis non trahitur ad fideicommiſ.*
5 *Subſtitutio reciproca an trahatur ad fideicommiſſariam.*
6 *Trebellianica in codicillis prohiberi an poſſit.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Ad euidentiam premittendum eſt, quædam conditio eſt impoſſibilis, quædam inanis, quædam ſuperuacua, quædam cōgrua, quam neceſſe eſt perimpleri. conditio impoſſibilis dicitur dupliciter, uno modo impoſſibile etiam, quod contingit quatuor modis. ſ. natura, de iure, & de facto, & ſecundum bonos mores. ff. de condi. inſti. l. filius. alio modo dicitur impoſſibilis apponi, licèt in ſe ſit neceſſaria. C. de his, qui pęnæ nomine. l. 1. concordando. G. & Petrum. Inanis autem conditio eſt, quando teſtator inaniter conſiderauit de eius exiſtentia, vt ff. de condi. inſti. l. quidam in ſuo. §. fi. Superflua eſt, quę fruſtra exprimitur, quia ex neceſſitate inerat. ff. de legat. 1. l. hæc vero cōgrua eſt, quæ pro forma attribuit, ſine qua res etiam non poteſt. ff. de condi. & dem. l. qui hęredi. §. fi. & l. meuius. Secundo pręmittendum eſt, ꝙ teſtator, qui fideicommiſſum relinquit in codicillis ante factam fac. cogitat de neceſſitate, de aditione hæreditatis ex teſtamento: præpoſterum enim, & impoſſibile eſſet prius per hęredem in alterum iura transferri, quàm ipſum hęredem fieri. Si igitur teſtator non vult hęredem fieri, non vult per eum reſtitui, vt ff. ad trebel. l. ſed & ſi alio. §. fi. Tertio præmittendum eſt, ꝙ verba prolata in codicillis ad teſtamentum factis quādoq; proferūtur ſub forma aditionis hæreditatis obſtatiua, quandoque ſub forma aditionis

here-

hæreditatis præſuppoſita,quandoq; ſub forma inflexa,vel de-
precatiua.Interdum ergo ſunt verba directa ſecundum natu-
ram verborum aditioni obſtatiua,& talia verba nũquàm ob-
liquantur,quia in vanum teſtator cogitauit de tali conditio-
ne,vt no.in d.l.quidam in ſuo.§.fina.In caſu enim deficientis
conditionis teſtator,quem hæredem etiam noluit, non intel
ligitur per fideicommiſſum grauaſſe.C.de fideicommiſſis. l.
ab eo.ſi non transferam ad fideicommiſſum propter contradi
2 ctionem,quæ eſt inter voluntatem,& poſſibilitatem, † rema-
net ſecunda, quòd in codicillis hæreditas directò nec datur,
nec adimitur:vnde non ſolum conditio vitiatur,ſed cõditio-
natum tanquàm conſecutiuum conditionis. ff. de iure codi.
3 l.quod pœnitentiam.& inſtitu.de codi.§.neq.† Quandoq; ver
ba codicillorum ſunt ſub materia, & forma hæreditatis adi-
tionis ſuppoſitiua: & tunc verba directa trahuntur ad fidei-
commiſſum,vt ff.ad trebel.d.le.an cum quis.§.Seyam. & ita
intelligitur,quod legi.& no.ff.de vulga. ſubſti.l. verbis ciui-
libus.& inſti.de codicil.§.pe.& eſt ratio,quia talis directa, &
fideicommiſſaria habet ſymbolum circa aditionem hæredi-
tatis exigen. & ideo facilis eſt tranſitus de planiori. i. directa
in minus continentem. i. in fideicommiſſariam ſubſtitutio-
nem:quod pupillaris ſubſtitutio,quæ requirit aditionem hę-
reditatis ſaltem factam per verba communia in codicillis,ob
4 liquatur,vt l. Seyum. † ſed expreſſa vulgaris ſubſtitutio facta
in codicillis non trahitur ad fideicommiſſariam: quia penſ-
tus ſunt contrariæ ſecundum Gul.de cu.qui ita no.in tracta-
tu ſubſtitutionum.§.nunc videamus.de fideicõmiſſaria. ver-
ſicu.ſed quæritur,quid ecõtra,an directa,donec aliquis. iſtud
dictum Gul.eſt contra.l.Seyum.& contra.G.ibi poſitũ.& con
tra caſum ſummarium Dyn.qui ita ſummat illam.l. ſubſtitu-
tio directa vulgaris,vel pupillaris, vel reciproca facta in codi
cillis trahatur ad fideicommiſſum Dyn.ergo prędicta opinio
Guliel.eſt falſa.Solu.immo eſt ipſa veritas, ſi quis intelligeret
caſum in terminis in l.Seyum. vbi pater pupillum filium, &
in poteſtate hæredem inſtituit,& in teſtamento: tandem ei in
codicillis tres ſubſtituit, quos ſubſtitutos inuicem recipere
ſubſtituit,dicitur ibi,quòd pupillo mortuo frater pupilli,qui
ſuccedit pupillo abinteſtato, tenetur reſtituere hæreditatem
ſubſtitutis, ſi extant:ſed ſi aliquis ſubſtitutorum prædeceſſit,
totum fideicommiſſum ex obliquata pupillari ſpõneniẽs de-
betur ſuperſtitibus,ſcilicet a fratre pupil.nam reciproca illa,
ſi hęres non eris. exponitur,ideſt fideicommiſſarius non eris,
alij ſuperſtites ſint fideicommiſſarij,& capiant de manu hære
dis pupilli.nam idem conſequerentur per ius accreſcendi ceſ
5 ſante ſubſtitutione reciproca. † hoc ergo modo ſubſtitutio re
ciproca trahitur ad id,quod venit in fideicommiſſo,cum etiã
in fideicommiſſo fieri poſſet,de lega. 2. l. vt hæredibus. non au
tem dicit illa lex,quòd ſi alicui ſubſtituatur vulgariter, quòd
ei intelligatur ſubſtitutum per fideicommiſſum:eſt enim fal-
ſum ratione ciuili,& naturali:nam qui vulgariter ſubſtituit,
plus diligit inſtitutum,quàm ſubſtitutum in ordine,& in fra
ctu ordinis,& ſi traheretur ad fideicõmiſſum,ſequeretur op-
poſitum.iſta ratio patet in dicta l.verbis ciuilibus.contra vo-
luntatem ergo teſtatoris impoſſibilis eſt obliquatio, ſed iſtud
videtur expreſſe contra.§.Sey.Sed hic conſidera, quòd priua-
tio priuando diſponens maximè facta in codicillis requirit
aditionem hæreditatis: oportet enim, quòd confirmetur per
aditionem omnis diſpoſitio vltimæ voluntatis, vt l. ſi ſeruus
communis meuij.de caſtren.pecu. in fin. principij. de ſtipu.
ſer.& ff.de hæredi.inſtitu.l.ſed & ſi in conditione.§.fina.ff. de
leg. 3.l.ſi iure. & ideo habet ſimilitudinem cum ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria.item illa verba, hæredem eſſe volo. ſunt
trahibilia ad fideicommiſſum: quia fideicommiſſarius quo-
dammodo hæres eſt.ff.de mil.teſt.l.quęrebatur.ff. quod cum
eo.l.ſi filius.§.1.numeratio iuris,& generalis natura verborũ
patitur ſubſtitutionem obliquari. Ex his infero duas conclu-
ſiones.Prima eſt,quòd ſi illa verba ſuperioris teſtamẽti, cum
condi.&c.ſapiant conditionem ſtrictè, & propriè, ita quòd
in defectum conditionis ſit facta vulgaris ſubſtitutio,vt C. de
cadu.tol. §.pro ſecundo. quòd hæreditas remanet apud Phi-
lippum ſine onere reſtitutionis ex trebel. Secunda concluſio
eſt illa,quòd ſi non ſit propriè conditio,ſed quidam tenor; vt
noi. ff.pro ſocio.l.ſi ſocietur. in princip. quòd talis hęreditas
debet reſtitui ex trebel. ſecundum quoſdam detracta quarta
trebel.ſed ſecũdum alios nulla quarta deducta,quia fuit pro-
hibita, & quia in pœnam non ſeruantis iudicium defuncti.
de hoc in auth.ſed cum teſtator.per doc.l.Marcellus.§.quod
autem.ad trebel.per Bar.o. hoc ergo ſolum remanet conſide-
randum, vtrum propriè ſit conditio requiſita per teſtatorem
impleri ad potentiam adeundæ hæreditatis,necne:ſuper quo
non firmo pedem,quia verba illorum codicillorum ſunt im-
plicita ad multas intentiones,& ſonant in multos caſus,& di
uerſimodè,& maximè propter clauſulam pluſquàm codicil-
6 larem in fine poſitam.† Tertium membrum de forma depre-
catiua clarum eſt,quia fieri poteſt,ꝙ tamẽ in codicillis poſſit
prohiberi trebellianica,non eſt clarum:nec.l.cautum, immo
etiam in teſtamento.G.ſunt contrariæ:& ſi in codicillis poſ-
ſit auferri quarta trebellianica,l.quæ diſtinguit inter directas
per fideicommiſſum,eſſet impoſita verbis,& nõ rebus: cum
inane remaneret nomen hæredis,inſti.de fideicommiſ. hære.
§.ſed quia. vnde etiam ſecundum eos, qui dicunt prohiberi
poſſe trebel.dico tamen,quòd in codicillis,prohiberi nõ po-
teſt,ne in totum eximatur,& euacuetur inſtitutio hæredis te-
ſtamenti per codicillos nullo effectu remanente penès hære-
dem in teſtamento inſtitutum. hoc enim eſt contra mentem
dictę legis,quod per manus.& pro hoc eſt glo.ordina. etiam.
l.2.C.de codi.in glo. quæ incipit, cum preces. omne enim,
quod ſubalternatur alteri,& alterius potentiæ ſubijcitur, in-
ferius eſt illo,& ſub illo non præpotentius,quia non domina-
tiuum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXV.

1 *Bona ingredientis monaſterium Sancti Dominici an debeantur monaſterio,an ſuccedentibus ab inteſtato.*
2 *In generali locatione an veniant res ſtabiles,& mobiles.*

Vide,quod ſupra conſulunt Bal.& Pet.conſi.438.

In Chriſti Nomine Amen.

Caſus,ſuper quo petitur iure conſilium impartiri, talis eſt.Ti
tius de Viterbio minor 25.annis habens mobilia,& immobi-
lia ordinem prædicatorum ingreſſus eſt, & profeſſionem fe-
cit cõuẽtui et, qui alias fuiſſet ſucceſſurus ab inteſtato, quòd
bona,quæ habebat in ſeculo, ſibi teneret contra voluntatem
prioris,& ordinis,& totius conuentus. prior autem conuen-
tus,& loci prædicti, ſeu ſyndicus eiuſdem canonicus petere
bona prædicta ad ipſum ſpectan. tempore ſui ingreſſus æ-
ſtimi a cunctis Quæritur,an vllo modo hæc bona, vel caſu
petere poſſint, ſeu etiam de iure quoquo modo auocare a di-
cto conuentu: & vtrum ipſe conuentus poſſit iure aliquo te-
1 nerit? † Et primo vr,ꝙ dictus prior,ſeu ſyndicus ſit admitten-
dus petens ſibi reſtitui dicta bona: quia per ingreſſum dicti
ordinis omnia bona ipſius profeſſi ipſi conuentui ſunt quæſi
ta,vt in Auth.de monachis.§.illud.& licèt mendicantes ſint,
tamen poſſunt ſibi quærere:quod probatur,ſpeciale eſt in mi
noribus,ꝙ ipſi non poſſunt habere proprium, nec ſibi quære
re,vt in cle.exiui.de Paradiſo.ergo contrarium erit ius cõe,&
in prædicatoribus,& alijs indiſtinctè quęrant,& proprium,
habere poſſint,vt l.1.in fi. ff.ad muni.l.ius ſingulare.ff. de le.
cum ſi.Item prędicatoribus nullo iure, vel caſu prohibitum
eſt habere mobilia,etiam per regulam Beati Dominici, vel ẽt
per cõſtitutionem eorum: ergo licèt ipſa mobilia indiſtinctè
quęrere,& habere:nam omnia licent, quæ non inueniuntur
prohibita.l.memor.§.ſed quod. ex qui. cau. maio. poterunt er
go omnia mobilia ſine dubio,quę fuerunt illius ingredientis,
indiſtinctè petere,& exigere.Pręterea per pręceptũ Beati Do-
minici vr prohibi.inducere poſſeſſionem in conuen.ergo nõ
ſunt prohibita inducere mobilia.Nam cum aliquid nomina-
tim prohibetur,conſequens eius eſt,videlicet ꝙ alia intelligã
tur permiſſa.ff.de iu.l.cum prętor.& mobilia ab immobilib.
diſtinguuntur a iure.l.a diuo pio.§.1.ff.de re iu.& l. mouen-
tium.ff.de ver.ſig.ff.vti poſſidetis.l.1.§ pe. poſſunt ergo mobi
lia habere,& exigere ſine dubio. Pręterea & ſi videretur om-
nis prohibita immobilium acquiſitio, & mobi. permiſſa ac-
quiſi-

quiſitio, poſſunt acquirere immobilia, non vt teneant, ſed védant, & in eorum vtilitaté, & vſus neceſſarios conuertant pretium exinde redigenda. ff. de leg. 1 l. cætera. §. ſi duo. & l. ſi ſer uu. §. ſi cui. cum ſi. poterunt ergo ſine dubio etiam immobilia petere, & exigere, & vendere, & in act. neceſſarios, & vtiles vſus conuentus ad alimenta, libros, & ſimilia. Præterea licèt eſſet verum, quòd immobilia non poſſunt ſibi quærere vllo modo, vel caſu, tamen cum habeant Romanam eccleſiam in dominam, & ſic eorum caput, cum non habeant petere, ordo an quærat, & cum non poſſet ſibi retinere, quærat ipſi Romanæ eccleſiæ, vt debeant rationem ſuæ præeminentiæ, ſicut ſer uu in cõi, qui ſi non poteſt quęrere alteri dñorum, quęreret alteri inſolidum. ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi ſeruus communis. Et quia eccleſia Rom. eſt eorum caput & tanq̃ caput ineſt ordini, ſicut pater in filio, & dominus in ſeruo, vt ff. de ope. leg. l. Pamphilo. & ff. de ſtip. ſer. l. 1. §. 2. & §. parui. cum ſimilibus. Et ex his ſuſtentabuntur fratres, argu. C. de epiſco. & cleri. l. raptores palam. l. ſeruos. de ali. lega. & l. in metal. ff. de his, quæ pro non ſcrip. habentur. cum ſimi. Item pro hoc facit conſti. cle. & Nic. ſummorum pontificum: vbi admittere videtur acquiſitum fundum per eos per ſucceſſioné, & largè de poſ. & omnibus indiſtinctè, ſicut quærere poſſent in ſeculo exiſtétes, & ex poſſeſſione capere. & vt védant, & in eorum neceſſitatem, & vtilitatem conuertant. & certú eſt, q̃ ſi eſſent in ſeculo, poſſent quęrere: ergo exiſtentes in regula q̃rere poſſunt: quæ conſtitutio ſatis conuenit cum iam dictis. cuius cóſtitutionis tenor talis eſt. Clemens epiſcopus magiſtro, & fratribus ordinis prædicatorum, & cum obtétu diuini nominis, cui cultui ſub ſacrę noſtrę religionis obſeruantia deſeruire votis veſtris libéter annuimus, & petitiones veſtras, hiſq; dignè depoſitis fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtrum fuit propoſitum coràm nobis, q̃ nonnulli pręlati clerici, & laici in diuerſis mundi partibus conſtituti aſſerétes vos fore mortuos, nec valen. propriũ poſſidere, vos occaſione huiuſmodi a quibuſlibet ſucceſſionibus excludere moliuntur. Quare pro parte veſtra fuit a nobis humiliter poſtulatum, vt ne contingat pro huiuſmodi pręſumptione talium aliquod innuere nocumétum, proprium ſuper hoc remedium adhibere, paterna diligentia curaremus. Nos itaq; veſtris ſupplicationibus benignius annuentes autoritate apoſtolica declaramus, q̃ vos in temporalibus bonis, in quibus ſuccederis in ſeculo exiſtentes, licitè poſſitis ſuccedere, bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, & védere liberè bona ipſa, eorumq; pretium in vtilitatem veſtram cõuertere, prout vobis melius videbitur. Inſpectu ergo priuilegio, & eius ſerie, ac ſententia videbitur indubitáter eos poſſe petere, & exigere dicta mobilia, & immobilia ad effectus maximè præfatos: & maximè quia ſi hoc ex beneficio Principis procedit, debet largiſſimè interpretari, vt C. de bo. vacan. lib. 10. ff. de conſti. Prin. l. 1. facit extra de don. capitu. cum dilecti. Præterea quando poſſunt capere, vt védant, & in eorum vtilitatem conuertant, videtur expreſsè ſonare, & tenere glo. ord. extra de reli. c. 1. ſuper verbu, dñi. Nam licèt médicent, tamen expedit eis viuere ex eleemoſynis, & alijs, q̃ in omni genere bonorum poſſunt cõſiſtere. probatur extra de don. c. cum dilecti. hæc etiam determinat Spe. de ſta. mo. §. 1. verſ. 3. & idem eodem. §. vero. l. 3. vbi tenet expreſsè, quòd coniuncti tali ingreſſu non ſuccedunt in bonis ſuis, ſed ipſum monaſterium, quia nullus eſt proximior ſibi eo, qui eſt ſibi in domino copulat. de pę. capitu. 2. & vt ibi latius tangit Ioan. And. concor. ſupra primo loco dic. q̃ huiuſmodi mendican. huiuſmodi bona poſſunt quærere, non vt teneant, ſed vt vendant, vt ponitur in nouella de proba. capitu. in præſentia. & hoc videmus continuo de conſuetudine obſeruari, quæ optima eſt legum interpres. vt ff. de le. l. minimè. l. Barbarius. ff. de offic p̃to. cum ſimili. In contrarium facit: quia quod reliquit Beatus Dominicus huius religionis fundator ſuis fratribus obſeruãdum, eis in mandatis dediſſe videtur per hæc uerba, uidelicet fratres chariſſimi hæc uobis tanquàm filijs poſſidenda relinquo, Charitatem habete: humilitatem ſeruate: paupertaté uoluntariam poſſidete, quam a uobis poſſunt diſtrictione prohibeo: nam quis in hunc ordinem poſſeſſionem inducat, maledictiones omnipotentis in contrarium facienti. Ex iſto uerſicu. inducat. omnis acquiſitionis actus uidetur eſſe prohibitus: dico poſſeſſionis, vt iam actus quærendi per ſe, quã etiam ab alio offerente & c. Item hoc videtur oſtendi, & probari per conſti. prędicatorum, per quas videtur diſponi de poſ. non acquirendis & c. de pecunia autem acquirenda non videtur diſpoſitum ex verbis prędictis, nec etiam ex ſuis, quę ex hoc infert, maxime vt habeant, vnde viuant. remanet ergo, q̃ pecuniam poſſunt habere, & quęrere, iñ aduertédum videtur, quo iure accipiant, an obla. an aliam obla. poſſunt. ſed ſi hæreditario iure, quæ non eſt de per ſe, ſed vnà cum poſ. & aliàs reperitur in patrimonio profeſſi, vſ non poſſe ratione formæ huius actus capiendi: quia oportet eos capere tanquàm hæredes, & ſucceſſores vniuerſales ꝓfeſſi, in qua ſui ſucceſſores ſunt, mobilia, nec poſſunt diuidi ante acquiſi. quia ius quærendi ea ratione ingreſſus dominij bonorum eſt indiuiduum. Alia rõne vſ eſſe, q̃ ſi poſſunt capere bona profeſſi ratione ingreſſus, ac etiam bona, quę poſtea eis obueniunt, accipiunt virtute priuilegij, ſtat. regulę non eſt mendican. quia nullo reſpectu diſtinguitur a monachis in acquiſitiune dominij rerum etiã in habendo bona, vnde iſte monachus acquirendo licèt per ingreſſum ɔ̃dicit cõſtitutioni regulæ, & formæ, quæ eſt, q̃ ſit in paupertate, & medicitate, nec etiam poſſunt virtute priuilegij p̃dicti: quia priuilegium concedit eis ea, quæ poſt profeſſioné deferunt: non autem retentionem eorum, quæ ante habebãt: vnde hic caſus non eſt priuilegio incluſus, ſed potius videtur omiſſus, & conſequenter excluſus. ff. ſulu. matrimo. l. ſi cum dote. in prin. Alia ratione, nam priuilegium prædictum concedit fratribus capere, quod quæreretur eis exiſtentibus in ſeculo: ſed iſtud, quod petunt uirtute ingreſſus, non quæreretur fratribus in ſeculo: quia ſi eſſent in ſeculo, non eſſet conuentus, & ita eſt acquiſitio conuentualis; per hanc rationem infertur, q̃ priuilegium non cócernit ea, quę ipſi ordini principaliter, & directò differuntur, ſed ea, quę ſingulariter fratribus obueniunt, quę ſunt ea, quę haberent in ſeculo exiſtétes. Sed contra interpretationes dictę cõſtitutionis proximè dictę facit conſti. clemen. quę talem interpretationem nõ admittit, & ſibi ſoli interpretandum ſolummodo reſeruando, cuius cõſti. tenor talis eſt. clemens epiſcopus & c. magiſtro, & fratrib. ordinis prædicatorum & c. ordinis veſtri ſac. relig. qua uiriſi tuiliter domino in humilitate ſpiritus deſeruitis, laudabiliter promeretur, ut uos ipſumq; ordinem ſincera diligentes in domino charitate illa uobis libenti animo non concedimus, per quæ materia ſubmucta grauaminis ſtatu. ueſtrę tranquilitatis procuretur, ſanè tranſmiſſa nobis conqueſtio monſtrat, q̃ nõnulli epiſcopi, & archiepiſcopi, & aliarum eccleſiarum pręlati ueſtris libertatibus derogantes indulgentias, ſeu priuilegia uobis a Romana eccleſia conceſſa interpretari, & ad ſuum intellectum trahere moliuntur, quanquàm cum intellectu uerba indulgẽtiarum, & priuilegiorum huiuſmodi nequaquàm exprimere uideãtur, ac uos iuxta ipſorum priuilegiorum interpretationem priuilegia illa conſeruare compellũt in ueſtrũ non modicum pręiudicium, & grauamen: quia uerò uos ſuper hoc apoſtolicę ſedis remedium imploraſtis ueſtris applicationibus, nec pręfati archiepiſcopi, & pręlati p̃dicta priuilegia, indulgentias, ſiue quæ interpretatione non indigent, ſiue dubia, uel obſcura contineant, de cætero interpretari præſumant: autoritate pręſentium diſtrictius inhibemus uolentes, q̃ cum eius ſit interpretari, cuius eſt condere interpretatio ſuper huiuſmodi dubijs, & obſcuris dictæ ſedis iudicio relinquatur & c. illi & c. datum Viterbij & c. Item ratione alia uidetur dictum priorem, & ſyndicum non poſſe petere, nec exigere: quia Titius erat tempore profeſſionis minor 25. annis. unde nõ potuit tacitè, nec expreſſe alienare ſine tutore, & decreto, ut l. lex, quæ. C. de admi. tu. & de bonis mi. ſine decreto nõ alie. per totum. cum ſi. at hic nullum decretum, nulla ſolennitas interuenit: ergo deductatio aliàs non tenuit, & ſic ius ſuit tranſla. in conuẽtum mobilium, & immobilium, ergo prior, ſeu conuentus, uel ſyndicus non poteſt agere: quia ſine actione experiretur contra iura. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. uideamus. l. quotiens. §. fina. l. ſi temporali. ff. de admini. tuto. cum ſimilib. & ex his, & alijs ſupplendis in iure per dominum cõſultorem quæritur, quid iuris. Circa ſupradicta eſt conſiderãdum,

dum, quòd talis contractus eſt bonæfidei, vt inſtitutio. de ac. §. in bonæfidei. & C. loca. l. aduerſus. & in tali contractu licuit locatori. L. apertius dicere: & ſi vt proponitur; iũe dictus Bartholomęus habebat, & poſſidebat omnes, & ſingulas res ſtabiliter, potuit in exceptio. opponere omnes, quę non erant de intentione ſua in locatio. venire: cum ergo locatio. obſcuritas, vel ambiguitas apparet, quòd dixit, quòd locauit omnes, & ſingulas res ſtabiles, quas ipſe Barth. nũc. habet, tenet, & poſſidet nomine ſuo, & vxoris ſuæ excepto pondere &c. facien. eſt interpretatio contra locatorem, videlicet contra Bartho. & hoc eſt, quod dicit. l. veteribus. de pac. ibi, & ei, qui loca. &c. in caſu tamen propoſito ſatis poteſt dici, quòd omnes res ſtabiles veniant in loca. cum proponatur, quòd tunc ipſe Bartho. habebat, & poſſidebat omnes dictas res ſtabiles, & locauit ſic generaliter excepto pondere &c. non poteſt ergo exceptio comprehendere alios caſus, quàm nominatos, & applicatos, dicit. l. ſi ſeruus eius. de acquiren. hæredi. & l. ſi duo. de adminiſtratio. tuto. Item iſta tria verba, videlicet habet, tenet, & poſſidet. quaſi eundem important effectum. habere. n. eſt reſpectu dominij, & non reſpectu ſolius poſſeſſionis. l. ſtipulatio iſta habere, licere. de verbo. obliga. & l. is apud. & l. habere. de verbo. ſignifi. ſi ex hoc generatur obſcuritas, ſiue ambiguitas, an contemplatione dominij, vel poſſeſſoria tunc habet locum dicta l. veteribus. vt fiat interpretatio contra locatum. quæ interpretatio eſt, vt intelligatur habere iure ſolius, poſſet idem de verbo. ſignific. tenere, & poſſidere. ſic ſimpliciter prolatum refertur ad nudam detentionem, vt l. ſtipulatio iſta. §. hi quoq;. & §. habere. vbi aperte dicitur, quòd naturalis quæſtio, ſiue naturaliter poſſidere, & tenere, & hoc in effectu idem important. cum ergo proponatur Bartho. tempore dictæ locatio. habere, & tenere, & poſſidere, ſatis apparet etiã eas res ſtabiles omnes in dicta loca. veniſſe præter podere de granuano &c. & per conſequens dominum Bartho. actis ex conditione obligatum fore domino Franciſco de Clu. vt lege ex conducto. ff. de loca. & l. 2. C. eo. Ideo autem in princi. dixi fore contra. capitulo bonęfidei. quia in eo veniunt omnia promiſſa, & peruenta, & in quædam non dicta, & non expreſſa ſeruantur omnia bona, & æqua, vt inſtitu. de obliga. ex conſenſu. §. fina. & l. circa. C. loc. per quæ concludo, vt præmiſi, dictum Bartho. ſic obligatum fore, & teneri dicto. ita & in dicta locatione venit omnis poſſeſſio, ſiue reſtabilis, de quibus ſupra fit mentio propter duo poderia exceptuata, videlicet pro date de conta. &c. Nicolinus. de Caſulis tuus ſemper. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXVI.

1 *Appellatio a ſententia per poteſtatem, vel eius Iudicem lata ad quem deuoluatur.*

2 *Priores ciuitatis an aliquam habeant iuriſdictionem. & infra conſi. ſequen.*

3 *Si conſtat Iudici appellationem eſſe deſertam, vel minus ritè interpoſitam, exequi debet ſuam ſententiam.*

In Chriſti Nomine Amen.

Viſo puncto facti narrati prędicti, actis, & actitatis factis coram domino de Fonſ. & iudi. & ſententia D. Domini defenſoris, & indic. appellati. prędicta facta ad ipſos dominos priores, & accepti. & oppoſitis factis, & productis pro parte dicti Lelli coram ipſis dominis prioribus, & omnibus actis productis, & factis coram ipſis dominis prioribus, & viſis ſtatutis eius, vt mihi tranſmiſerunt: & præſuppoſito, quòd intentate pro tempore appellationis factæ ad dominos priores prædictos, & ante per annum, & vltra non erat cap. nec modo eſt in ciuitate tu. ſed ſolum fuit, & eſt poteſtas in ipſa ciuitate tuderti. & quòd ſententia lata contra ipſum Lellum a qua dictus Lellus appellauit, & dictum dominum defen. & iudi. a dicto domino poteſtate, qui nunc eſt, & erat tempore dictę appellatio. & ſententię latę per dictum dominum defenſorem, nec ab aliquo eius officio minimè emanauit, ſed ab
1 eius prædeceſſore &c. † Dico breuiter de iure dicendum prædictos dños priores non fuiſſe, nec eſſe Iudices competentes in dicta cauſa. ratio, quæ mouit, eſt iſta: certum eſt, quòd ex forma ſtatuti communis tu. poſiti ſub rubrica de appella. interponen. in ciuilibus cauſis. vt in fin. verum tamen ſi per dictum Iudicem appellationum ipſa diffinitiua ſententia a qua appellauit, extiterit infirmata, vel nulla pro impreciatum fuerit &c. quando per iudicem appellatio. infirmatur ſententia lata per poteſtatem, vel ſuos Iudices, debet appellari ad capit. & verſa vice, ſi lata fuerit per capit. & Iudicem appella. infirmata, debet appellari ad poteſtatem. ſed in caſu propoſito ſententia lata contra dictum Lellum, & demum infirmata per dictum dominum defenſorem fuit lata per Iudicem poteſtatis: & ſic debuit appellari ad capi. ciuitatis tu. ſi tunc temporis offi. dicti dñi Capitanei in dicta ciuitate tu. viguiſſet. verũ quia tunc tpis dictus Capitaneus in dicta ciuitate tu. nõ erat, debuit appellari ad populum, ſeu ad conſilium, ſeu ordinem decurionum: qui decuriones conſiliarij appellantur. iuxta not. per glo. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. in gloſ. ſuper verſicu. omnimodo. & ff. de decu. libro 10. in glo. rubricæ. & non ad dominos priores: quia quando rectores non ſunt in ciuitate, iuriſdictio dicti rectoris remanet apud ordinem decurionum, hoc eſt apud conſiliarios dictę ciuitatis, & non ad priores: iſta probantur per l. vbi abſunt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & ibi per dominum Bartho. & per eundem in l. 1. §. ſi quis in appella. ff. de appella. ſimile videndum extra de maio. & obe. capitu. iſque. & capit. cum olim. extra de hæreti. & capitu. ad abolen. in quibus dicitur, quòd per mortem epiſcopi vacans iuriſdictio remanet penès capitulum: decuriones. n. ſeu conſules ciuitatis habent illam poteſtatem, quàm habet totus populus. probatur per l. planè, & ibi not. ff. quod cuiuſ-
2 que vniuer. & l. nominationum. & C. de decu. lib. 10. † Sed priores non ita ſunt: cum habeant iuriſdictionem limitatam, vt patet ex ſtatuto communis tu. poſi. ſub rubrica de elec. offic. & autoritate dominorum priorum, & populi &c. nec poſſunt dici maiores poteſtates, vel Capitanei dictæ ciuitatis tuder. & ſic appellari ad eos non potuit: cum appellatio debeat fieri ad maiorem, non ad minorem, vel parem, probatur per l. 1. §. ſi quis in appel. ff. de appel. & in corpore autenticorum de appel. & infra quæ tempora debeat appellari. §. illo. & hoc appellare debuit, ſcilicet ad populum, ſeu decuriones dictæ ciuitatis tu. ſi dicta ciuitas tuderti eſt populus liber, nec recognoſcit ſuperiorem. ſi vero autoritatis ſuperiorem recognoſceret: tunc vacante officio dicti Capitanei deberet appellari ad ſuperiorem dictę ciuitatis tuderti: videlicet ad Papam, vel Imperatorem, ſi alij ſuperiores medij non ſunt. probatur per l. Imperatores. ff. de ap. & per ea, quæ no. per do. Bar. in prælegato. §. ſi quis in appel. & l. 1. §. ſolen. ff. quando appel. ſit. per eundem d. Bar. cum ſi. concludendo igitur dico Chriſti nomine inuocato, prædictos priores non fuiſſe, vel eſſe Iudices competentes in cauſa appellationis prædictæ per iur. & alle. ſuperius allegatis. Ego Franciſcus.

Ad idem.

3 IN Chriſti nomine amen. † Si conſtat Iudicia quo appellationem eſſe deſertam, vel minus ritè interpoſitam, exequi debet ſuam ſententiam, vt not. C. de appella. l. eos. in princip. & l. contra. & extra de appella. capitu. 1. in cle. & per Bar. in l. 1. in fi. nil. no. ap. pen. ſuper alijs eſt ita latè conſultum, quòd non expedit aliquid dicere, niſi quia ſapienter conſultum eſt per excellentiſſimum doctorem dominum Bartho. de Salyceto, & per chariſſimum ſocium meum dominum Franciſcum de ſpoleto, prioris ciuitatis non habent aliam iuriſdictionem contentioſam, niſi quam lex municipali, quia eorum deſcribit officium, concedit ipſis, vt no. ff. de pac. l. item magiſtri.

CONSILIVM CCCCLXXVII.

1 *Liberatio debet eſſe efficax, & non inanis, & fruſtratoria.*

2 *Liberatio non dicitur merum factum.*

3 *Iubere dare, & iubere liberare, an ſit idem.*

In Chriſti Nomine Amen.

In iſto certamine, cuius principium eſt in famula, ex quo pacto ille Ioſfredus verus debitor quondam nunc vult ſolu-

tum

rum repetere a domino Ioanne, dicitur primo dicendum, quod
1 Ioſfredus habet iuſtam Inculentam, † quia iuſſit debitorem liberare, ſi interim exigit, tenetur exactum reſtituere. & ſic factum liberationis conuertitur ad veritatem reſtitutionis vt ff. de excep. doli. l. purè. in princi. nec enim intelligitur de liberatione inani, & fruſtratoria, ſed de efficaci tempore: quo ſubieſt obligatio, quia iuſſit aliquid facere, debet ſic facere, vt de iure officium ſumat. ff. de leg. 1. l. huiuſcemodi. in prin. &
2 §. ſi ita cui legatum. & vtrobique numero. † Et liberatio non dicitur merum factum. ff. de condi. ob cauſam. l. ſi mulier. C. de tranſac. l. fine apud acta. quia qui remittit, dare videtur.
3 ff. de calum. l. a. ff. de re. iur. l. ſi quis obligatione. † vnde ſunt quaſi proportionabilia iubere dare, & iubere liberare. & ſic petitio Ioſfredi videtur ritè formata. & quia de pronuntiatio. nulla eſt quæſtio, ſupereſt videre, quod dictus Ioſfredus debeat eſſe ille, qui reportet palmam victoriæ. in contrarium poſſet argui, quòd dictum pactum fuerit nudum, & ſic ex eo agi non potuerit: quia non habuit cauſam pertinētem ad rem. ff. de pac. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ſed in hoc non inſiſto: quia pronuntiatum eſt ſecundum pactum, licèt fortè perperam fuerit iudica. tamen anthoritati ſententiæ parendum eſt ff. de iudi. l. ſi prætor. §. in omnibus. ff. de pigno. l. ſi fundus. §. ſi plures. ff. de rei vendi. l. ſi ex diuerſo. & ideo ad ſecundam rationem venio: nam verba dixerunt, perinde haberi debent, ac ſi dictus Ioſfredus obtinuiſſet: ſi ergo ita, quod perinde habeatur, ſed ſi obtinuiſſet per ſententiam, & ſoluerct verum debitum, non repeteret. ff. de condi. inde. l. Iul. inſtit. de excep. §. item ſi in iu. l. procu. ad proxi. §. 1. in fi. ff. rem rat. habe. ergo qua fronte, & qua conſcientia repetat, non cerno: a Nicolao enim repetere non poteſt, quia cum eo nullam fecit conuentionem: nec a domino Ioanne, quia dominus Ioannes ſuum recepit. ff. de condi. inde. l. repetitio. quod certe etiam per ſententiam abſolutoriam ſibi naturaliter deberetur: iſto enim caſu pacto non tollitur naturalis obligatio, quia non plus operatur ex forma conuentionis, quàm ſententia. Præterea iſte Ioſfredus factum ſuum fecit, ne liberari poſſet, quia ſoluit, & extincta fuit ſubſtantia. obſtant. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi rem. & ſi dicit, quòd fuit coactus ſoluere. Reſpondeo, factum iudicis ſibi nocet tanquam prius conſenſit, ideo dominus Ioannes potuit per alium reportare liberationem huius pacti &c. & ſi per ſe non potuiſſet. ff. de lib. leg. l. ſi is, qui duos. Item debitum licèt in ciuili exact. tantum repeti non poteſt. ff. quod metus cauſa. l. fin. §. fin. ad idem. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſtor. §. ſi non admiſerit. ad idem facit, quod not. ff. ſi cert. peta. l. pactum. in glo. in ver. hinc autem. ad id facit. C. de tranſact. l. ſi pro fundo. & totum illud non factum ad excipien. non parit actionem, vt not. ff. de pact. l. ſi intra. & facit. ff. de iureiuran. l. ſi quis cum debitore. in glo. 3. vel melius Bald. Et ideo dico dictum Ioannem habere iuſtitiam: & potiſſimè quia dictum pactum fuit captioſum, cum ex eo nil accreſcere potuiſſet domino Ioanni, qui etiam abſque pacto habebat iuſtitiam, ſicut apparet ex poſterioribus clarè: ergo dico, quòd Ioſfredus non habet ius, & quòd ab eius nouiſſima repetitione dominus Ioannes debet abſolui præſuppoſito, quod Ioſfredus fuiſſet verus debitor eius, vel communis debitor Ipſius, & Nicolai. ſicut thema indicat, vel maximè, & principaliſſime fuiſſet debitor Nicolai. non obſtant in contrarium allegata, primo non obſtat ratio, quæ dicit ſe obtinere, ſi non fuiſſet executionem paſſus, nam immo fuiſſet ſoluere coactus dicto Nicolao: quia temeraria pactio dicti Nicolai Ioannis ei Nicolao non nocuiſſet, nec ſententia lata expreſſa cauſa dictę temerariæ pactionis. Item non potuerant paciſci de iure tertij. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. Item nec de facto alieno, vt inſti. de inuti. ſtipula. §. ſi quis alium. Item ſi fuit coactus ſoluere, fuit hoc iuſtum, & æquū. Et quia quæſtio videtur principaliter fuiſſe cū Nicolao ſolo; facit. ff. de pac. l. ſi vnus. in princ. ff. de iureiur. l. duobus. ff. de neg. geſt. l. ex duobus. cum ſi. Item non ob. l. auunculo. quia ibi æquitas naturalis facit pro repetente, aliàs locupletaretur ibi reus cum aliena iactura: hic totum econtra: quia, Ioſfredus eſt ille, qui vult locupletari. & ideo debet repelli ab immoderata, & inordinata intentione, quantum eſt poſſibile nō frangeñ. pac. palmæ conſequendæ, quod cum de aliqua virtute corporis, vel animi agitur, ſeruandū eſt. ff. ver. ob. l. in excu. §. fin. in glo. Hic autem, vt dixi, non frangitur, quia ſumus in tertio caſu, de quo pactum non loquitur, nec ęquitas. Item ſi dico, canis latrat, & ſi non latrat, volo perdere cauſam, ſtultitia, & ineptia eſt, & minima, ac miſera eſſet legum diligentia, quæ traheret illud pactum ad non ſuos terminos.

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

1 *Scala exiſtens ſuper oſtio alicuius an dicatur communis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Super hoc puncto videnda eſt facti veritas, quæ oculata fide videri poteſt. l. ſi cum in emptione. §. ad officium. ff. fin. regun. nam iſte dicit, quòd officium ſuum licèt modo repererit ipſum ſuper dicta ſcala: vnde manifeſtum eſt, quòd ſcala erat communis hincinde habitantibus. ff. communi diui. l. arbor. §. de veſtibulo quo caſu ſiquidem cōmodè poteſt iri per ſcalam, adhuc non debet demoliri ędificium factum ſciente, & patiente ſocio. ff. communi diuid. l. Sabinus. a. reſpon. ſed ſi ſcala alterius eſſet propria, tunc demoliri deberet ædifi. Et ideo arbiter viſa per inſpectionem qualitatis loci ad oculum veritate fecerat ſecundum prędictam ſentētiam. & conſideret, quòd ſi nil aliud habet in intentione, niſi vt officiat ſocio, audiri non debet, arg. de rei ven. l. in feudo. Ego Bald.

CASVS.

Factum ſic proponitur. Vannutius Leui fecit teſtamentum, in quo inter cætera ſi diſpoſuit, videlicet. Item reliquit do. Luchellę eius vxori omnes pannos de Lana, & de Lino ad vſum veſtimenti ipſius Luchellę tm̄. Item liberè legauit, & reliquit Luchellę prędictę eius vxori domos eius poſitas Aſſiſij in porta S. Fran. in burgo S. Petri iuxta viā a duobus lateribus, & rē Lippi Martij, & hęre. Blaſij vannis. Item reliquit iure inſti. & legati Franciſco Marię, & Clarellæ ſuis filiabus pro qualibet earum quatuor 100. lib. denar. quam quantitatem dictus teſtator ipſarum quamlibet habere iuſſit, & voluit, cū vixerint, & eas inuicē ſubſtituit, ſi decederent ſine filijs, vel filiabus legit. & eo caſu, quo omnes dictę ſuę filiæ decederent ſine filijs, vel filiabus legitimis, in dicto caſu ſubſtituit eis ſic decedentibus dictam Luchellam vxorem eius, & eorum matrē: poſt mortē vero ipſius Luchellæ voluit, & mandauit dictam quantitatem pecuniæ dictis ſuis filiabus relictam liberè deuenire ad eccleſiam Sancti Franciſci de Aſſiſio. in omnibus autem alijs ſuis bonis mobi. & immobi. &c. ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, atque fecit dictam dominam Luchellam eius vxorem. poſt mortem verò ipſius dominæ Luchellæ dictus teſtator voluit, & expreſsè mandauit bona omnia dictæ ſuæ hæreditatis liberè deuenire ad eccleſiam Sancti Franciſci de Aſſiſio &c. Modò quæritur, poſito pro conſtanti, licèt de iure ſit ſecus, quod prædicta eccleſia poſſet admitti ad prædictam hæreditatem capiendam mortuis prædictis filiabus teſtatoris, & Luchella prædicta prælegata dictæ dominæ Luchellæ veniāt in reſtitutione prædicta fienda eccleſiæ prædictæ.

CONSILIVM CCCCLXXIX.

1 *Eccleſia fratrum minorum non poteſt hæres inſtitui, nec vniuerſaliter ſubſtitui.*

2 *Mater ex perſona filij poteſt detrahere legitimam de bonis, ſubiectis ſubſtitutioni.*

3 *Aduerbium, liberè. an includatur in grauamine reſtitutionis fideicom. poſt mortem.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 † Præſuppoſito ſine præiudicio veritatis, quòd relictum &c. Vniuerſale factum eccleſiæ fratrum minorum valeat, ſaltim de quadam vſurpatione, cum de iure teneam, quòd eccleſia fratrum minorum non poſſet hæres inſtitui, nec vniuerſaliter ſubſtitui,
2 † venio ad quæſtionem, & dico, quod mater ex perſona filiorum poterat detrahere tertiam. i. legitimam, quam agnouiſſe videtur bona hęreditaria poſſidendo: & ideo iſtam

legitimam ad agnatos, & ad ſuos tranſmiſit hæredes. C.de inoff. teſtam.l.ſi quis filiuio. & ſic eccleſia habebit duas partes: & habet tertiam partem omnium bonorum tam relictorum filiabus, quàm vxori: quia de toto iſto corpore detrahitur legitima filiarum. de omnibus autem in principio teſta.
3 legatis mulieri † ſub aduerbio, liberé, ao includatur in grauamen reſtitutionis fideicommiſſi poſt mortem vxoris ſatis dubiè propter vniuerſalia verba, & mentem teſtatoris omnia comprehẽdentem: vt C.de fideicom.l.cum virum.ſed quòd non veniant, facit, quòd aduerbiom, liberè.nihil operatetur, quod eſſe non debet: & quia ſpecialis, immo ſingularis prouiſio derogat generi.cap.factum hæreti.l.quot. de le.tertio.l.hæres meus.§.duæ ſtatuæ. de alimen.leg.l.alimenta.§.baſilicæ.& l.Stichus.& via diſputatiua.hęc pars defendibilior eſt.

De deſcendentibus ab inteſtato ſine filijs. Rub.

ITEM Statuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis, vel aliqua de terra Sancti Seuerioi, vel eius diſtrictu decederet inteſtatus, vel inteſtata ſine filijs legitimis, quòd omnia bona, & iura ſic ab ioteſtam deueniant, & deuoluaotur in ſic deceden.ab inteſtato propinquiores conſanguineos ex paterna, vel aui paterni linea deſcendentes: cũ ſatis ſit conueniens rationi, quòd talia bona reuertantur ad primum ſtatum, vnde principium habuiſſe noſcuotur. Et prædicta locũ habeant in præſentibus, præcedentibus, & futuris.

Aliàs eſt caſus ſine deciſione: ideo ipſum caſſaui, & miror, quòd iſti primi correctores non quæſierint deciſiooes, vel nõ occupare membranas.

CONSILIVM CCCCLXXX.

In Chriſti Nomine Amen.

Præmiſſo dicto ſtatuto factum tale propooitur. Aliàs eſt caſus ſine deciſione, ideo ipſum caſſaui.

In Chriſti Nomine Amen.

Factum ſic ſe habet, Petrutius Panlelij de Gualdo dedit, & conceſſit Panlelio ſuo filio.

CASVS.

Factum tale, Titius habens dominam Iacobam matrem, & dominam Margaritam ſuam vxorem, & ex vxore Ioannam filiam dicti Titij infantẽ: iſte Titius occidit iſtam Margaritam ſuam vxorem, modo dicta domina Iacoba mater dicti Titij, & dominæ Margaritę occiſę vult admitti ad tutelam dictę Ioannæ: auunculus dictę do. Margaritę occiſę dicit, quòd ipſe debet admitti, & quòd dicta auia debet repelli. modo quæritur, quid iuris.

CONSILIVM CCCCLXXXI.

1 *Bannito in ære, & in perſona tempore an ſit locus alicui tutelæ.*

2 *Quis præferatur in tutela, an auia, an auunculus: & penès quem remanere debet tutela.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †In primis oportet ſcire, an bannito tempore in ære, & in pſona ſit locus alicui tutelæ. & ſequendo glo.in §.relegatis.locus tutelæ: quia liberatus eſt filius a patria poteſtate, & in tutela anormala, proot hoc Bartol. io l.ſi quis ſub conditione.de teſtam.tute.in verſic.quis.vbi dicit, quòd parte banoito ad mortem mater ſuſcepit tutelam filij impuberis.& idem tenuit domi.Feder.de Senis.ſed Iacob.de Aret. & idem Bart. in ſua diſpu.tenent, quòd non perdet patriam poteſtatem, & ideo ſit locus curatori, & non tutori: quod plenè retulit io l.1.C.de hæredi. inſtit. Quicquid ſit, quia tutelam, vel curam is debet gerere, qui pupillum, vel pupillam diligat pleoo affectu, & de quo oulla ſiniſtra poſſit haberi ſuſpitio. ff. de ſuſpect. tuto. l. ſi tutor aliquis. qoando emergunt huiuſcemodi caſus, ex quibus auiæ animus poteſt veriſimiliter pupillæ vtilitatibus aduerſari, vel ſaltim negligentius ſe habere, iudex non debet auiæ adminiſtrationem decernere.

2 † vbi aduertendum eſt, quòd licèt matri, & auiæ deferatur tutela per l.ſicut C.de legi. tut.tamen decretum adminiſtrationis nunquam eſt legitimum, vel anormalum, ſed ſemper datiuum: quare ſi iudicis animo ſedent, quòd legitimus, vel anormalus non eſſet idoneus, non debet ſibi decernere, ſed alium dare.C.quando mulier tutel. officio fungi poteſt.l.ſecunda.§.is illud. Quomodo enim iſta auia diligere poteſt neptem iſtam patris inimica. Et ſi ipſa adminiſtrabit, ipſe homicida in effectu adminiſtrabit: immo diſſipabit, & lacerabit tanquam canis. item quia auia, & fi. cenſentur vna perſona. l.pen.de impube. & alijs ſubſtitu. Et iſta eſſet luctuoſa adminiſtratio. C.de ſen.paſſis.l.3.quæ teſt.ff.Ille, qui eſt amiciſſimos capitalis inimici pupilli, repellitur a tutela.l.prima.§.cum patronus.de offic.præfect.vrba. & C.de inoffic. teſtam. l.liberi.§.fin.ſed iſta auia eſt huiuſmodi, quare vel debet non remoueri, vel ſaltim vt malignari non poſſit, debet ei dictus auuoculus adiungi, & puella penès auunculum educari. ſed melius eſt, quòd ſoli auunculo decernatur: qoia ſimul non bene conueniunt propter inimicitias. & ita teneo, quia apud auunculum ſecurius educabitur, & pleniore affectu ſine macula, & cum maiori pace, & conſolatione puellę, & non patebit via ad deprehendendam puellam, quòd auia repellenda ſit, & auunculo totela deferenda. Ego Baldus de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor.

Illud verbum, vel corã.ego Bald.addidi poſt alia conſilia.

Et idem conſulo ego Petrus de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor, prout conſultum eſt per d. Bald. ad quorum fidem me ſubſcripſi, & ſigillum appoſui.

Et idem, vt ſupraſcriptum, & conſultum eſt, dico, & conſulo ego Iulianus Bini de Peruſio Legum Doctor: in quorum teſtimonium prędictum me ſubſcripſi, & meo ſolito ſigillo ſigillaui ſaluo ſaniori conſilio.

Et idem, vt ſupra conſultum eſt per præfatos, & egregios legum doctores, dico, & conſulo ego Criſpolitus legum doctor de Peruſio.in quorum teſtimooium prędictum me ſubſcripſi: & meo ſolito ſigillo ſigillaui ſaluo ſemper conſilio Saniori.

Et ita dico, & conſulo ego Sanctes Collæ, vt conſultum eſt per ſupraſcriptos egregios doctores: ea potiſſima ratiooe, quia in cunctatione pupilli patruus excludit auiam non ſolum ratione inimicitię, ſed ratione ſuſpitionis ſpectatę ſucceſſionis. & eſt in caſo propoſito text.eſt in l.fina. C.vbi pup. edu.deb.& probatur.ff.eodem l.prima.& l.penultima. & prędicta mei legum doctoris minimi ſaluo ſemper conſilio melius inuenuis.

Idem, quod conſultum eſt, & dico, & conſulo ego Ludouicus Petrus de Peruſio legum doctor. in quorum fidem me ſubſcripſi: & ſig.meo ſolito ſigillaui.

Et quod ſupradictum, & conſultum eſt per pręfatos excellentiſſimos doctores, dico, & conſulo ego Anton.de Scalleolis de Peruſio legum doctor, licèt minimus, ſaluo ſemper vberiori, & ſaniori conſilio. io cuius rei teſtimonium me ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui.

FACTVM TALE.

IN Dei Nomine Amen.Factum ſic ſe habet: quidam Ser Petrus Ceni de Gualdo ſuum vltimum teſtamentum condidit, & ioter alia legata relicta &c. hęredem ſuum inſtituit Ambroſium ſuum filium cum hac conditione, quòd ſi dictus Ambroſius hęres decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſubſtituit Iacobum Ceni ſuum fratrem carnalem cum hac conditione, quòd dictus Iacobus ſubſtitutus teneatur expendere de bonis dicti teſtatoris pro Eccleſia noua Sanctæ Mariæ de Mercatali de Gualdo pro aoima dicti teſtatoris 100. floren.auri. Inſuper dictus Ambroſi. filius & hæredes dicti teſtatoris maior 14. & minor 25. an. cũ conſenſu, & voluntate conſanguineorum proximorum ipſius, & cũ authoritate iudicis omnia ſua bona vendidit dicto Iaco. Ceni. poſtmodum volens peruenire ad habitum clericalem ſuum teſtamẽtum condidit, in quo reliquit, & fecit ſuum hęredem vniuerſalem prædictum Iac.&c. Modò quęritur, ſi dic.Iaco. viuente dicto Ambro. in habitu clericali ſub ordine Sancti

Franciſci,

Franciſci, & venditis prædictis bonis, & facto teſtamento,
tenetur de iure ipſo nolente expendere dictos. 100. flore. pro
dicta Eccleſia noua.

CONSILIVM CCCCXXXIII.

1 *Frater minor habetur pro naturaliter mortuo.*
2 *Geſta ab eo, qui ingreditur religionem, antequàm ingrede-
retur, an valeant.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 Frater minor ſecundum Barto. habetur pro naturaliter mor-
tuo: quia mors naturalis ad expropriationem bonorum ni-
hil poteſt amplius operari, quàm religio, vt ipſe not. in tract.
ſententiarum minoricarum. & ponit in Authen. ſi qua mu-
2 lier. † & eſt verum quo ad hoc, vt teſtamentum, quod fecit,
ammodo reuocare non poſſit. ſed generaliter quo ad alios ef-
fectus non eſt verum, ſi loquamur de eo, quod geſſit ante in-
greſſum religionis, ſiue de eo, quod poſtea perpetrauit. Cer-
tum eſt enim, quòd ſi primo contraxit, & mihi promiſit do-
tem, vel furtum commiſit, non propterea liberatur, quòd
ingrediatur religionem, vt nota. in Authen. de monachis. in
princ. & extra de obliga. ad ratiocinia. c. 1. Item ſi poſtea fur-
tum mihi faciat, ſimiliter obligatur, & punitur, & carce-
ratur, vt tota die videmus. facit de do. & conin. c. fi. §. litibus.
in fi. C. de accuſ. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de nego. geſt. l.
eum actum. ergo cum datur, & naturaliter viuere ciuiles, ac
naturales obligationes, quibus vt viuus proſtringitur, mani-
feſtant; ſi econtra viuit, ergo conditio nondum extitit: nam
intereſt ſua haberi pro viuente, ne teneatur de euictione, ſi
aliquod rerum venditarum per hypothecaria, vel aliter cun-
ceretur. ff. de euict. l. ſi cum venditor. in prin. Cum igitur pa-
ter plus dilexerit filium, quàm eccleſiam viuo certè filio, cu-
ius intereſt haberi pro viuente: conditio dictorum 100. flo-
ren. non extitit: & ita eſt veriſimile patrem ſenſiſſe, ſcilicet vt
donec viueret filius, non pateretur moleſtiam directè, vel in-
directè occaſione illius legati: vt ff. de pact. l. tale pactũ. §. fi.
Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXVII.

1 *Vniuerſitas an poſſit ſtatuere ſuper oneribus, angarijs, pe-
dagijs &c. diſtinguit.*
2 *Munera tam realia, quàm perſonalia an tranſeant ad hæ-
redes.*
3 *Conceſſio immunitatis facta ob merita an poſſit reuocari.*

In Chriſti Nomine Amen.

Viſa immunitate, conceſſa do. Nicolæ Petri de Carnetis de
Gualdo per conſilium generale terræ Gualdi, & confirmatio-
ne facta per rectorem ducatus ſub hac forma, videlicet, quòd
præfatus do. Nicola, eiuſque bona præſentia, & futura liberè
ſint exemptus, & exempta ab omnibus oneribus realibus,
perſonalibus, atque miſtis angarijs, atque ſordis: & ab omni-
bus pedagijs, guidatijs, ſubſidijs, inditionibus, & ſuperin-
ditionibus quocunque nomine cenſeantur imponendis: & in
communi prædicto per dictum commune, & officiales ipſis
hominibus, & inter homines dictæ terræ, ſeu ipſi communi,
& hominibus ipſius per aliquos dominos, & ſuperiores di-
cti communis plura dubia oriuntur. Primo vtrum dicta im-
munitas valuerit. Secundo ſi valuerit, an duret poſt mor-
tem dicti domini Nicolę. Tertio an poſſit reuocari, eſto, quòd
1 alias duraret. † Circa primum videtur dicendum, quòd non
valuerit, quia talia decreta ſunt ambitioſa, & contra publi-
cam vtilitatem: ac etiam per ea alijs magis grauantur, vt leg.
& not. C. de anno. & tribu. l. in fraudem. & C. de decur. l. va-
cuatis. & C. de decre. decur. l. 1. libro decimo. & C. de cenſi.
& peræquatoribus. l. 1. lib. 11. nec obſ. confirmatio præſidis,
cum ſimiliter ſit ambitioſa, & ob gratiam præſidũ enim de-
creta hoc caſu non videntur valere. ff. quod vi, aut clam. l. 3.
§. planè. In contrarium hæc quæſtio terminatur cum diſtin.
nam aut quæritur, vtrum valeat in præiudicium conceden-
tium, & valet: aut in præiudicium ſuperioris in indictioni-
bus, quia fiunt per ſuperiores, & non valet. Ita dicit Andr. de
Baruli in d. l. in fraudē. nec dicitur ambitioſum, quando præ-
cedunt merita, & non fit ad poſtulationē. de præben. c. ſi mo-
tu proprio. lib. 6. & arg. in l. 3. ff. quod quiſq;. iur. & hoc eſt ve-
rum, ſi illi, qui conceſſerunt eam, habuerunt authoritatem,
aliàs ſecus. ff. de pac. l. item magiſtri. cum enim iſta immuni-
tas ſit quædam liberatio gratuita, non poteſt fieri ſine popu-
li mandato, niſi vniuerſitate congregata ipſa vniuerſitas con-
cedat, quæ eſt domina bonorum, & iurium ſuorum, vt not.
in d. l. item magiſtri. Cõſilium autem generale vim totius vni
uerſitatis obtinet de iure communi. de reg. iu. l. aliud. §. refer
2 tur. † Circa ſecundum punctum dicendum eſt, ꝙ quantũ ad
munera perſonalia, in quibus perſona grauatur propter ſeip-
ſam, non tranſit ad hæredem, quia eſt facta mentio hæredis,
licèt quo ad realia, quę ex ſolo patrimonio deſcendunt, abſq;
aliquo facto hęredis tranſit: quia conceſſum ſub reali vocabu
lo, & per copulam, q;. nam omnis copula ponitur extenſiuè,
de leg. 3. l. ea tamen adiectio. ff. de aqua quo. l. 1. §. permittitur
ff. de cenſ. l. forma. §. q̄q̄. C. de excu. mu. l. maximarum. de ſer-
3 ui. l. pater. de pac. l. iuriſg. §. pactorum. † Et ideo dicta con-
ceſſio, q̄ fuit facta ob merita, non poteſt reuocari, niſi propter
ingratitudinem: vnde ſi filij iſtius priuilegiati eſſent ingrati,
videtur, quòd eis poſſit adimi priuilegium propter ingratitu
dinem ſuam, non dico defuncti, ſicut adimuntur feudum, &
beneficium filio propter propriam fœloniam, vt in c. 1. quæ
fue. pri. cauſa benefi. amit. col. 10. ad hoc de ſac. ſan. ecc. l. pri-
uilegia. in Auth. conſtitutio, quæ de dignita. §. illud. ff. de de-
cur. l. Aquil. regu. l. ſi pater. ff. de decre. ab or. fa. l. quod ſemel.
Emerita enim priuilegia loco iſtorum, & emeritorium ſtipen
diorum cenſenda ſunt, quibus benemeritus fraudandus non
eſt, vt ff. de iuſti. & iur. l. 1. in prin. & ff. commo. l. in commo-
dam. §. ſicut. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſio Vtri-
uſque Iuris Doctor. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſign. mei no
minis ſigil. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

1 *Si ſit facta ſubſtitutio, ſi filius deceſſerit quandocunque, in-
ſtituit, & ſubſtituit &c. an contineat directam vulgarem,
& non fideicommiſſariam: & ſic an ſubſtitutus in quarta ac
creſcit totum per ius accreſcendi.*

In Chriſti Nomine Amen.

Conſiderandum eſt, ꝙ verba ſubſtitutionis ita dicunt, quòd
ſi filius deceſſerit quandocunque, inſtituit, & ſubſtituit ſibi
hęredem Munaldum Cioli, & Guadagninum in quarta parte
hæreditatis, quod verbum, inſtituit. quia filius deceſſit viua
matre, ſignificat directam vulgarem, & non fideicommiſſa-
riam: propter quod contingit mirabile, ꝙ iſtis ſubſtitutis in
quarta accreſcit totum per ius accreſcendi, vt hic probatur,
& no. per Cy. in l. precib. & de hęr. inſti. l. ſi re ſolum. & ſic de
iure filia dictę teſtatricis debet habere legitimã in integram
tertiam partem: quia tẽpore mortis matris ipſa ſola erat: quia
frater eius erat præmortuus: ſubſtituti autem debent hęrere
duas partes conſiderato, & applicato ipſi virtuti ſubſtitutio-
nis vulgaris iure inſeparabili accreſcendi. dicet aliquis, quare
non ita accreſcit filiæ, ſicut ſubſtitutis. Reſpondeo, quia le-
gitimam habet filia ex diſpoſitione legali, & alio iure, quàm
iure teſtamenti. i. beneficio mero legis. ff. de bo. poſſ. l. ſi cum
patruos. & ſic iſti ſubſtituti propter verbum inſtituit ſucce-
dunt vltra, quàm teſtatrix crediderit: & ideo notarij ex impe
ritia ſæpe errantes, & vim verborum neſcientes magis afferũt
alijs damna: nam ſi hic non eſſet verbum, inſtituit. iſta ſubſti
tutio eſſet fideicommiſſaria, & non deberent ſubſtituti habe-
re excluſa codicillari, quia inſtitutio eſſet caduca: niſi quar-
tam partem. alij tamen dicunt, quòd eſſet vulgaris &c. ta-
men ſiue vero inſtituit, quia compendioſa continet vulgarẽ,
& decernent, vnde in alio caſu vbi filia ex tali intellectu non
excluderetur ab hæreditate, & eſſet ſubſtitutio totatiua, id eſt
in toto non quotitatiua. l. in re. vel par. quia tunc non trahe-
tur pars ad totum, cum ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria:
ſecus vbi excluderetur. ſed in caſu noſtro propter verbũ, inſti
tuit. veritas videtur, vt dixi, quòd filia ſuccedat in tertia:

& ſubſtituti ſuccedunt in duabus partibus. facit ff. ad Trebel.l.recuſare.§.Tirius. & l.cogi.§.generaliter. quia verbum, inſtituit.eſt merè directum,& expreſsè directum,& directiſſimum.legata autem, & relicta debent ſoluere iſti ſubſtituti, vt l.cum pater.§.ab inſtituto. de lega. 2.cum ſi. quia legitima debetur dictæ filiæ ſine onere. Ego Baldus.

Punctus, Super quo cōſilium petitur, talis eſt, quidam fecit teſtamētum, & inſtituit filium ſuum, & in dicto teſtamēto inter cætera voluit, iuſſit, & mandauit, quòd ſatisfiat omnibus, & ſingulis aliquid recipere debentibus a dicto teſtatore, vel ſuo patre: eo quia ſi eſt aliquis, qui deberet recipere a dicto teſtatore, vel ſuo patre, ſed ſit pſcrip. an hæres teneatur ſoluere dictum verum debitum, licèt præſcrip. attentis verbis adiectis in dicto teſtamento. Secundo, an ſi dictus hęres, vel fideicommiſſarij ſoluerint non appoſita dicta exceptione pręſcriptionis, potuerint liberè ſoluere, adeo quòd non teneantur de eorum proprio reſtituere, nec aliqua culpa eis imputari poſſit, necne.

CONSILIVM CCCCLXXXV.

1 *Debitum præſcriptum an liberet creditorem.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Debitor dupliciter dicitur, ſcilicet cōſcientialiter, & ſecundum naturalem veritatem, & artificialiter, ſeu iudicialiter: primo modo præſcriptio non liberat debitorem, quia pręſcriptiones vſurpationes ſunt bono tantùm publico introductę. Secundo liberat debitorem a neceſſitate præſtationis. dico ergo, autem teſtator vtitur verbis ciuilibus, puta quòd debeo: aut naturalibus, puta ꝙ mutuo recepi, vel quòd promiſi. Primo caſu refert, aut teſtator cogitauit de debito præſcripto, vt quia fecit mentionem de eo, & ſtandum eſt voluntati. vnde in caſu iſto ſi pater deceſſerit ita diu, quòd filius præſcripſerat, potuerunt executores ſoluere, alias non. de ſol.l.ſi is, cui.§.ſtauius. Secundo caſu ſine dubio ſatisfacere potuiſſent, arg. in l.fin. de iureiuran. Ego Bal. Illud eſt ordinamentum communis Peruſij poſitum in volumine, & reformatum.

Item ſtatuerunt, & ordinauerunt, quòd a ſententia cuiuſlibet iudicis liceat ſemel tantùm appellare, & non pluries: & quòd appellari debeat ad iudicem appellationis per commune Peruſi. deputatum, & non ad alium. Et quòd ſi contigerit officium dicti iudicis vacare, vel ipſum iudicem abeſſe, quòd tunc, & eo caſu ſi ſententia eſſet lata in curia poteſtatis, poſſit appellari ad curiam cap. & ad ipſum capitaneum, & collateralem eius: & ſi eſſet lata in palatio cap. poſſit appellari ad curiam poteſtatis, & ad ipſum poteſtatem, & eius collateralem: & ipſi collaterales ſint cognitores dictarum appellationum ſecundum formam Statuti communis Peruſi. & ſecundo appellans profetentem dictam ſententiam in cauſa appellationis executioni debitæ mandetur ſententia prælibata. & prędicta omnia, & ſingula poteſtas, & cap. & iudex iuſtitię, & quilibet iudex, & officialis communis Peruſi. ſeruare teneatur ſub pœna, & ad pœnam quingentarum libra. denaria. ſibi de facto auferendarum tempore ſui ſyndicatus. Item eſt Statutis communis Peruſi. poſitum in l. 1. lib. ſub Rubrica 181. de appella.

Et iudex appellationis ipſam appellationem admittat, ſi eam fore cognouerit admittendam, & licitum ſit vnicuique duabus vicibus appellare: & ſi prima vice in cauſa appellationis ſuccubuerit, & voluerit ſecunda vice appellare, teneatur talis appellans tam pro ſe, quàm etiam pro aduerſario, pro quo lata fuit prima ſententia, decimum mittere: & aliter non audiatur appellans, quę ſecunda appellatio a ſententia, quę ferretur per maiorem ſyndicum, & iudicem iuſtitię confirmatoria primę, ſi fuerit pro ſententia lata in curia poteſtatis, appellari poſſit ad dominum capi. & eius collateralem. Qui collateralis ſit vt cognitor, ac diffinitor dictę cauſę ſecundę appellationis. & ſi fuerit ſuper ſententia, quę ferretur in curia capi. appellari poſſit ad dominum poteſtatem, & eius collateralem: & ipſe collateralis ſit iudex, cognitor, ac diffinitor dictę cauſę. & ſi dicti collaterales ſint, & eſſe intelligantur iudices dictarum appellationum, ut dictum eſt.

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

1 *Statutum prouidens de iudice appellationis, quando appellatur a ſententia confirmatoria, an videatur prouidere de eodem iudice, quando appellatur ab infirmatoria.*

2 *Statutum in vno an cenſeatur ſtatutum in alio, ſi conſtitutio ſit pœnalis.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Statutum prouidens de iudice appellationis, quando appellatur a ſententia confirmatoria, quando verò appellatur ab infirmatoria, non dat iudicem appellationis: & videtur ponderatis verbis Statuti. vnde iſte videtur caſus omiſſus, in quo recurrendum eſt ad iudicem ſubſidiarium, id eſt, ad dominos priores artium, vt l. vbi abſunt. ipſi enim ſunt iudices iuſtitiæ alijs rectoribus deficientibus, ſicut olim erat iuriſdictio apud collegium pontificum, vt l.ſecunda.ff.de origine iuris. & non eſt nouum, quòd iuriſdictio eſt contentioſa, ſi apud collegia, vt in cap. primo. de maiorit. & obedien. libro 6. & not. in cap. 1. de hæreti. per Innocen. & ideo ſi in ciuitate Peruſi. vacaret iudex generalis appellationum, ac etiam vacaret officium poteſtatis; tunc a ſententia capi. appellaretur ad dominos priores ſine dubio. ſemper enim in Republica debet eſſe, qui iura dederat. de origine iur. l.ſecunda.§.poſt originem. In hoc ergo ſtat quęſtio noſtra, verum iſto ſit caſus omiſſus, & improuiſus; & videtur, quòd ſit ex natura verborum: quia lege quantum vis textum ſtatuti non inuenies iſtum caſum ſpecificatum: & ideo ad principem propter nouum caſum recurrendum eſt. C. de legi. l. cum de nouo. & l. ſi Imperialis. Princeps autem nunc eſt collegium priorum artium. ff. de pact. l. iuriſgent. & probo tali ratione. Prouiſio in vnum caſum excludit a ſe contrarium caſum, vt l. inter.§.cum inter patrem, de pact. do. ſed hic ſtatutum prouidet de iudice in caſu confirmatorio: ergo in contrario caſu, ſcilicet infirmatorio non intelligitur idem prouidere: ſed aut non cogitaſſe, vt ſit caſus omiſſus verbis, & mente: aut per locum a contrarijs contrarium ſenſiſſe. Secundo probatur, cui non conueniunt verba legis, nec mens legis intelligitur adaptari: quia non eſt recedendum a verbis text. ff. de exerci. l. prima.§.ſi is, qui nauem. ſed hic verba non congruunt, nec ſignificatio, id eſt, plana verborum expoſitio. ff. de legatis tertio. l. ille, aut ille.§. cum in verbis. ff. de ſup. legat. l. idem reſpondeo. Tertio probatur, quia virtus verborum legis eſt aliquid operari, vt l. prima. ff. ad municipa. ſed ſi permiſſa eſſet appellatio ad poteſtatem ſimpliciter, tunc illa verba confirmatoria nihil operantur: quod eſſe non debet, vt l. ſi quando. de legat. primo. Quarto probatur, quia quod differentiæ cauſa ponitur, ſemper cōſtringere conſueuit tam diſpoſitionem hominis, quàm diſpoſitionem legalem. ff. de legatis tertio. l. hoc legatum. ſed illa verba confirmatoria primæ differentiam ſignificare videntur. ſi enim differentiæ cauſa non ponuntur, fruſtra membranas occupant. Quinto ponatur, quòd Papa cōmittat omnes cauſas confirmatoriarum, an videatur committere cauſas infirmatoriarum: certè non, quia id ex verbis concipi non poteſt, vt extra de priuile. cap. porrò. & ſi diligenter attendas, iſtud ſtatutum eſt contra ius commune. Nam de iure communi ad neminem appellatur, qui non ſit ſuperior: ſed poteſtas non eſt ſuperior iudex iuſtitiæ taliter, quòd a poteſtate tanquàm a minori appellatur ad iudicem iuſtitiæ. cum igitur hoc ſtatutum ſit contra ius commune, non debet extendi, vt ff. de ſolo. matrimo. l. ſi vero.§. de viro. Sexto probatur, quia fines commiſſionis, ſeu commiſſę iuriſdictionis diligenter ſunt cuſtodiendi, nec ſunt extendendi, adeo quòd in appellationibus non habet locum prorogatio etiam de conſenſu partium. ff. de iudic. l. ſecunda §. et quoque. de mur. pe. c. 1. per Inn. quia iudices appellationum authoritas ſuperioris, non conſenſus partium facit: ſed

hic eſt modus, in rebus, ſunt certi denique fines, quos vltra, citraque nequit conſiſtere rectum. vt no. de verbor. obliga. l. ſi ita quis. §. ca. l. Septimo probatur per glo. ordina. quæ dicit, quòd c. prudentiam, de mut. pet. h. ſibi locum, quando iudex eſt datus ad poſtulationem partis: ſecus ſi per legem, vel proprio motu, vt no. extra de regu. iur. c. quod ob gratiam. in glo. ordin. facit l. 3. in princi. ff. quod quiſque iur. Octauo probatur, quia iſtud ſtatutum in ſententia confirmatoria eſt conceptum per reformationem: ergo iſtud ſtatutum tanquàm conceptum non poteſt ammodo extendi. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fin. Nono probatur, quòd iuriſdictio in certo caſu data videtur in alijs denegata. ff. de iud. l. cum prætor C. de pac. conuen. l. fi. Nam inter genus, & ſpeciem commiſſæ iuriſdictionis multum intereſt. ff. de iuriſ. om. iud. l. ſolet. & l. prętor. & ff. quis, & a quo app. l. 1. Decimo, & vltimo probatur ex natura ſtatutorum, quæ ſunt ſtricti iuris, & rudiſſimi ſenſus in quibus verba debent intelligi materialiter, & groſſo modo iuxta corticem verborum. Vnde quod populus non loquitur, ſentire non creditur. iura ſunt vulgariſſima, & certiſſima. In contrarium videtur pluribus rationibus: primo, quia par fauor debet impendi in cauſa appellationis vtrique parti. tex. eſt in d. ca. 2. de mut. peti. nec valet illa reſponſio, quòd ibi ideo, quia ad partis poſtulationem: nam idem ſi motu proprio, vt not. in nouell. Secundo propter æqualitatem ſeruandam in iudicijs tam circa iudicem, quàm circa ordinem iudicij, & totum proceſſum, C. de prox. ſacro. ſeri. l. in ſacris. C. de fruct. & lit. expen. l. fin. Tertio, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. fina. ff. de lega. 3. Quarto pone, quòd ſententia confirmatoria ſit lata pro reo, certum eſt, quòd ſecundum ſtatutum licet appellare actori ad poteſtatem. econtra dicere, quod non licet reo, eſt contra iuris regulam, quæ dicit, non actori licet, quod reo licitum non exiſtit; cum ergo reus appellat, poteſtas eſt iudex eius, ſicut eſt iudex actoris appellentis. Quinto, quia continentia cauſæ nõ debet quo ad iudices ſeparari. C. de iudi. l. nulli. C. de appell. l. ampliorem. Pone, quòd ſentẽtia eſt pro parte confirmatoria, pro parte infirmatoria, & vterque appellat ſimul, ita quòd vnus nõ inijcitur appellationi alterius: vnus ergo ibit ad poteſtatem, alter ad priores ſciſſo iudicio: quod eſt abſurdum. Sexto, quia quotiens generalis determinatio ſequitur, ſpecialis promiſſio non reſtringit ſubſequens genus, ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Inquit text. cum igitur clauſula vltima, quæ dicit. & ſic dicti iudices &c. debeat aliquid operari, & quandam regulam ponere, quæ comprehendat omnes caſus ſuper quibus eſt neceſſaria prouiſio legis: merito iſte finis ſtatuti concludit omnia. Non obſt. illa verba, vt dictum eſt. nam dico, quòd ſuperius dictũ eſt hac ratione, & mente penſatis. Nam plerunque ſub ſilentio verborum mens legiſlatoris patet, & non latet. C. de fur. l. ſi quis ſeruum. cum ſimilibus. Septimo, quia licèt qñ appellatur ad capitaneum, ponantur illa verba confirmatoria primæ, etiam quod non credo verum, ponantur conditionaliter, ſi fuerit lata, inquit, in curia poteſtatis; cum autem appellatur ad poteſtatem, non repetit dictum ſermonem; ſed in confirmatoria primo, nec debet intelligi repenta ignorantia dictatoris ſtatuti, vel ſcriptoris. C. de teſtamen. l. ambiguitatem. quod enim ratione caret, extirpandum eſt, vt C. de liberis præter. l. maximum Vitium. Sed ad hoc poſſet reſponderi, vnum conſtructum eſt illa verba emiſſa: quia diſiunctiuè, ſcilicet ſi fuerit &c. communia ſunt omnibus ſequentibus ea vi conſtructa. Octauo, quia ſtatutum debet reduci ad intellectum æquitatis etiam vulgaris, quæ vulgo patet. ff. depoſit. l. bonafides. & nota. C. de tranſaction. l. ſi maior. ſed æquitas legis debet eſſe, ſicut æquitas iudicis, & boni viri, quæ debet eſſe columna in medio: non angulus, nec fautor partialis. C. de iudic. l. rem non nouam. Nono, quia idem ius ſtatuitur quo ad iudicem & forum,
2 quando appellatur ab infirmatione, & confirmatione. † Item ſtatutum in vno caſu cenſetur ſtatutum in alio, etiam ſi conſtitutio ſit pœnalis, vt patet ex duobus capitulis ſimul iunct. extra de electio cap. cupientes. c. generali. & c. ſi poſtquam. §. cum autem. libro 6. & ſi vero. & ibi nota. Decimo, & vltimo quòd cum per commune Peruſ. non ſint deputati alij, quàm tres iudices alterando ſuis caſibus ſecundum reformationem nouiſſimam, fortè per dictam reformationem priores non eſſent iudices: & terminarent cauſa abſque iudice: quod eſt abſurdum, & ideo caſus noſter non poteſt attribui, niſi poteſtati, ad quem voluero, vel noluero, dirigitur illius appellationis riuulum. Et licèt quæſtio ſit difficilis pro, & contra imaginabilis, tamen quia in cauſa appellationis iudex ſtatuitur cauſæ, non perſonæ, appellatio ad poteſtatem introduci debet, & ad alia procedi, vt fuerit rationis: ita tamen quòd quælibet pars non poſſit appellare, niſi vna ſemel, & econtra altera ſemel paritate ſeruata, vt C. ne lic. in vna, eademque cauſa. & eſt text. reformationis in verbo, & ſecundo appellans: ſi ergo ſyndicus uult ſententiam confirmatoriam primæ, non poteſt ammodo appellare: quia cum ſententiæ ſint contrariæ, æquum eſt, quod videatur, quæ earum ſit iuſtior. Et vt dixi, quæſtio eſt dubia, quia verba ſtatuti, & reformationis enumerant caſus, & iudices, tamen quia iſtæ conſtitutiones ſunt fauorabiles, non odioſæ, nec pœnales, & mens legiſlatoris eſſe debuit proſpectiua legis, vt cap. ſi is, cui cauſa. de offic. deleg. libro 6. æquior, & iuſtior eſt opinio, quam ſupra deſcripſi, ſecundum quod ad poteſtatem appellari potuerit, & in ſimilibus caſibus poſſit: & ita teneo, & ſcripſi latè, vt alijs pateat allegandi copia in omnibus ſimilibus: ac etiam impugnandi me, ſi fallor in opinione: credo tamen, quòd intentio ſtatuti ſit vtrique parti pariter prouidere de iudice, & iudicio, & celeritate in indifferenti natura. & ad hoc facit gloſ. ordi. in c. cupien. §. denique. de elect. lib. 6. in glo. ſeruent quod no. ff. de iuriſ. omn. iudi. l. ſi per errorem. in glo. fina. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor: ad fidem me ſubſcripſi, & ſign. mei nominis ſig. ſaluo iudicio cuiuſlibet melius determinantis.

CONSILIVM CCCCLXXXVII.

1 *Appellatione filiorum an contineantur nepotes, & ſic filij filiorum.*

In Chriſti Nomine Amen.

In iſto puncto multum dubito propter diuerſas opin. doctorum, quas eſſet prolixè allegare. Tamen non allegabo, niſi
2 vnum argumentum pro vna parte, & aliud pro alia. † Et videtur appellatione filiorum non contineri filios filiorum. text. eſt inſtitu. qui dar. tut. in teſta. poſſeſſ. §. fin. & ibi dicit gloſ. quòd hoc eſt propter communem vſum loquendi: quia communiter homines aliter appellant filios, aliter nepotes; & maxime Ydiotę, qui neſciunt grammaticam literam, quòd filius dicitur a Philos Græcè, Latine amor, vt not. ff. de teſta. tut. l. ſi quis filiabus. & in contrarium valet, quia ſignificatio filij includet nepotem. ff. de verbo. ſignifi. l. libertorum. & videtur expreſſum in ſubſtitutione. ff. de hære. inſti. l. Lucius. & facit ad hoc ratio naturalis. l. ſanguis proprij dilectio, & caritas, quia ſi fuiſſet interrogatus de nepote, idem ordin. fec. ff. de pact. l. tale pactum. C. de condit. inſer. l. præterea. Sed ſecundum Andre. de Piſ. &c. non continetur nepos: immo dicitur præteritus, ſi fit mentio de filio, & non de nepote. ff. de liber. & poſthu. l. Titius. & l. Gallus. §. inſtituens. Sed ſecundum me ſi fiat mentio filij, referret, an fiat mentio in exhæredatione, & non continetur nepos: argu. ff. de contrata. bu. l. 3. §. ſi emancipatus, aut in inſtitutione, & ſubſtitutione, & tunc refert: Aut fit mentio de filio extranei omnino, & non continetur nepos: quia deferendum eſt voci loquentis. argumen. d. §. vltimi. aut fit mentio de filio fratris, aut alio attinente per ſanguinem, & tunc continetur, vt dicta l. Lucius. & C. de conditio. inſeri. l. prima. Aut fit mentio in tutela, & tunc quia tutela continet onus tertij id eſt tutoris, & non fautorem, ſtricta ſit interpretatio. In bonis ſi quidem teſtatoris ordinandis latior fit interpretatio mixto fauore liberorum teſtatoris, & ſubſtituti, quàm in [illegible] ribus iniungendis. ff. de adminiſtratione tutorum. l. impuberi filio centurio. & ita loquitur dicta lex Lucius, dum æquiparat filios, & liberos. & hoc eſt ſatis æquum, & naturali rationi conſonum, quando teſtator non ſolum natis, ſed naſcitu-

ris proſpicit: quia ſignificationem ſuam reſpexit ſine certo, & determinato affectu: non propter merita, quæ non cadunt in naſcituris: ſed propter honorem familiæ ſuæ, & agnationis: & ſumus in materia indifferenti, & fauorabili, ſecus in materia continente grauamen, vt not. in Auth. de reſtitut. fideicommiſ. §. manifeſtum. in ſubſtitutionibus hoc tenet Barto. & bene, licèt vt dixi, multi dicant contrarium. concor. Iacob.Butr. Ego Baldus.

CASVS.

IN Nomine Domini Amen. Punctus talis eſt. Quædam domina Catelina ſe nupſit Cecho, & dedit ſibi in dotem quadragin. floren. auri: ex quo matrimonio nati ſunt duo filij, videlicet Mathęus, & Cia: poſt hæc Cechus deceſſit: & Catelina iterum ſe maritauit Ioanni: & dedit ſibi ſupradictam dotem: ex quo matrimonio natus eſt vnus filius nomine Dominicus. Poſtea iſta Catelina deceſſit ſuperuiuente ſibi dicto Dominico eius filio, & Ioanne eius marito: poſtmodum per aliquos dies iſte Dominicus deceſſit in infantili ætate ſibi ſuperuiuente dicto Ioanne eius patre. Ex qua domina Catelina non ſuperuixit niſi domina Cia, & Matthæus eius frater, quãuis dubitetur potius de morte, quàm de vita: quia ipſe ſe abſentauit, tam ſunt tres anni, & plus: & nunquam auditus fuit de morte: neque de vita, neque aliquod nouum: vnde conſanguinei iſtius dominæ Ciæ ex parte patris nupſerunt ipſam cuidam Matthæolo: & ſibi dederunt in dotem omnia ſua iura, præcipuè ſuper dotibus ipſius dominę Catelinę eius matris: Quare Matthæolus petijt iſtam dotem huic Ioanni marito quondam dominæ Catelinæ: & iſte Ioannes ſibi contendit dare huic Matthæolo pro domina Cia, & eius fratre, videlicèt Matthæo. Modo quæro, quid iuris: vltra hic quęritur, conſiderato, quòd iſte Ioannes retinuit pœnès ſe iſtam dotem per tres annos, & vltra, vtrum poſſit petere fructus dominæ ipſorum Matthæi, & dominæ Ciæ.

CONSILIVM CCCCLXXXIII.

1 *Pater præfertur fratribus.*

In Chriſti Nomine Amen.

1 †Ioannes habet retentionem tertiæ partis dictæ dotis, & aliorum bonorum dominæ Catelinæ ex perſona Dominici filij mortui in ætatę infantili. præfertur namque pater fratribus ex vno latere tantum coniunctis. Alia tertia pars poteſt peti per Matthęolũ ex perſona Cię. Alia vero tertia pars Matthęi propter incertitudinem vitę, aut mortis non poteſt peti, niſi detur curator bonis, vt C. de capi. l. nec uos. & l. ab hoſtibus. ex quibus cau. maio. & hoc ſi Matthęus adijſſet hęreditatem matris. ſi autem non adiuit, tunc curator datus bonis non poſſet adire, nec actionem hęreditariam intentare, vnde oportet tunc, quòd exploretur, an viuat, vel ſit mortuus: dimidia pars dotis, & aliorum bonorum remanet Ioanni, alia vero debet reſtitui Matthęolo ex perſona Cię. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor, & ad fidem me ſcrip. & ſign. mei nominis ſigil.

CONSILIVM CCCCLXXXIX.

1 *Probatio debet eſſe certa, & de neceſſitate concludere: vnde probatio, quòd quis abſtulit frumentum, non probata quantitate dicitur incerta.*

In Chriſti Nomine Amen.

Quia viſio, & reuiſio actorum me nimium fatigauit, pauca dicam. † Et præſuppono ad euidentiam, quòd tunc probatio debet concludere de neceſſitate, vel taliter, quòd legis auxilio ſit ſufficiens, vnde probatio debet eſſe certa, vt not. ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum. & l. fin. ff. de præto. ſtipul. & extra de probatio. c. in præſentia. & l. ſi per alium §. pen. ff. ne quis eum, qui in ius vocan. & l. non hoc. C. vnde leg. in queſt. autem iſta inuenio, quod Franciſcus probauit de debito. Item inuenio, quòd probauit de ſequeſtro. Itẽ inuenio, quòd probauit de certa quantitate grani in platea. & licèt frumentum in ſpicis non poſſet benè videri, tamẽ quia oculus parum falli poteſt, certum eſt, quia non amarè tractandæ ſunt probationes, ſed naturali diſcretione intendi, iuxta not. per Inno. extra de reſcrip. c. cauſa, quę. econtra inuenio probatum per Paulottum, quomodo gens iuit ad prędia, & totum granum, quod prędictum erat, abſtulit per vim. ſed non inuenio probatam certam quantitatem grani in prędijs tunc fuiſſe, cum caſus ita erat violentus: vnde quanta quantitas fuerit ablata, incertum eſt, & per conſequens probatio ad excuſationem Paulotti non excludit: quia incerta. nam hoc verbum, frumentum. quod in fundo, vel quod in ſpicis eſt, incerta ſont. ff. de verb. obl. l. inter ſtipu. §. ſacram. ff. de contrahen. empt. l. ſi debitor. §. veriſimile. & ideo in puncto iuris Franciſcus habet ius conſideratis actis: in puncto tamen conſcientię relinquendum eſt probat. ſuę conſcientię: & ſuadeo ſibi, quòd non faciat contra conſcientiam: nam ſi verè dicto Paulotto fuiſſet illa quantitas ablata, certum eſt, quòd ſequeſter non teneretur de caſu, vt ff. depo. l. ſi ſine. & l. quod nerua. ff. depoſi. ff. commoda. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. cum ſimilibus.

In Chriſti Nomine Amen.

Factum eſſe proponitur Angelus Benedictoli de Caſtro Villę hoſpitali Funtigani teſtamentum condidit: in quo ſic diſpoſuit inter cętera, videlicet in omnibus ſuis bonis Franciſcum eius filium legitimum, & naturalem ſuum hęredem vniuerſalem inſtituit, & ſi dictus Franciſcus deceſſerit quandocunque, & in quacunque ętate ſine filijs legitimis ex eo legitimè deſcendentibus, ſubſtituit ſibi Sanctutium. Benedictum, & Nellolum, vel eorum heredem in vna parte terrę, alia vero bona voluit etiã pro reſtitutione dotis dominę Florentię vxo. dicti teſtatoris: & etiam ſubſtituit ſibi in ipſis bonis vnà cum dicta Florentia eius vxore Cechum Paulotti, & heredit. dicti Cechi modo deceſſit teſtator ſuperſtite dicto filio: demum deceſſit dictus filius in pupilla. ętate. quęritur, ad quem pertinere debeat hęreditas dicti teſtatoris.

CONSILIVM CCCCXC.

Se ſummat cum ſequenti.

In Chriſti Nomine Amen.

Iſta ſubſtitutio facta per dictum Angelum dicto Franciſ. eſt pupillaris ſubſtitutio, quia facta pupillo, & per verba, quæ includunt tempus pupil. ætа. facit, quod habetur in l. precib. de impub. & alijs ſubſtit. vigore cuius pupilla. ſubſt. hæreditas dicti teſtatoris pertinere debet ad prædictos Cechum, & dominam Paulutiam. ff. de inoff. teſt. l. Pap. & de teſt. c. 1. lib. 6. Et ita conſolo ego Petr. de Peruſi. Vtriuſque Iuris Doct. ad quorum fidem me ſubſcripſi, & ſign. meum appo.

AD IDEM.

In Chriſti Nomine Amen.

